BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
17 M
24

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS COSTÆI
Laudenſis Medici Clariſsimi,

Olimque in Bononienſi Gymnaſio Medicinæ ſupraordinario loco profeſſoris.

TRACTATVS
DE POTV IN MORBIS

In quo de Aquis, Vino, omniq; factitio potu in vniuersũ, ac de priuato in ſingulis morborum generibus eorum vſu plene diſſeritur.

Ad Illuſtriſs. & Excellentiſs. Principem
IOANNEM FERNANDEZ DE VELASCO
Comeſtabilem Caſtellæ Legionis Ducem, ac Summi Hiſpaniarũ Regis Conſiliariũ, eiuſdemq; Italici Conſilij Præſidem &c.

ex legato

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PAPIAE, Ex Officina Io. Baptistae Vismarae. 1604.

Digitized by Google

Illuſtriſs. atq; Excellentiſs. Principi

IOANNI FERNANDEZ

A VELASCO COMITISTABILI

Caſtellæ Duci Legionis &c. Domino ſuo &c.

IO. FRANCISCVS COSTAEVS

Laudenſis Philoſophiæ, ac I. V. D. & in Ticinenſi Gymnaſio Iuris Ciuilis publicus Profeſſor.

DIVINVS ille Plato, cum in ſuis de Republica libris, eã Ciuitatem ſibi formandam propoſuiſſet, quæ omnium ornatiſſima, & fœliciſſima diceretur. Inter alia quæ ad eius firmitatẽ neceſſaria eſſe arbitrabatur illud ſũmopere exoptauit, vt in ea Philoſophi dominarentur, aut Domini Philoſopharentur. Rectè ſanè; optimoq; vt omnia conſilio. Cum enim ex

Digitized by Google

Ariſt. in Ethicorum lib. ſententia, qui imperitus eſt, ad ſeruitutem natura propemodum comparatus eſſe videatur, contra qui rerum cognitione abundat ſapiensq; ac Philoſophus eſt, Natura Princeps, natuſq; ad Regna, et ad Imperia à Natura inſtitutus exiſtimetur. Quæ à ſapientibus viris Gubernantur Reſpublicæ eas tanto cæteris firmiores ac diuturniores eſſe neceſſe eſt, quanto diuturniora firmioraq; ſunt ea, quæ à natura ipſa comparata ſunt, iјs quæ contra præſcriptas ab ea leges, & præcepta reguntur. Et certe cum homine imperito nihil ſit iniuſtius, qui vt Comicus ait, nihil, niſi quod ipſe facit rectum putat. Quomodo is ſeruare Rempublicam poterit, eiuſq; pacem, ac libertatem tueri, qui ipſe perditus eſt, quiq; inteſtinis vitiorum improborumq; affectuum ſeditionibus flagrans, ſub duriſſima ignorantiæ cupiditatumq; Tyranide degit? Quomodo is publicæ vtilitati conſulet, cui nec conſilium, nec conſilij parens prudentia, nec prudentiæ magiſtra experientia eſt? Quomodo aut præſentes ſeditiones compeſcere, aut iminentes præcauere, aut futuras præuidere poſſit is, cui Morum, Regionum, Morborum, qui inuadere Rempublicam

ſolent,

olent, Remediorum quibus ægris Ciuium animis medetur, viciſsitudinis rerum, qua vna quodã veluti fato fœliciſsimæ etiam plerumq; euertuntur Reſpublicæ penitus eſt ignarus? Cæterum quamquam hæc ita ſe ſe habent, noſtris tamen temporibus, pauci adeo ex Principibus viris, ad hæc ſtudia, quæ tamen pacis belliq; tempore ſumma ſemper ornamenta, & munimenta fuerunt adiungunt animum, vt ſi quis ipſorum Muſarum, aut Philoſophiæ amore capiatur rara profecto res eſſe videatur, & digna, quæ homines in ſui admirationem rapiat. Tu illuſtiſsime Princeps vere Natura, Fortuna, Animoq; liberali, & Regio natus, ita Philoſophiæ præceptis animum inſtruxiſti, vt non minus tuam iam homines admirentur ſapientiam, quã in bello ſumma virtute comparatam gloriam, & in peragendis rebus fœlicitatem ſuſpiciant. Atq; hoc in alijs quidem Principibus viris, quibus otium, & tranquilitas eſt ſi quis forte ipſorum ſapientiæ ſtudijs incumbat minus admiretur aliquis, In te certe ſuſpiciendum, quem ſummis ſemper Potenteſsimi Regis negotijs præfectum conſtat, cuiuſq; prudentia, et conſilio Ampliſsimi Regis, et quot-

Digitized by Google

quot fuerunt vnquam Potentiſsimi Imperium niti, quaſi Atlanticis humeris Cælum videtur: Itaq; ſi Diuinus ille Plato, qui ſe & Athenienſem, & Socratis tempore natum eſſe tantopere gloriabatur, in hæc fœliciſsima tempora, & ſub fortunatiſsimi tui Principatus Imperio incidiſſet, cum admiranda illius Reipublicæ ſpecimen oculis corporeis cerneret, cuius ſpeciem tam admirabilem animo conceperat, leuem ac præ iſta fælicitate nihili penitus faciendam gloriam illam exiſtimaret. Hæc cum ita ſint non mirum, etiam, ſi quicunq; ex litterarum, & ſapientiæ ſtudio gloriam ſibi quærant aliquam, & clariſſimi omnes viri, ex remotiſsimis vſq; regionibus ad te confluunt, te petunt, tibi labores omnes dicant, te ſuſpiciunt, admirantur, colunt, ſummiſq; in Cælum vſq; laudibus efferunt. Hac certe, & tanta ampliſsimi tui nominis celebritate permotus, meus quondam Genitor, cum quo tempore ſub tuo fœliciſsimo Imperio Mediolanenſis Prouincia gubernabatur, ipſa Bononiæ, libros de POTV IN MORBIS *conſcripſiſſet, nihil exoptare iam magis videbatur, quam vt ſub tuo auguſtiſsimo nomine in lucem prodirent, atque*

hac vna opera, eius erga te venerationis ſignificationem aliquam præberet. quod fato præuentus præſtare non potuit. Itaq; cum me eius, & fortunæ, & voluntatis, & maximæ erga te obſeruantiæ hæredem fecerit, quo primum licuit tempore, debitum tibi paterna volũtate legatum, ipſe pia mente perſoluo. Obſecroq; vt me Ampliſſimi tui nominis ſplendore protegas, et in tuam fidem ſuſcipias.

Digitized by Google

APPROBATIO.

IOannis Coſtæi Laudenſis Medici Clariſſimi, Olim in Bononienſi Gymnaſio Medicinæ Profeſſoris Excellentiſſimi, Tractatum de Potu in Morbis legi. Nihil ex ijs, quæ continet reperiũ à Fide Catholica reguliſq; indicis alieni; omnia vero digna ſunt, quæ ad aliorum, tum corporis emolumentum, tum animi iucunditem, è tenebris eruta in lucem prodeant.

D. Matthias Guarguantus Congregationis Clericorum Reg. S. PAVLI DECOLLATI S. Off. Papiæ Conſultor Theologus.

Inquiſitor Papien.

Digitized by Google

HENRICI FARNESII EBVRONIS I. C.

Et Artis Oratoriæ interpretis Regij

PRAEFATIO.

Semper ſoleo regias gazas, ac munimenta fortunæ, quæ multi ſuſpiciunt cum admiratione, præ admirabili Ioannis Coſtæi doctrina, pari probitate coniuncta, minimi facere. Res.n.eſt tum rara, tamq; admirabilis ſapientia, vt ne viri quidem ſapientis imaginem effingere voluerint Poetæ, niſi plenam ſtuporis. Nam quorſum ille, vt eſt in fabulis, Bellerophon Pegato inſidens, Chimeræ trucidator? nihil eſt vir ſapiẽs, niſi Bellerophon, qui græcè interpretatur profligator malorum. Qui itaq; à Poetis Bellerophontes ſunt dicti: à medicis ſunt Aeſculapij: Hippocrates: Galeni, ac deniq; Coſtæi vocati. Dictus autem eſt Coſtæus hic à cuſtodiendo, quòd cuſtos, & procurator ſemper fuerit communis ſalutis, & vitæ. Nec habuit hic ſolum ſalutare nomen cum Aeſculapio, Hippocrate, & Galeno commune: Sed etiam omne artis præſidium, & doctrinæ. At quod illud? non quale fuit Aeſculapij fabuloſum: ſed verum nedum veriſimile. Nullum.n. eſt periculoſius, quam in medico mendacium. quid? neq; in animi, neq: in corporis bonis fuit Hippocrati poſtponendus: eò quod Hippocrates paruus, & ſtrabo fuerit: nihil autem in Coſtæi corpore extiterit, quod poſſet reprehendi: multa contra fuerint, quæ poſſent laudari. Nam quòd fertur Hippocrates omnia prædixiſſe, cunctoſq; ſanaſſe, quibus mederetur, id ſi fecit, vt medicus nihil deroga: Io. Co-

Digitized by Google

ſtæi præſtantiæ,& dignitati,cùm nihil ipſe fuerit Coſtæus, niſi ſentiens,loquenſq; medicina,ex qua medicus omnis, præſidia vniuerſa mutuatur Communis vitæ,& publicæ ſalutis. Prudens erat,fateor,atq; Lynceo perſpicatior Galenus: ſed moroſus tamen,& difficilis: Coſtæus autem non ſolum nunquam confidit magis,quàm prouidit: pluresq; ſemper, quàm Argus, in rebus inueſtigandis, habuit oculos: ſed etiam ita natura humanus fuit,& gratioſus, vt ad ſummam eius doctrinę gloriam,morum facilitas veluti quidam acceſſerit cumulus. Quare eſt Coſtæi nomen,aut omen potius ſalutare: virtus admirabilis: fama vero plena honoris,& gloriæ. Nihil .n.eſt in Palladis regno,medicina glorioſius. Hæc.n.ſola imperat vniuerſis,in eaq; ars omnis deliteſcit imperandi. itaq; olim qui ſummi habiti ſunt Reges,ij omnes pariter fuerunt medici: Moyſes: Apollo: Aeſculapius: Hercules: Theſeus: Apis: Oſiris: Horus: Mercurius: Patroclus: Achilles: Alexander Macedo: Antiochus. Nam cùm plures venter interimat, quàm nutriat, quæ in Principe poteſt eſſe cuſtodia publicę ſalutis; & vitæ, qui rudis ſit medicinæ? amo igitur in primis DE OMNI GENERE, ET VARIETATE AQVARVM HOC OPVS, in quibus ſumma præſidia poſita ſunt medicinæ. Nam cur olim Romani Aeſculapio Aedem in inſula,extra vrbem,& erexerunt? partim quoniam medicina, vrbis mœnibus capi non poteſt, quæ diuinitate quadam, cæli, & terræ exæquatur finibus: partim quoniam aqua,vt ſcribit Sextus Pōpeius dicta eſt, quaſi à qua ſuſtententur omnia remediorum præſidia. etſi.n.nullum eſt elementum in quo non ſit veluti quoddam medicinæ alimentum: ſine aqua tamen,irrita omnia redduntur,quæ potione hauriuntur morborum remedia. in quo hoc eſt admirabile, quod non ſatis eſt medico rerum vniuerſarum cognitio, niſi ijs etiam ars quædam vtendi ſit præſidio. Nam vt parùm ferrum prodeſt militi, niſi callida & expedita inſtructio accedat vibrādi: ita remediorū ſcientia,ſine arte ſimulandi ſępè flacceſcit in medico. Siquidem neq; Vlyſes niſi Achillem, inter Lycomedis virgines,latitantem callidè deprehendiſſet, vlla vnquam Græci ad-

uerſus

uerſus Troianos, potiti eſſent victoria: neq; Medici, niſi ægrotos ſæpè quod ſalutare eſt refugientes, beneuolè fallant, ſuis medicamentis confirmare poterunt. Non par igitur eſt ratio inter medicinam, & mederi. Nam altera eſt doctrinæ: alterum artis, & ingenij. Hic igitur medicorum Coripheus, vt videre eſt in lib. multis ac varijs ab eo conſcriptis, quos videtur non ſcripſiſſe: ſed de cælo traxiſſe, medicinam omnem Aſtronomiæ, Philoſophiæ, artis Poeticæ, atq; Oratoriæ dotibus ſic locupletauit, vt ſemper extiterit facile medicorum Princeps. Nam quid eius COMMENTARIA MAGNA IN VNIVERSVM OPVS MEDICVM AVICENAE MESVAEQVE commemorem? ſic arte non ſolum ſcribendi, ſed etiam medendi præcelluit, vt tanquam alter Aeſculapius, videretur mortuos ab inferis, præſidio medicinæ reuocare. Multa eius vidi opera, quę de induſtra iam prætereo. in quibus admirabilis ille eſt TRACTATVS DE VNIVERSALI STIRPIVM NATVRA: liber inſignis PHYSIOLOGICARVM DISQVISITIONVM. Quid illi Tractatus gloriã omnẽ medicinæ vincunt magnitudine doctrinæ, at qui illi. DE VENARVM MESARAICARVM VSV? DE IGNEIS MEDICINAE PRAESIDIIS. DE LACTE, ET SERO: DE HVMANO CONCEPTV: DE POTV IN MORBIS, qui nunc à me hoc auctoris encomio celebratur: Nam quid libros DE MORBIS ET PVERORVM, ET MVLIERVM? QVID LIBRVM MISELANEARVM, ET MEDICARVM ANIMADVERSIONVM, ET DISQVISITIONVM breui in lucem prodituros cõmemorem? aut CONSILIA MEDICINALIA eius plena admirationis recenſeam? cum pharmaca partim ex plantis: partim ex metallis: partim ex animantibus: partim ex lapillis petantur, nihil intentatum reliquit, quod in præſidio ſalutis deliteſcit. In eius quippe libris plus eſt ad ſalutem præſidij: quàm in vllo morborum genere. ad interitum periculi. Regium igitur cum ſit hoc opus, non dubitauit Coſtæus filius ſub nomine IO. FERNANDEZ COMITESTABILIS, Cuius virtus Regiæ maieſtatis eſt alum-

b 2 na,

Digitized by Google

na, extrudere. Nihil.n.Princeps ille ſapientiſsimus, in doctrina, cedit antiquis regibus, qui ferè omnes medicinæ floruerũt gloria. Nam qualis medicus fuit Medorum Rex Gyges? quam admirabilis Arabum Rex Sabid? quàm incredibilis Perſarum Rex Mithridates? quàm deniq; cæleſtis, & diuinus, in ea arte Rex Aegyptiorum Hermes? Habet autem inclytus ille Princeps Fernandez, vna cum INIGO FILIO, non Gygis: non Mithridatis, ſed Iouis Medicinam, hoc eſt ius & iuſtitiam, quæ vera eſt ægrotæ Reip. medicina: ex qua tantum humano generi peperit commodi, vt vniuerſã prope Europam impleuerit ſui nominis, & famæ gloria. Magna eſt medicinæ, cum re militari affinitas. Siquidem & Medicus, & imperator in aduerſis, non tam artifex ſit oportet, quàm in arte fortunatus: Atq; quemadmodum alter pacis cauſſa bellum gerit: ſummoſq; labores ſpe ſuſtentat otij: ita alter conſueuit, vt proſit, ſecare, & vrere, non vt aliquid de ſalute comminuat: ſed vt ſanitas redintegretur comminuta. Hoc cùm intelligeret antiquitas, ſemper Hebræi: Arabes: Græci: Aegyptij, ac demum Theologi medicinam fecerunt plurimi. Nec id falſo, meo quidem iudicio. Nam quid eſt in morte tam graue, & acerbum, quod ex arte medendi, non reddatur ſuaue, & iucundum? vt intelligeremus nihil medico eſſe difficile, medicinam Græci φαρμακον, quod venenum interpretatur, vocarunt. Norunt.n. medici ex veneni peſtifera offenſione, & exitiali, præſidia vitæ mutuari, & ſalutis. Nihil igitur in Rep. eſt hac arte neq; admirabilius, neq; ſalutare magis. Etenim ſicuti ciuitatis corpus eſt mercatura: lex anima, ita eius vita & ſpiritus cenſetur eſſe ab Hippocrate medicina: in qua cùm ſpes omnis poſita ſit virtutis ſimul, & incolumitatis, quid ea excogitari poteſt, & glorioſius, & iucundius? legibus imperat Princeps: Principi medicina: virtus vniuerſis mortalibus, virtuti medicus. Eò.n. medicinę nomen à modo eſt impoſitum, quòd medicina exceſſum, & defectum vitat, in quibus ſemen eſt vitiorum omnium, gaudetq; potiſsimum mediocritate, in qua intelligimus virtutes omnes conſiſtere, quid ita? quia bonus is demum eſt medicus, qui ne punctum quidem tẽporis

poris

poris vacuum ægrotantium auxilio patitur præterire, quos nō minus delectare debet morum vrbanitate, quàm iuuare præſtantia doctrinæ, vt non ſolum corpus, ſed etiam animos curet iacentium. Nam cur Antiquitas, Medicinę inuentionem Apollini: incrementum Aeſculapio: perfectionem tribuit Hippocrati? quia, vt inquit Galenus, medicina perſonam induit naturæ, quæ gemino crure nititur cælo, & terra: quorum alterum ratione: alteram experientia: vtranq; homo, duce Hippocrate ſectatur. Neutram viam ignorare, ne erret, tenetur medicus. Nullus.n.error eſt magis, quàm in medicina, periculoſus: nullum mendacium adeo, quam in medico, capitale; cùm in eo dubitatio nō ſit inſcitia, ſed carnificina. Fidele igitur & prudēs Io. Coſtæi iudicium adeò Summus Pontifex ſuſpexit, vt eum Bononiæ non ſine magno Honorario habuerit primarium medicinæ magiſtrum, & publicæ ſalutis dominum. Nec.n. ille incolumitatis auram infirmis, vt multi, ſed ipſam miniſtrabat incolumitatem. Nonnulli quem ægrotis dolorem non quæunt tollere: ſtudēt verbis fallere. Atquem admodum Anaxagoras Pericli reſpondit ſibi in morbo animum facienti, qui nolunt Lucernam reſtingui, infundunt oleum. Etſi.n. non exigua medicinę vis eſt, & in verbis, & in herbis, & in lapidibus, verba tamen ſtultis: cætera ægrotantibus magis medentur. id puto, vt docerēt veteres, Palumbum lauri ramuſculum roſtro tenentem, medicinæ fecerunt hieroglyphicum. habet.n. laurus, quæ Phæbo eſt ſacra, doctrinæ interpretationem: Palumbus virtutis, qui cæleſtem trahit Venerem. Eſt.n. is pacis nuncius: ſimplicitatis amicus: natura mundus, pietatis æmulus, ſocietatis ſtudioſus: iniuriæ immemor, in re autem venerea etſi eſt fęcundus, ita tamen eſt temperans, vt ſi comparem amittat coniugatus, nunquam deinceps coeat: qui mores omnes maximè probantur in medico. Nam laurus in doctrina, omnia ſapit medicinæ genera. Pharmacen adumbrat: quia arbor eſt multum aromatica: nunquam viriditatem deponens, neq; de cælo icitur, & in terris, vt patet veteri prouerbio: Laureum baculum geſto venenatos fugat ſerpentes: quid genus medicinæ; Chi-

rur-

turgicum? vrere docet, & cum victoria ſcindere. itaq; laurus, quę olim Laudus à laude vocabatur, iccircò victoribus in triumphis tradebatur, quod igne, & ferro ſciſſent ad incolumitatem imperij, contra hoſtes vti. quid? habet Dieta ſuam medendi formulam, quam item Lauri planta figurat, quia laurus non in ſolo pingui naſcitur, nec eſt ſtercoruda, ſed ſoli gaudet ariditate, adeòq; veri eſt amica, vt ſi veterum ſuperſtitioni credimus, ſuppoſita dormientis puluino, aut nihil in ſomnijs ſit viſurus, aut quæ viderit vera ſint futura. At quid iſtud prophanum? nihil eſt tã incredibile, quod antiquitati non ſemper viſum ſit expeditum, & facile. refero igitur paucis quid illa ſentiat. Stuporis plena eſt medicinę vis. Rem omitto, rei cauſſa me intercludit ſuſpicio; Quid.n. quòd Chriſolitus lapis, ab amentibus geſtatus ſtultitiam pellit? quid quòd ſetis aſininis traiectus, & læuo brachio ſuſpenſus, contaminatos, vt aiunt, tollit ſpirit⁹? cur Aeſculapii Aedes apud Romanos erecta extra vrbẽ? cur Canes in templo: ipſe nodoſo innixus baculo coronam geſtat lauream? quia ſiue Hebræos, & Arabes conſulimus: ſiue Græcos, & Aegyptios ab ipſa diuinitate, non ab vrbe manauit medicina, latius quippe illa patet, quàm vt capi poſsit mœnibus, quid in Aeſculapii fano canes aſsiſtentes? mira eſt in canibus ſenſuum ſagacitas, ſumma in medico ingenii, qui niſi prudens ſit, & acutus, non ſolum ipſe conſilio, ſed etiam ægrotus vita cadit. ita quippè medicus eſt Lynceus, vt mortem videat non exiſtentem; ſed futuram. Nam ſi ægroto oculi ſunt concaui, frigidæ nares, arida frons, color viridis, ex ijs ſignis, tamquam ex nuncijs mortis aduenientis, intelligit non ſolum iacere medicinam, ſed etiam ſpem omnem medicinæ. cur nodoſo innixus baculo? quoniam quatuor ſunt in medicina potiſsimum difficultatum nodi, vnus eſt in conſtitutione corporis cognoſcenda, alter in ipſa victus ratione, tertius infixus eſt in cognoſcendis morborum generibus, vltimus in remediorum præſidijs. Sed quò me à tali tantoq; viro IO. COSTAEO Laudenſi, abducit antiquitatis ratio? is certè fuit medicus, in quo, tanquam in picta tabula omnia artis, ingenij,

nij, doctrinæ, atq; communis vitæ, & ſalutis expreſſa ſemper ſpectata ſunt monimenta. quid inquam monimenta? imò munimenta. Nec.n. vt Antiſthenes, concordiam inquio quouis muro eſſe firmiorem, ſed medicinam, qua armati, qui ſunt, neq; inſidias morborum, neq; oppreſsiones timent. Sed ad quid hæc? vt eum COSTAEVM fuiſſe putemus, qui arte ingenio doctrina, auctoritate, & induſtria honores omnes exæquauit. quid? iuriſnè conſultus igitur medico poſtponendus? non meum eſt id dicere, quod omnes, ſine meis verbis, intelligunt. Etenim cur Lycurgus apud Spartanos, Solon apud Athenienſes, Foroneus apud Aegyptios: Numa Pompilius apud Romanos fuit Legislator; medicinæ verò auctor, & opifex, non homo, ſed Apollo, qui ab antiquitate Deus conſtituitur doctrinæ? ſed quid ego hęc? magni intereſt inter rerum vtilitatem, quæ tribuitur iuriſprudentiæ, & inter vitæ incolumitatē, quæ patrimonium eſt medicinæ. Amo tamen Iuris Conſultos, qui nulla bonorum genera patiuntur exulare ex iuris, & iuſtitiæ finibus, quiq; ius non vtilitate tantum, quæ tribuitur fortunæ, ſed etiam incolumitatis procuratione, & animi virtute deficiunt. Sed vita patrimonium eſt medicinę, quare quod viuunt Iuriſconſulti, id medicorum doctrinæ acceptum debent referre. quid Iuriſconſulti? imo homines vniuerſi, qui.n. arte viuendi deſtituitur, non videtur viuere, ſed vitam plurimis vitiorum ſordibus maculare. ſomnum igitur neq; Heſiodus temerè, in Theogonia noctis fecit filium, neq; Homerus non doctè mortis fratrem. Nam vir rudis tanquam ſomni alumnus, etiam in aperto ſole rationis, nullum lumen videt veritatis, quaſique mortuus nullum guſtum, ſenſumq, habet virtutis. Quare ſolus ſapiens cenſetur vigilare, aut potius Reip. inuigilare. quid dicerem viuere? duo ſunt vitæ humanę termini agendi, & intelligendi, ex quibus qui exulat, ſpirat mortuus. Nā cur apud antiquos neq; rudes ſepeliebantur, neq; improbi? quia carere debet ſepultura, qui hac nunquam viſus eſt frui vita. Quare qui ſapit non vnam, ſed mortalium ſimul omnium agit vitam. In quo tam admirabilis eſt Io, Coſtæus, vt poſtſe longo inter-

uallo

Digitized by Google

uallo priſcos omnes reliquerit medicos. Nam cùm Aegiptij ſingulis ægritudinibus, ſingulos adhiberent medicos, nec qui curandi capitis rationem profiteretur, aliam corporis partem curandam ſuſciperet: Is tamen fuit Coſtęus, qui morborum vniuerſa pericula vicit magnitudine artis. Illi autem arbitrabantur, ſicuti refert Herodotus, nefas eſſe, vt, cum ſingulis corporis membris ſingulum deſtinatum ſit officium, vnus omnia poſſet, verum quantum illi lapſi ſint iudicio, non difficilis ex auctore eſt coniectura, quippe qui vt ſenſus oculorum omnes colores; ſic cunctas vno rationis vinculo complexus eſt ſcientias. Quare LAVDENSIS CIVITAS pro magno ſui Encomio, Ciuem eum cùm viuum, tum mortuum mirifice coluit. Illud omitto, hoc tacere non poſſum, quòd publico cauit decreto, vt ex Ciuitatis ærario, ſempiternę memorię ergo eius monumentum Bononię, in Aede ſororum Diuę Agnetis ibi erigeretur, vbi ſepultus eſt. Hic cùm multa poſteris monimenta doctrinę ſuę, & virtutis reliquerit, tũ nullum maius, quàm IO. FRANCISCVM FILIVM relinquere potuit, qui Philoſophię primũ Ticini interpres, deinde nũc iuriſprudẽtię faber, & architectus, tanta floret auditorũ corona, vt nunquam in ſcholis ſubſellia videantur eius diſciplina, & eruditione vacua. Talem. n. ſe pręſtat iuris interpretem, vt vnicum ſit iuſtitię ſpecimen: ſimulacrum ingenij, & doctrinę. Lumen, in obſcuriſsimis quęſtionum tenebris, tantum, taleq; veritatis, vt eo, veluti quodam ſole nebulę omnes pellantur inſcitię.

THEODORI GALLEANI
Phyſ. Laudenſis,

DE IOANNE COSTAEO LAVDENSI
Medicorum ætatis ſuæ Principe, eiuſq; aureo de potu in morbis libello.

VEſter erat Nymphæ vere Laudenſis Alumnus
COSTAEVS, patriæ gloria magna, meæ.
Nec mirum: fuerit cum amplexus Apollinis Artes,
Quem veſtri colitis numen vbique chori.
Cœleſtes Muſæ: Cœli quæ voluitis orbes,
Afflaſtis veſtras numine delitias.
A vobis didicit, quæ nobis aſtra minentur,
Quæ faueant, motus, ſydera cuncta, poli.
Hunc & nutriſtis veſtris Nereides vndis,
Vt cauſas æſtus explicet ille maris.
Et vos ò faciles terreſtria numina Nymphæ,
Veſtra iuuet tali dona dediſſe viro.
Montibus in veſtris aluiſtis Oreades, vndis
Naiades, in veſtris arboribus Dryades
Vos & Hamadriades, Florum & noua cura Napææ
Lacte hunc, melle, oleo nunc aluiſſe iuuet.
Quid mirum eſt igitur docuit ſi is pellere potu
Morbos, ægrotis dum Medicina datur?
Dulcis aquæ vires miras, & quæ ſit origo,
Vnde fluant fontes, fluminaque expoſuit.
Naturæ occultas potuit cognoſcere cauſſas,
Et fluat, & refluat cur quoque Nilus aquis.
Cum ſciret Bacchum Nymphas aluiſſe, Liæi
Hinc proprio latices excutit ingenio.

Quæ vini vires, ſpecies, atque vnde probetur
Damneturuè, illi quæ vitia eueniant.
Quoq; modo vitia illius tibi tollere fas ſit,
Vnde noua & ſtudio vel reparare queas.
Cætera tanti operis tunc imperfecta reliquit,
Cum rapuit nobis mors inimica virum.
Tantum illi tribuit viuenti Felſina, habere
Se penes illa nouum crederet Hippocratem.
Sæcula plura ſibi dum pandit Apollinis Artes
Ille, ſuos & dum vindicat interitu.
Vt vixit vobis Nympha COSTAEVS amicus,
Nomen ita exanimis tollat ad aſtra ſuum.

EIVSD. AD LECTOREM.

VT genus omne hominum ſuaui potu vtitur, vtque
Dum premitur morbo feruidiore ſitit.
Sic genus omne hominum (modo mentis compos) honore
Hauriet hos potus, vtilitate probans.
Hic Achelous adeſt, miris virtutibus orbem
Luſtrans, perpetui & fontis origo patet.
Panditur Acceſſus vaſti maris, atque Receſſus,
Nili incrementum, redditur vtque minus.
Bacchus & ipſe venit, monſtrantur munera cuius
Qualia, & effectus quos generare queant.
Conſulit & ſanis potus dum præparat ægris,
Fluxere è COSTA, Lector amice bibe.

Pauli

PAVLI SAETONII GRIMALDEI Presbyteri Genuen. Philoſophi, & Iur. Vtriuſq; Alumni,

De præſtantia Authoris, & operis, ad Lectorem Carmen extemporarium.

QVod iacet exanime, en ſurgit lachrymabile corpus,
COSTAEO hoc hauſtu, ſic reparatur homo.
Laudibus hunc docti, hunc celebrat Felſinia Patrem,
Hunc quoque nunc Lector, ſuſpice, corde, virum.
Fulget ab hac, ſimilis generoſus filius alter,
FRANCISCVS; dextrò tramite iura docens.
Corporis ille, animi hic, morbus reſecauit, vterque
Excoluitque hominem; gloria vtrique venit.

Digitized by Google

Ad Ill.mum & Excell.mum

IO. FERDINANDVM VELASCHIVM

Comiteſtabilem, &c.

PRVDENTISS. PHILIPPI III. Conſiliarium, vigilantiſsimum Italiæ Præſidem.

Ant. Marię Speltę Poetę Regij

ODE.

LVcidum cælo micat en ab alto
Lumen, & clari ſine nocte ſolis
Lucifer pellens tenebras ab orbe
Luce coruſca.

Ple-

Pleiades triſtes, Hyadaſque pellit,
Pellit, & nubes piceas, furentem
Aeolum cogit, procul arcet ac O-
riona ſaeuum.

Aureum Sidus remeans ab axe
Feruido candens patrias per omnes
Lumen effundit, ſpeculum reuibrans,
Irradiatq.

Hic IOANNES rutilans VELASCVS
Fulgor, Heros, qui ſuper aſtra notus
Orbe Sol noſtro nitet hoc ſecundus,
Grandia præſtat.

Magne; cui clarum genus, & propago
Regia exurgit celebrando Princeps
Spiritus mancos recreas, benigna
Luce fouesq;.

Norma doctrinæ, ſpecimen decori,
Firma ſacratæ fidei columna
Pacis; & belli moderator idem
Maximus Heros.

Magne Mæcenas pietate maior
Pauperes ergà, quis & acriori
Mente ſe mitem facilem, benignum
Præbuit vnquam?

Mi-

Mirus in verbis, ratione mirus,
Hereſum mucro, ſcelerumq; vindex
Imperas terris, dominaris vndis,
Alter Achilles.

Strenuus quàm ſis Arabes, Britanni.
Sentiunt Gades recolunt, & Indi;
Quin truces Daci metuunt catenas
Et Scytha duras.

Surgit Inſubrum caput vrbs ſuperba,
Geſtit, & cantu reſonat Canoro
Læta felices repetit triumphos
Laude perenni.

Principe à tanto fuerit fauore
Recta lætatur ſuperum refulgens,
Atq; ſublimis ferit eminenti
Vertice cœlum.

Hinc Polo, & Terris, Erebo, Mariq;
Illius dotes memorantur ampla,
Mille quas linguæ ſatis haud referrent,
Oraq; mille.

Principem tantum innumeris trophæis,
Celſa laus Terra, Oceanoq; partis
Tollit, excelſe meritos honores
Reddite laudi.

Hæc

Digitized by Google

Hæc diu faxit moderator orbis
Stella ſcintillet potiatur ætas
Splendido cælo, vigeatq; felix
Omne per æuum.

Magne tu Princeps decus, & poteſtas
Ritè qui noſti ſcopulos latentes
Præuio ſulcas mare vel proteruum
Sidere nullo.

Applices mentem, vigiles & aures,
Quas pio verſu modulamur, Odis;
Et tibi votum, tibi dedicatum.
Protege vatem.

Non opis cuius fuerit referre
Principis tanti titulos micantes,
Ergò humi ſerpens humilis Thalia
Auſa reponat.

Docta COSTAEI *grauiore Clio*
Cum tuba ſurgat, celebret Cothurno
Lesbio, dignis Dominumq; Cælo
Laudibus æquet.

Quem Sophoclaeis dedit hic figuris
Codicem cedris, Amarantho eritq;
Delphicæ dignus folio Sibyllæ,
Pignus amoris.

Balſa-

Digitized by Google

Balſamum grato ſuperans odore,
Mella dulcore, Ambroſiam ſapore,
Roborat, Paſcit, Recreat, Medetur,
Grandia confert.

Inclyte Heroum memorandus Heros,
Qui ſupra Mundi nitidum cacumen
Clarus arrides, generoſiores
Reſpice mentes.

Stirpe ſublimis, quoq; principatu,
Diues & rerum probitate ſummus,
Viuito felix, animiſq; noſtris
Semper adeſto.

Digitized by Google

Index Capitum,

Quæ in tribus libris, De Potu in Morbis continentur.

Primi Libri, Qui eſt de aquæ natura, & recto vſu Capita.

PRÆFATIO.

C. 1 *Occaſio agendi de potu in morbis. pag. 1.*
2 *Quid ſit Potus. pag. 3.*
3 *Duplex huiuſmodi potus in vniuerſum. pag. 5.*
4 *Quid ſit aqua de qua agendum, quæ de eius natura ſcire oporteat, & quo ordine. pag. 6.*
5 *Aquarum in vniuerſum cauſæ Principes, & non principes finalis cauſa. pag. 7.*
6 *Aquarum cauſa materialis in vniuerſum. pag. 8.*
7 *Aquarum cauſa effectrix in vniuerſum. pag. 14.*
8 *Aquarum cauſæ non principes, & variæ in ijs obſeruationes. pag. 15.*
9 *Aquarum differentiæ pro cauſarum varietate. pag. 16.*
10 *De Aquarum eſſentia generatim. pag 17.*
11 *Differentiarum quæ in aquæ ſubſtantia accidunt relatio in ſuas cauſas. pag. 18.*
12 *Differentiarum, quæ in aquarum qualitatibus accidũt relatio in ſuas cauſas. pag. 20.*
13 *Caliditatis aquarum cauſa. pag. 24.*
14 *Effectuum in aquis varietas in vniuerſum. pag. 31.*
15 *Effectus communes aquis ſimplicibus, vt veniunt ad alimentum Hyppocraticæ ſententiæ explicatio. pag. 32.*
16 *An aqua nutriat. pag. 36.*
17 *Effectus aquis ſimplicibus communes, vt habent rationem medicamenti. pag. 43.*
18 *Effectus communes aquis miſtis. pag. 44.*
19 *Effectus priuati in varijs aquarum ſpeciebus. pag. 46.*
20 *Aeſtus maris cauſa. pag. 49.*
21 *De Nili incrementi cauſa. pag. 61.*

Digitized by Google

22 *Reliquorum effectuum aquæ priuatorum relatio in ſuas cauſas. pag. 65.*
23 *De aquarum effectibus admirandis extrà hominem. pag. 73.*
24 *Repetitio cauſarum in aquis, quæ ab aere fiunt, dubitationes de materia, & loco pluuiarum Hyppocraticæ ſententiæ explicatio. pag. 76.*
25 *De pluuiarum varietate pro tempore, & modo quo decidunt Hyppocratis locus expenditur. pag. 80.*
26 *Pluuiarum varietas pro tranſitu, & quietis loco.*
27 *Aquarum pluuiarum eſſentia. pag. 84.*
28 *Aquarum pluuiarum effectus. pag. 88.*
29 *Aquarum ex niue, grandine, glacie, rore, & pruina, ortus eſſentia, & effectus. pag. 90.*
30 *Aquarum quæ in terra naſcuntur varietas. pag. 92.*
31 Fontium cauſæ principes. *pag. 93.*
32 *De fontium origine. pag. 94.*
33 *Varia in interiori fontium origine obſeruanda ab Hyppocrate propoſita.*
34 *Obſeruanda in exteriori fontis ore Hyppocratis locus explicatur. pag. 100.*
35 *Obſeruanda in fontium origine, & interiori, & exteriori. pag. 105.*
36 *Obſeruanda in fontium tranſitu, & quiete. pag. 108.*
37 *De fontanæ aquæ eſſentia. pag. 110.*
38 *De fluuiatilibus aquis. pag. 112.*
39 *De lacuſtribus aquis. pag. 115.*
40 *De paluſtribus, & ſtagnantibus Hyppocraticæ ſententiæ expenſio. pag. 117.*
41 *De Maritimis. pag. 124.*
42 *De Putealibus. pag. 125.*
43 *De Ciſterninis aquis. pag. 126.*
44 *Tranſitus ad vſum aquarum. pag. 127.*
45 *Aquæ potabilis optimæ conditiones. pag. 128.*
46 *Ratio aquas malas corrigendi. pag. 134.*
47 *Aquæ refrigerandæ modi. pag. 135.*
48 *Aquæ calefaciendę ratio. pag. 140.*
49 *Obſeruanda in natura corporis ad aquæ potum Hyppocratis ſententia expenditur. pag. 143.*
50 *Rerum non naturalium obſeruatio in aqua potu, quæ nobis, & neceſ-*

ſario, & non neceſſario occurrunt. pag. 146.
51 Obſeruatio morborum naturæ in aqua potu. pag. 149.
52 Dubitationes de aquæ potu in morbis, ac primum an in acutis ſit ex vſu Hyppocratis locus expenditur. pag. 150.
53 Quando aqua vtēdum ſit multa, aut pauca calida, aut gelida, quomodo ab Hyppocrate proponitur vſus calidi potus in ſanis. pag. 154.
54 Vſus calidi, ac tepidi potus in morbis. pag. 158.
55 De Aquæ gelidæ potu in ſanis. pag. 161.

Libri ſecundi, Qui eſt de vini natura, & recto vſu, deque Factitio potu vario Capita.

C. 1 Potus ex plantis plerunque artificioſus aliquis tamen etiam ſpontaneus. pag. 167.
2 Vini appellationes variæ vinum propriè quid. pag. 168.
3 Propoſitum, & ſcribendi ordo. pag. 169.
4 De vini eſſentia, ac primum de ſubſtantia. pag. 169.
5 De Temperamento. pag. 171.
6 De Colore. pag. 179.
7 De ſapore. pag. 181.
8 De odore. pag. 187.
9 De ætate. pag. 189.
10 De cauſis quibus vini eſſentia immutatior. pag. 190.
11 Quæ ad artem pertinent vitis cultura. pag. 193.
12 Obſeruanda in vuis priusquam legantur. pag. 195.
13 Obſeruationes in legendis vuis, & præmendis. pag. 196.
14 Obſeruatio varia in aqua preſſis vuis immittenda, & in feruore ? pag. 197.
15 Diligentia in muſto ad auertenda mala, quę vino accidunt vini ſubſtantia quatruplex, & vitia quatuor. pag. 201.
16 Vina vt ne euaneſcant remedia varia quibus eorum natura mutatur. pag. 203.
17 Vini naturæ immutatio ex remedijs ad eius turbulentiam vappam, & mucorem. pag. 205.
18 Vini varietas prò condiendi, & recondiendi varietate, & pro va-

Digitized by Google

rio in dolio ſitu. pag. 207.
19 *De vini effectibus in actionibus naturalibus, animalibus, & vitalibus. pag 108.*
20 *De vini effectibus merito ſubſtantiæ locorum in Hyppocrate, & Galeno aliquorum animaduerſio. pag. 214.*
21 *Effectus vini ex qualitatibus, ac primum ex temperamento. pagina 221.*
22 *Effectus vini ex colore. pag. 222.*
23 *Eff:ctus vini ex ſapore. pag. 223.*
24 *Effectus vini ex odore. pag. 226.*
25 *Effectus vini ex ętate. pag. 229.*
26 *Effectus vini ex occultiori cauſa. Plinius vocat prodigia. pagina 235.*
27 *Effectus vini ex cauſarum varietate, ac primo pro materiali, & effectrice cauſa pag. 236.*
28 *Effectus vini pro artis varietate. pag. 238.*
29 *Effectus vini accidi, turbulenti, vappidi mucidi, & qui ex arte accidunt dum ea vitia corrigere nititur. pag. 240.*
30 *An vinum nutriat. pag. 241.*
31 *Naturalium rerum obſeruatio ad rectum vini vſum, ac primum temperamenti. p ig. 250.*
32 *Obſeruatio corporis habitus. pag. 252.*
33 *Obſeruatio ætatis. pag. 253.*
34 *Obſeruatio ſexus. pag. 257.*
35 *Obſeruatio conſuetudinis. pag. 257.*
36 *Obſeruatio rerum non naturalium ad rectum vini vſum, pagina 258.*
37 *Fictitij potus varij in aquæ, & vini locum. Fictitiorum vinorum laus, & vſus generatim. pag. 252.*

Tertij libri, Qui eſt de priuato in morbis potu ex veteribus Capita.

C. 1 *Qui eſt de priuato in morbis potu ex veteribus. pag. 265.*
2 *Potus qui opportunus quibus infirmum eſt caput. pag. 265.*
3 *In capitis dolore. pag. 268.*

4 *In Phrenitide pag.*
5 *In Melancolia pag* 277.
6 *In Epilepſia pag.* 279.
7 *Cordis actionis, & earum varia læſio pag.*282.
8 *Cordis actiones lædi nunc primario cordis vicio nunc ſecundario ex ventriculi, iecoris, vteri, inteſtinorum neruoſarum partium, ac corporis totius conſenſu pag.* 284.
9 *Quandò exolutio ex ventriculi partiumuè aliarum conſenſu fiat. Galeni locus expenditur pag.* 285.
10 *Qui nam proximus ſit in exolutione morbus pag.*290.
11 *Quæ cauſæ ſint morborum, qui exolutionem faciunt proximè, & quando ab ijs ij morbi fiant pag.* 291.
12 *Epilogus morborum, & cauſarum exolutionis, quæ in eius curatione vniuerſum obſeruanda; & ipſius pro cauſarum diſtinctione in duas ſeries diſtincta curatio pag.* 296.
13 *Exolutionis ex vtilis materiæ inopia curatio à Galeno propoſita atq; eius ſententia expenſio, & explicatio primum autem illius, quæ ex cholera diarrhea, & ſanguinis euacuatione. pag.* 297.
14 *Exolutionis ex ſudoris multitudine ex Galeno, Gelio, Aureliano, & alijs curatio. pag.* 304.
15 *Exolutionis ex abſceſſu diſruptione ſectione, hydropicorum euacuatione curatio. pag.* 315.
16 *Exolutionis ex ventriculi oris imbecillitate curatio. pag.* 313.
17 *Exolutionis ex thoracis frigiditate curatio. pag.* 315.
18 *Exolutionis ex thoracis caliditate curatio. pag.* 317.
19 *Exolutionis ex thoracis ſicitate in febribus curatio. pag.* 318.
20 *Exolutionis ex animi perturbationibus curatio. pag.* 319.
21 *Animi defectus ex multitudine. pag.* 320.
22 *Curatio exolutionis ex multitudine in præcipuo viſcere ob inflammationem, aut humoris praui in ipſum confluxionem febrilis acceſſionis initio. pag.* 321.
23 *Exolutionis ex prauis ſuccis ventriculi os mordicantibus curatio.* (*pag.*324.
24 *Animi defectus ex bile ventriculi os mordicante. pag.* 328.
25 *Animi defectus ex ſyncopa ex pituita multa, ac frigida in ore ventriculi collecta ex libro ad Glauconem. pag.* 334.
26 *De eodem effectu ex libris methodi.*
27 *Exolutio ex euacuatione confeſtim facta per ventriculum. pag.* 343.
28 *Exolutio ex coli & ilei doloribus. pag.* 345.

Index Capita,

29 *Exolutio ex vteri vitio. pag.* 346.

30 *In difficili ſpiratione.*; *pag.* 352.

31 *Ad ſitim. pag.* 361.

32 *Ad inappetentiam. pag.* 365.

33 *Ad concoctionem alimentorum immunitam. pag.* 366.

34 *Ad tardam concoctionem cum ardore, & ſiti. pag.* 367.

35 *Ad tardam concoctionem cum corruptella. pag.* 365.

36 *Ad alimentorum in ventriculo acorem. pag.* 369.

37 *Ad ructum. pag.* 370.

38 *In ſingultu. pag.* 371.

39 *Ad ſtomachi reſſolutionem. pag.* 374.

Finis Indicis Capitum.

Digitized by Google

Digitized by Google

A

IOANNIS COSTAEI

B

De potu in Morbis

LIBER PRIMVS:

Qui eſt de Aqua natura, & recto vſu.

C

PRAEFATIO.

Occaſio agendi de potu in morbis.

VT *animalium generi vniuerſo ſtudium tuendi vitam, ita, & eorum, quæ vitæ ſalutaria vel noxia ſint, ea tum cognitio, tum ad hæc euitanda atq; ad illa perquirenda ſollicitudo congenita eſt; ineſſe vt rebus, quæcunq; ſentiunt, omni-*
D *bus, rationis imaginem quandam, fuerit inter philoſophos conſtitutum. Et quidem noſſe vel ab exterioribus ſe iniurijs tueri, vel interioribus vitæ neceſſitatibus conſulere, rationis opus eſt, ſi non inſita, ab ea ſaltem, quæ vniuerſum regit, intelligentia, adſcita. Quod igitur in immoderato aeris æſtu vel infimum quodq; animal, frigore; in frigore, calore ſibi conſulat; quod*

Digitized by Google

ad famem cibos, ad ſitim potum quærat; à ratione eſt, quæ a- uertere incommodum contrario remedio docet, quod, ſi eſſet ſi- mile, non auerteret, ſed adaugeret. Quum autem innumera ea ſint, quæ hiſce caducis corporibus inferre, accelerareq; perni- ciem poſſunt; ſollicita quidem de eorum ſalute benigniſſima pa- rens natura, tam diuitem auxiliorum apparatum inſtruxit, vt, ſi quis animo reuoluat, quæ quantaq; ſit eorum, quibus ad ſeruan- dam hominis vitam medicina vtitur, tum ſimplicium, tum com- poſitorum congeries, ſit quam maxime admiraturus. Inter hæc autem quum primam laudem mereantur, quæ, & inuentu, & paratu facilia; ſi quidem his quoq; accidat, vt in alendi etiam- num vſum veniant; nullum profecto his comparari poſſe reme- dium fatendum eſt. Quando enim medicamentorum eſt mu- nus, vt in animalis corpus ipſum immutando agant; ſicuti, e conuerſo corpus agit in alimentum, & ipſum mutat; quod tale eſt quale diximus, quod ſcilicet animali familiare eſt ad nutrien- dum, ſi idem medicamenti quoq; ſubire vices poſſit, minori quam quiduis alind moleſtia immutare corpus poſſe, nulla dubitatio eſt. Inter hæc præſtantiſſimum locum tenet aqua, communiſſimum or- bi vniuerſo elementum; ad alimentum vero vſq; adeo neceſſa- rium, nihil vt ſine ea nutrire corpus poſſit. Hanc primum vetu- ſtiores homines, vt bruta quoq; natura edoctos in medicina v- ſum traduxiſſe probabile eſt. Si enim naturalis ſitis remedium eſt aqua potus, cur non illius quoq; ſitis auxilium eandem eſſe ſperarent, quæ accidit à morbo? In ſummis æſtatis caloribus ani- malia plurima natatione, moraq; in frigida aqua calorem le- niunt, hoc exemplo in æſtu quoq; quem vis morbi excitarit, ad hanc ſi confugerent, rati homines ſalutarem, facto periculo, ita eſſe quum ſenſerint, eam inter medica præſidia tranſtulere. Cæ- terum, homini familiare eſt, ſæpe vt fallatur expectatione, quanto enim maiorem facilitas, familiaritasq; huic remedio laudem peperit; tanto humano generi grauius periculum reliquit.

Sci-

A *Scilicet, quod ſæpius contuliſſe compertum eſt, tanquam idem perpetuo facturum ſit, facile ſine ſuſpicione vlla paſſim admittitur, & nihil tamen ſiue alimentum, ſiue medicamentum homini bonum eſt, quod importune vſurpatum non ſit malum. Sic Hippocrates lib. de alim. alimentum ait bonum, alimentum malum; medicamentum bonum, medicamentum malum. Hinc ex malo aquæ vſu tot quotidie, & ſanis, & ægris mala accidunt, vt ex eo diuturni, & acuti ſæpe morbi fiant, & ij frequenter* B *lethales. Id quod priſcis iam temporibus obſeruatum, accedente etiamnum, alibi quidem bonarum aquarum inopia, alibi vero etiam luxu, ad varia eiuſdem, aquæ corrigendæ, parandæq; artificia, atq; ad aliarum quoq; rerum, potus gratia, perquiſitionem ita permouit; vt præter communem aquarum vſum, & vini, & variorum liquorum, non modo per ſecundam valetudinem gentibus varijs, ſed etiam per aduerſam medicis ſtudium fuerit, & ſit nunc etiam maxime. De quibus quum, & à prioribus, & à poſterioribus plura ad nos peruenerint, ſi quidem quæ* C *illi prudentiſſime docuere, noſtra ætas diligentius obſeruaret, nihil nunc nobis eſſet laborandum, at agitur hic etiam aliquando paulo negligentius, vt propterea noſtro munere non indignum cenſeamus, ſi priuatam de potu in morbis inſtituamus diſputationem.*

Quid ſit potus. Cap. I.

D AD quam, vt ordine aliquo aggrediamur, quid ſit quod potus nomine vocamus, ante omnia aperiendum. Quæ igitur alendi gratia homini in vſum veniunt, alia ſolidæ, alia liquidæ alia mediæ ſunt ſubſtantiæ. Solida, cibi; liquida potus; quæ mediæ ſubſtantiæ ſunt, vbi cibi valentioris

Digitized by Google

multum, liquida diluitur, ſorbitionem, vbi adhuc magis diluitur, potionem vocaſſe Hippocratem conſtat, ita vt potus in liquorum genere tenuiſſimæ ſit materiæ; ſorbitio ſit liquidum aliquid ſed corpulentius, potio vero minus quam ſorbitio corpulenta, ſed eadem minus liquida quam potus. Et confundit quidem has voces Celſus, viciſſimq; pro potu potionem dicit; alijs tamen potio de ijs, quæ non ad alendum ſumuntur, frequentius eſt, potus contra de ijs, quæ ad alendum,) quo pacto à nobis quoq; hic perpetuo ſumitur. Eſt igitur potus liquidiſſima materia, ad tollendam ſitim, atq; ad alendum idonea. Quia liquidiſſima eſt, diſtinguitur à ſorbitione, & potione. Quia ad ſitim atq; ad alendum venit ſeparatur à potione. Qui aiunt potum rem eſſe actu, & poteſtate frigidam atq; humidam, rem perturbant; quia Vinum, quod in potus genere primas tenet, poteſtate calidum, & ſiccum eſt, idemq; etiam ſi actu calidum ſumatur, nón caret potus nomine: & ſitim tollit non raro, & actu ſemper madefacit. Sed, & frigidum actu addunt male, quia potus calidus quoq; actu in vſum venit: & licet ſitis, cuius remedium eſt potus, ſit maxima ex parte frigidi, atq; humidi appetentia, maxime tamen hnmidi eſt: & tollitur etiam calidis, vnde Platoni ſitis humidi, non frigidi modo, ſed etiam calidi deſiderium eſt. Eſt ergo potus liquidiſſimus ſemper, atq; ad ſitim ac ad alimentum aptus; at non ſemper vel actu, vel poteſtate frigidus; poteſtate autem aliquando ſiccus, ea poteſtate, quæ ſequitur temperamentum, quamuis alia poteſtate, quæ liquidorum generi vniuerſo communis eſt, ſecundum quam quicquid liquidum eſt actu madefacit, recte ſemper humidus dicatur; quum liquores etiam ſiccandi facultate ſtrenuiſſimi actu madefaciant. Quid igitur ſit quod potum vocamus apertum eſt.

DVPLEX HOMINI POTVS IN vniuerſum. Cap. II.

QVVM autem eorum, quæ viuunt omnium vita in caloris humorisq; conſeruatione ſit poſita; fuit quidem prouidiſſimæ naturę munere vbicunq; aliquid ſit vita præditum, illic etiam paratum commune veluti promptuarium, ſeu potius theſaurus, aqua, cuius ope humor illi caloris
B pabulum, & ſedes ſuſtineatur, quare nuſquam aliquid viuit vbi non ſit aqua, & nihil quicquam vel etiam aridiſſimo loco ſine aqua viuit. Quæ enim in ſaxis viuere plantæ obſeruantur, ſi aliunde non habeant, at non ex rore tamen ijs deeſt aliquid, quo humeſcant. Eſt igitur communis humor, quo viuentium hic omnis humor ſeruatur, nullius artificij particeps ſed naturæ vnius dono datus, aqua, vetuſtiſſimus humani generis potus. Præter aquam licet plura homini in potum ve-
C niant, quicquid illud tamen ſit, eadem ſemper aquæ ſoboles eſt, aquoſus, ſcilicet, ſuccus aliquis vel ex animalibus, in quo genere eſt lac, & lactis pars ſerum, vel ex plantis, & hic frequentiſſime quidem ex earum fructibus vel ſolis, vel in aqua prius maceratis decoctiſue, expreſſus, aliquando etiam (licet raro) ex ipſarummet plantarum parte aliqua emanans, nunc ſponte, nunc hominis opera aliqua, aut caſu, vt ſuo poſtea loco aperiemus. Duplex i-
D gitur quum ſit homini in vniuerſum potus, vel aqua, vel quid aliud ex ea deriuatum; de aqua prius, de reliquis qui ex ipſa, poſterius erit diſputatio.

QVID SIT AQVA, DE QVA AGENDVM. Quæ de eius natura ſcire oporteat, & quo ordine. Cap. III.

A

AQVAM elementum ab alijs elementis ſecretum, & ſimplex, non repetiri, philoſophiæ placitum eſt. eſſe illam tamen in liquido, & vulgari corpore quod aquam vocant, nihil dubium eſt. Huius conſiſtentiam liquores varij æmulantur: ob id aquæ ſpecies à veteribus nuncupati: vt ſucci varij ex plantis earumue fructibus tum expreſſi, tum ſtillatitij, vt ſerum quoq;, & lotium, quæ inter aquæ ſpecies Ariſtoteles 4. meteor. cap. 9. agnoſcit. Verum de his agere noſtri nunc non eſt inſtituti: ſed de vulgaribus ac ſpõte natis aquis, quarũ quũ aliæ ad alimentũ hominis aptæ ſint, quas potabiles, & dulces vocant; aliæ non ad alimentum, ſed ad varios potius curandos morbos, vtiles, vnde, & medicatas appellãt; de prioribus nunc nobis inſtituta eſt actio, reliquarum ſi qua erit mentio, erit gratia priorum. De harum igitur recto in medicina vſu, qui apte dicturus eſt, ipſarum naturam ante omnia tenere oportet. Sed Naturæ cuiusq; rei cognitio in eſſentiæ, cauſarum, & effectuum notitia poſita eſt. Sunt hæc igitur de aquis exquirenda. Ex his autem quum eſſentia, & effectus, quæ ſenſu patent, ſint nobis cauſis notiores: ab horum quidem altero inchoari doctrinæ ordo requireret; At ſicut effectus ab eſſentia, & cauſis pendent, ita à cauſis eſſentia: in eſſentię autem perquiſitione prænoſſe aliqua oportet, quæ explicantur cum explicatione cauſarum, ob id primum omniũ de cauſis, tum de eſſentia, dehinc de effectibus agendum, ab his poſtremo de vſu, cuius gratia reliqua inquirimus. Eſt autem merito eſſentiæ, & cauſarum, & effectuum magna in aquis varietas, ex qua differentiæ quamplures ſcitu prorſus neceſſariæ emergunt. Suis ergo locis hæ quoque ſingulæ

B

C

D

propo-

Digitized by Google

A proponentur, & in ſuas cauſas, quo fieri poterit, certiores referentur.

AQVARVM IN VNIVERSVM CAVSAE principes, & non principes. Finalis cauſa. Cap. IV.

AQVAE, ſicuti rerum quoq; aliarum, cauſæ aliæ principes, & veræ cauſæ ſunt, aliæ concauſæ, Principes, B finis, materia, effectrix; & forma etiam, ſi modo hæc quæ non eſt, niſi re iam conſtituta, verius eſſentiæ rationem non habet, quam cauſæ, de cuius natura eſt, vt rem præcedat. Concauſæ vero, locus, & tempus. De his igitur vt agamus, de fine primum accipere ex ſenſu oportet, miſtorum corporum omnium, licet ex vulgatis quatuor ſint elementis, ſoliditatem nõ eſſe ex igne aut aere; ſed vel ex aqua, vel ex terra, vel ex vtroque, non ex terra quidem ſola, quæ ſuapte natura humoris ex C pers eſt, & fuſa, neq; aliud quã puluis: non ex aqua ſola, quia liquida: ex terra igitur cum aqua, cuius acceſſione cogitur, ab aqua ergo ſoliditas eſt terrenæ materiæ; & ab ea, corpora habent vt conſiſtant, ob id humore, quo vt glutino continentur ſoluto, in puluerem redeunt omnia, nec conſiſtunt. Conſiſtentiæ igitur principium ab aqua, vt propterea qui ex veteribus aquam rerum principium dixere, recte dixerint, ſi benigne interpretemur. Quando ergo ad harum rerum conſiſtentiam tam neceſſarius eſt aquæ vſus; iiſdem autem ſeruan- D tur omnia, ex quibus conſtant; quod quidem ſine aqua nullius rei perſiſtere vita poſſit, etiam apertum eſt. Eſt igitur aquæ finis naturalium corporum conſiſtentia, & conſeruatio; hæc vero eorum, quæ vita carent per connexionem, eorum quæ viuunt, per connexionem ſimul, & nutritionem. De modo autem, quo nutritio fiat, agetur poſtea; quum ad aquæ ef-

ſectus explicandos peruenerimus. Illud nunc ſit ſatis,aquam ita ad nutritionem eſſe neceſſariam, vt ipſius ſolius inter elementa proprium eſſe vt in alimenta veniat ad eorum penetrationem atq; ad moderandam ſubſtantiam ſcribat Auicen. 2.1.ſ.1. Doc. 2.cap.16. & quidem non temere. Quando enim quod ſumitur ad alendum, deduci in ſingulas corporis partes debet, vt ijs agglutinetur; fundi id ac liquari oportet. Non liquatur autem aut funditur quod aridum eſt,aut igneũ aut aereum, aut abſolute terreum;ſed quod ſucculentum, & aqueum. Liquatio igitur,& fuſio aquæ proprium eſt,vt materiæ, quæ tamen ab igne quoq; & aere pendet, vt ab effectrice cauſa,per calorem diſſoluente, in actumq; ducente humiditatem,quæ in alimentis latebat. A B

AQVARVM CAVSA MATERIALIS in vniuerſum. Cap. V. C

NVNC vt ad materialem cauſam accedamus. Quum illud ſit philoſophis receptum mutuam eſſe elementorum inter ſe conuerſionem, dandum quidem eſt, aquæ materiam eſſe poſſe elementorum aliorum vnumquodque, eorum præſertim quibuſcum habet illa in vna qualitate aliqua ſimilitudinem. Qui tamen, e terra proximum aquarum eſſe ortum contendunt, ſane quam leuiter contendunt, In aridiſſimum enim illud terræ corpus, quo in aquam (quod aiunt) fundi poſſit, induci conſeruata ipſius frigiditate humiditatem oportet, at contra tamen tum in locis quæcunque ſol illuſtrat, ab eo aridiora fiunt omnia, tum in profundis terræ viſceribus nihil eſt, quod terram in aquam poſſit immutare. Id enim non poteſt calor, qui, D

quum

A quum attenuandi vim teneat, aridam terram cum calo-ris inductione attenuando exhalationem potius ſiccam gignet, quam humidum vaporem, aquæ materiam. Non etiam frigus: quod pro tenuitate, quæ ad aquæ generationem requiritur, terræ denſitatem inducet. Ex terra igitur proxime fieri aqua non poteſt, quanquam ſi comburatur, vt genitus ex ipſa ignis facile in aerem commutatur; ita, & aer non multo negocio in aquam. Accidit quidem etiam non raro ex aqua aquam fieri, vt ex pluuijs fon-
B tes, verum hic nouus non eſt aquarum ortus, ſed de vno potius in alium locum commigratio, cum aliqua tamen prioris naturæ alteratione. Itaque ſi ſenſum certiſſimum in rebus quæ ad ſenſum pertinent, iudicem ſequamur; euidentiſſimus, frequentiſſimusque aquæ ortus ex aere eſt; vt viciſſim aeris quoque ex aqua, nempe ex olla, cui aliquid inſit aquæ, ſubiecto igne vapores (id eſt, craſſiuſculum aerem) excitari videmus, qui ſi vitreum ſolidumue aliud
C ollæ ſuprapoſitum ſit operculum, refrigerati in aquam denſantur, id ſi deſit cum manifeſta aquæ imminutione in aerem euaneſcunt. Huic ergo conſimilem pluuiarum eſſe ortum, ſapientes conſenſerunt. Vapores enim ex hoc aquæ ac terræ globo Solis aſtrorumque aliorum calore in aerem ſublatos, conſiſtere in nubes; quæ in frigidiori aeris regione denſatæ, in pluuias decidunt. Sed hoc etiam modo, ex aere ac vaporibus, intra terræ cauernas à calore excitatis, moxque frigefactis, tum
D fontes, tum flumina, tum lacus conſiſtere plurium eſt conſenſus, cuius ſententiæ authore præcipuo Ariſtoteles 1. Meteor. cap. 13. A cuius iudicio, licet præſtantiores quiq; viri auſi non ſint palam diſcedere; quia tamen aliqua ſunt, quæ liberum ingenium auocare poſſe videntur; par eſt, hic, vt tantiſper inſiſtamus; quo (ſi liceat) quod vero magis ſimile ſit,

in re tam obſcura, aſſequamur. Namq; aquarum quæ è montibus fluunt, ex aere ac vaporibus in terræ ſpecubus non eſſe ortum, aſtruere hoc videtur, quod quū Ariſtoteles 2. de gen. & corr. 37. & cum eo reliqui, ad certam aquæ partem gignẽdam, aerem decuplo ſuperare oportere ſentiant, tam ingentes in terra cauernas, non oſtendere modo, ſed ne cogitatione quidem licet comprælendere, quę adeo immenſam aeris molem contineant, ex qua tam multi maximiq; fontes, fluuij, lacusq; fiant, quos habet orbis. Sed nonne etiam locum, in quo continebatur aer, prius quam ex eo aqua fieret, contracto ipſomet aere in decuplo minus, vacuum fieri neceſſe eſt? Quod ſi vacuum id aere, ex eo qui terram ambit, in eius, qui exijt, locum ſubeunte, dicas repleri, oſtendendum eſt per quas vias, per quos meatus ſubeat. Hæc igitur quum dictet ratio, quando tamen in maximorum montium tum planitie, tum lateribus, paſſim conſpicimus fontes, fluuios, ac lacus, & eos etiam perennes, quos a pluuijs oriri nullus merito poſſit aſſeuerare, ſi horum ortus non eſt, qualem putat Ariſtoteles, non temere eorum principium potius mari aſcribitur, quæ etiam fuit vetuſtiorum ſententia, qui, vt in mare flumina omnia influunt, ita ab eo effluere, vna fere voce conſentiunt. At vero eſt hic etiam aliquid, quod maxime perplexum reddat. Qui enim fieri poteſt, vt ab humillimo, depreſſiſſimoq; maris alueo, in tam ardua, & alta montium faſtigia tanta aquarum copia feratur; quum id omnibus ſit, confeſſum aquam non ſupra eius, a quo oritur, loci faſtigium promoueri? Eſt hæc ratio efficaciſſima, cui, qui eius opinionis ſunt patroni, alij alio modo reſpondẽt. Sunt qui aquarum motum a mari in montes naturalem eſſe aſſeuerent, neq; vt obijcitur, altiores eſſe mari montes. Quū enim terram Oceanus ambiat, ipſum quum æſtuat ita aiunt turgere, vt ipſius ſuperficies, terræ, atq; etiam montium cacuminibus ſit æqualis, tunc ergo aquas ab eo in terræ ſinus qua

A

B

C

D

ſi ab

A ſi ab æquali in æqualem locum recipi, vt dehinc mirum non ſit, in montibus aquas emergere. Hunc enim naturalem eſſe aquæ locum, quia Oceani turgeſcentis reſpondet ſuperficiei: & ipſius altitudinem aquarum in montibus ſcaturigo non excedit. Cæterum aperta nimis eſt commenti huius leuitas. Si enim mare quum turget, ſummorum montium æquat faſtigia, iam non ſemel, & minores montes tum proximos, tùm remotos ſuperaſſet; & totam preterea terrarum planiciem iam ſæpius inundaſſet, quod, excepto Noe temporis
B diluuio, nulla vnquam ætas obſeruauit. Itaq; quum Oceanum nunquam non terra humilius eſſe certiſſimum ſit; aut fontium in montibus ortum ab illo eſſe negandum eſt, aut ſi ab illo eſt ortus, aquam altius quam eius ſit, a quo oritur, loci ſuperficies, aſcendere dandum eſt. Qui huius rationis vim expendere, pronunciatum illud de aquæ aſcenſu pro deſcenſus modo, non ſemper, ſed tunc tantum verum eſſe aiunt, quũ ab ea aquę portione, quę ſurſum pellitur, magis reſiſtitur, quã
C ſit eius, quæ pellit, robur. contra enim vbi impellentis vis præualeat, non ad id loci tãtum in quo eſt id, quod pellit altitudinem, ſed altius etiamnum aquam impelli, vt apertiſſimo exẽplo docet Cteſibij machina apud Vitruuium, & organa alia, quæ aquas per tubos, fiſtulaſq; ex puteis, & nauibus exprimunt. Quum igitur Oceanus terram ambiat, vocemus quidem eius partem, quæ proxime terram alluit, interiorem; quę huic oppoſita eſt exteriorem. Eſt pars exterior, vt mole, ita grauitate immenſa. Vrget igitur interiorem aquæ partem;
D atq; ita vrget in cauernas, quas terra paſſim habet plurimas, vt ſubire eas, & ab ijs in ſuperiores etiam meatus quicunque occurrunt ad mõtium ſiue latera, ſiue etiam cacumina, aſcendere cogatur, neq; ſubeundi finem poſſit facere, priuſquam exitum nanciſcatur. Hæc igitur aquarum in montibus origo eſſe videtur à mari. Verum enimuero, ſi acrius rem intueamur,

tueamur,

tueamur; primum quidem Oceanum vniuerſam ambire terram, recentiores non annuunt, qui terræ longe quam aquæ ampliorem magnitudinem, contraq; mare à terra ambiri demonſtrant. Neq; tam vrgere exterior aquæ pars interiorem, in fluxu poteſt, quam viciſſim interior exteriorem in refluxu, hanc ergo aquarum reciprocationem ipſas quoq; montium aquas cum manifeſto ſui incremento mox, & decremento pati ſi à mari eſſent, oporteret, quas tamen tenore ſemper eodẽ fluere obſeruatio eſt. Non etiam hic, quem aiunt, motus, reſpondet impulſui, qui per tubos, per quos continuum, liberũ, & apertum eſt aquæ iter; quale per terræ ſpecus eſſe non poteſt; à quibus non niſi per inæquales, obliquas, incertas, & impeditas prorſum vias in terræ ſuperficiem eſt motus. Ita quidem, quum hactenus, quo modo, qua via à mari in terræ ſuperficiem aquarum aſcenſus fiat, non conſtet; ſi modo id verum eſt, quod vetuſtas cenſit, alia probabilior aſcenſus illius videtur ratio, quam quotidiana docet obſeruatio. Si quis ſpongiam aridam aquæ immergat non totam, ſtatim in eam etiamnum partem quæ immerſa non eſt; aqua pertrahitur, ita vt paulo poſt tota madeat. Quum igitur terra ſpongiæ inſtar aquam abſorbeat, an ab ea illius parte quæ mari immergitur, in ſuperiores aridas vſq; ad ſuprema montium cacumina, pertrahi eodem modo nihil obſtat? At contra, etſi terram dum arida eſt, ob ſiccitatem, humorem proximum trahere negare non licet, non multo poſt tamen, vbi iam humore imbuta eſt, non trahet, non igitur continuus erit aquæ aſcenſus, neq; aquarum continua eruptio. Verum, an quia prioris, qui attractus eſt, humoris, fit effluxio, propterea terræ partes quaſi exareſcentes, in trahẽdo humore perſiſtunt? adiuuante præſertim aquæ lentore, ob quem per conſequutionem quandã aquæ præcedenti conſequens adnectitur? Sed hoc animi gratia, Mare enim in ſummos montes trahi, admittere non videtur

A detur ratio. Namq; quum quicquid mouetur motu, vel naturali, vel violento moueatur; eorum neq; vno, neque altero poſſe fieri quod aiunt, oſtendere facile eſt. Non motu quidem ſecundum naturam, qui in elementis non eſt, niſi à loco, qui illi naturalis non eſt, ad eum qui ſecundum naturam, neque niſi vt finem, formam, quietemq; conquirat. At naturalis aquarum locus eſt mare, ita vt in eo finem, formã, quietemq; quam habere vſquam poteſt, quum iam conſequuta

B ſit aqua, ſi ab eo aliorſum moueatur, præter naturam moueri neceſſario fatendum ſit. An ergo (inquies) aquæ locus præter mare omnis, præter naturam eſt? Non id aſſerimus, ſed quæ in mari eſt, ſuo in loco quum ſit, nihil eſt opus, perfectionis gratia alium vt quærat locum. Sed etiam naturalis aquæ locus terræ proximus eſt, ita vt vnum cum ea globum faciat, aſcenſus autem in montium cacumina, extra locum illi debitum eſt, mediam enim aeris regionem, vel tenent, vel etiam ſuperãt altiſſimi montes, vt propterea in eos aquam aſcen-

C dere, ſit in alienum locum moueri. Si igitur naturalis non eſt aquarũ motus, de quo agimus; violentus eſt; ac propterea non perennis, ita vt, quum ex fontibus, fluuijs, ac lacubus, quorum in montibus ortus eſt, perennes ſint multi, quare & à perenni, ac nõ violenta cauſa; ab alia cauſa, quã à mari habere ortum ſtatuendum ſit. Redeundum igitur ad Ariſtotelem eſt, & cum eo dandum, aquarum, quæ e montibus erumpunt, ſi perennes ſint, nõ aliam, quam vaporum, aeriſq; vt diximus, eſſe materiam. At dubitatio erat, ſi ad vnam

D aquæ partem conficiendam decem aeris requiruntur, quibuſnam cauernis tam immenſa aeris copia contineri poſſit, quanta quæritur ad tantam vim aquarum, quæ ex montibus fluunt, gignendam? quomodo etiam contracto aere in aquã non detur vacuum; aut ſi nouus aer ſubeat, per quas vias ſubeat? Verum complectendum eſt mente, vapores caloris vi

ex humore excitatos, in cauernarum ſumma ſtatim attolli, A
illicq; terræ frigiditate denſari, atq; in aquam verti, quæ mox collecta effluit. In priorum autem vaporum locum, calore nunquam remittente ab opera, alij gignuntur, qui rurſum eodem modo denſantur, & in aquam conuerſi continuo fluxu effluunt. Nihil hic igitur tanta loci amplitudine eſt opus, quum non tãta ſimul aeris elata ſit copia, cui locus idem, qui prioribus vaporibus excipiendis ſatis fuerat, non ſufficiat. Ita vero etiam neq; de vacuo; neq; de vijs per quas ad replendũ B
vacuum nouus aer ſubeat, opportuna eſt dubitatio.

AQVARVM CAVSA EFFEctrix in vniuerſum. Cap. VI.

DE effectrice autem cauſa ſtatuere illud primum oportet, quum ad cuiuſq; rei ortum, & locus, & tempus, quas concauſas dicebamus, neceſſario cõcurrat; locus autem in quo reſident aquæ, non alius eſſe poſſit quam terra, dupli- C
cem tamen eſſe locum, in quo earum eſt ortus: fiunt enim nũc in aere, nunc in terra. Vtro autem in loco fiant, eadem effectrix eſt cauſa. Eſt vero hæc duplex, tum remota, quæ vapores, aquæ materiam excitat, tum proxima, quæ in aquam illos vertit. Quum enim id perpetuum ſit, vbi humor, & calor eſt, vt ibi quoque ob continuam caloris actionem, laxatis corporibus quæ caleſcunt, tenuioris humoris, ſpiritusque qui illis ineſt, aliquid, cum ſponte ſua quia aereum eſt, erumpat, tum vi caloris foras ſub vaporis forma trahatur: ita quidem D
fit, vt aſtrorum maximeque Solis vi ex humidis orbis huius inferioris corporibus quibuſque aliquid perpetuo in ſublime efferatur, quod vbi in mediam aeris regionem peruenerit, quia frigidiſſima eſt, denſatur, denſatumque in pluuias defluit, cauſa igitur pluuiæ remota calor eſt attrahens vapores, proxima

frigi-

A frigiditas,quæ illos denſat. Non diſſimili etiam modo fontium,fluuiorumq; in terra eſt ortus. Non deſunt in profundiori terra ampli meatus,& cauernæ,atq; illic quoq; calor eſt & humor,humor quidem tum ex aere,tum ex aqua ſine qua terra non conſiſteret,calor vero,non ignis modo, qui in miſtis eſt omnibus(inter quæ ipſa etiamnum terra eſt;licet cogitatione ſimplex) ſed cæli quoq; cuius vis in intimis etiam terræ viſceribus viget,metallorum,gemmarum, ſuccorumque multorum,& rerum aliarum procreatrix, excitatis ergo illic
B quoq; actione caloris vaporibus,vbi in frigidiorem terræ partem incidunt, refrigerati, in paruas prius guttas denſantur, quæ coeuntes magnæ euadunt;moxq; plures in vnum collectæ,a commiſſuris,anguſtisque in quibus concreuere locis excidentes in proximas venas,anguſtas primum,mox, & latiores,tum in cuniculos ampliores delatæ,fontes pariunt, a quibus riui,& ab his fluuij ad immenſam aliquando magnitudinem excreſcentes, dum in eos riui multi, & fluuij alij reci-
C piuntur.

AQVARVM CAVSAE NON PRINCIPES, & variæ in ijs obſeruationes. Cap. VII.

HActenus de cauſis. Nunc de concauſis. Inter quas loci non vna eſt obſeruatio, nam præter locum originis,cuius proxime meminimus,vniuerſalem, qui eſt duplex aer,& terra,eſt;& regio,in qua magna eſt varietas, quum ali-
D bi nunquam fere ex aere aquę decidant,alibi vix deſiſtant vel pluuiæ vel niues:alibi terra aquarum ſit fæcundiſſima, alibi prorſus inops,alibi neutrum deſit. Eſt etiam in fontibus ac fluuijs priuata loci obſeruatio tum interioris ſinus, in quo aqua vel gignitur vel colligitur, tum externi oris in quod à ſinu delata foras erumpit, tum præterea via per quam à ſinu

ad os, & ab ore aliorſum fluit. Eſt, & tẽporis in aquarum ortu varietas. Nempe, vt aliquo anni tempore, & conſtitutione ab aere illarum prouentus eſt largior, aliquando parcior, ita; & a terra. ad aquæ autem naturam, quo tempore, aut qua cõſtitutione ortum habeat, plurimum intereſt. Sed hæc in priuata ſpecierum aquæ tractatione commodius explicabũtur. A

AQVARVM DIFFERENTIAE PRO CAVſarum varietate. Cap. VIII. B

QVum tot ſint aquarum cauſæ, ab his ſingulis variæ ſumuntur differentiæ, primumq; a finali, quæ eſt conſiſtentia rerum, & conſeruationis, aquarum eſt varietas, quod, quum hominis (cuius gratia hæc inquirimus) conſeruatio fiat per alimenta, aquę aliæ alijs magis minuſue aptæ ſunt ad alendum. A materia, quæ eſt vaporum, quia orta principiorum ſuorum naturam referunt, vt à puris vaporibus ſinceriores aquæ fiunt, ita ab impuris impuræ. Ab effectrice cauſa, C quum ea duplex ſit, tum caliditas quæ vapores attrahit, tum frigiditas, quæ attractos denſat, ſi quidem calor qui attrahit imbecillus ſit, attractio fit vaporum, non fit attenuatio quo fit, vt craſſi remaneant, ita vbi illius vis viget, præter attractionem attenuatio, prætereaque craſſiorum à tenuioribus fit ſeparatio, ac quædam veluti coctio, non ſecus etiam, quo frigiditas, à qua vapores denſantur, maior eſt, eo frigidior, & crudior eſt aqua, quæ ab ijs fit vaporibus. Ita ergo ab hoc cauſarum genere habent aquæ vt aliæ alijs ſint magis aut minus D coctæ. Sumuntur etiam differentiæ à loco tum vniuerſali, tum particulari, vniuerſali, quia aliæ aereæ, aliæ terreæ, & ex aereis aliæ in ſuperiori, aliæ in inferiori aere oriuntur. Terreæ vero vel ſcaturien tes, vel collectitiæ ſunt. In ſcaturientibus autem neque origo, neq; tranſitus, neq; locus quietis

A idem eſt,& rurſum originis varietas eſt,tum vteri, tũ oris exterioris; vnde magna aquæ varietas,vt ſuo poſtea loco. Eſt,& in loco particulari diuerſitas,quia,an in calida aut frigida,humida aut ſicca, ſublimi aut depreſſa regione naſcatur, plurimum refert. Idem eſt ex tempore, quando calidiori aut frigidiori,humidiori aut ſicciori tempore, alia atque alia natura aquis imprimitur. Ita quidem aquarum differentiæ pro cauſarum varietate variæ ſunt, quæ pertinent ad eſſentiam, de qua nunc agendum.

B

DE AQVARVM ESSENTIA *generatim*. Cap. IX.

ESſentia natura eſt in ſubſtantia, & qualitatibus poſita. Ad ſubſtantiam pertinent ſimplicitas,& ex aliena materia compoſitio:craſſitudo attenuitas: puritas,& turbulentia lentor,& illi contraria qualitas:pinguedo item,quæ in aliquibus aquis reperitur,ita vt, quod ijs immergitur corpus, vngi

C videatur;& aliquando pingue quod illis ſupernatat, detrahi poſſit penna;imo vero ita aliquando affluat, vt fons in Indiæ terris cognitus ſit,vt ait Plin. lib. 31. 2.cuius aqua lucernæ ardeant,vt etiam in Ecbatanis,atq; iuxta Solos Ciliciæ vbi olei vicem explet. Eſt,& illi contraria aſperitas, quæ alicui aquæ tanta ineſt,ea vt ablutæ manus primo fiant aſperæ,mox,& rimis cuti inductis vlceroſæ.Huc ſpectat,& grauitas,& leuitas, ad hæc facilitas ac difficultas ad coquendum,atq; ad corrumpendum. Qualitates autem ſunt caliditas, frigiditas;color,

D ſplendorq;,ac opacitas,ſapor, odor.In his ſita quum ſit aquæ eſſentia,eſt hæc pro varijs aquæ generibus,imo,& in ſingulo genere admodum varia,genera nunc ea intelligimus, ſecundum quæ aliæ ex aere,aliæ ex terra ortum habent,& illæ (vt poſtea patebit) vel pluuiæ ſunt, vel ex niue, rore, grandine, pruina,hæ vero aliæ maritimæ,fontanæ,puteales,fluuiales, la

cuſtres, ſtagnantes, paluſtres. Eſt quidem in his ſubſtantiæ varietas primum quod aliæ ſimplices, aliæ ſunt miſtæ. ſimplices vocamus, non quæ reliquis elementis prorſus careant (talis enim aqua non reperitur) ſed quæ minus reliquorum elementorum, plus autem aeris habeant, plurimum terræ retinent turbulentæ, & craſſæ plurimum ignis ſulphureæ, & bituminoſæ ſimplices ſunt limpidæ, & in potus atq; alimenti vſum vtiles; reliquæ inutiles. Eſt vniuerſim tenuitas in pluuia; craſſitudo in ſtagnantibus; puritas in fontanis; turbulentia in paluſtribus: graues ſunt maritimæ; ad coquendum cæteris faciliores pluuiæ; & eædem etiam corruptu promptiores. Sed, & in qualitatibus, actu calidæ ſunt plurimæ in medicamenti vſum tantum vſurpatæ; & actu frigidæ plurimæ, quæ ad alimentum, ex illis tamen etiam aliquæ frigidę, & ex his aliquę ſunt calidæ. Albæ ſunt ac ſplendidæ multorum fontium, & fluminum; ceruleæ, & opacę maris; virides ſæpe paluſtres, & ſtagnantes. Dulces potuiq; aptæ ſunt fontanæ, fluuiatiles, puteales plurimæ, & lacuſtres aliquæ, medicamenti ſunt loco plurimę alię ſalſę, amarę, acidę, acres, variisq; ſaporibus prędıtę. Eſt etiam fontanis, putealibus, fluuiatilibus plerunq; odor nullus aliis, pręſertim iis quas à calore thermales vocant, moleſtus, nonnunquam etiam non iniocundus. Ad aquę eſſentiam pręter ſubſtantiam, & qualitates referri poteſt etiam motus illius ortui comes neceſſarius, qui non omnibus ſimilis, aliquę enim leni ſcaturigine oriuntur: alię non ſine impetu, & ex his aliquę tanto, vt feruere videantur, ſed etiam ab ortu alię leni fluunt motu, alię citato, alię nullo.

A B C D

Differentiarum quæ in aquæ ſubſtantia accidunt relatio in ſuas cauſas. Cap. X.

TOT fere in aquę eſſentia differentię occurrunt. Quarum ſingularum ſi exquiramus rationem, prima differentia

A tentia quę alia ſimplex, alia miſta dicitur, ex materia maxime pendet. Simplex ex ſimplici fit vapore, in aere, ſeu in terra cauernis à frigore coacto, miſta vero ex aliena materia, cuius vel ſubſtantia ſimpliciter aquę confunditur, vel qualitates cõmunicantur, aliena autem materia eſt eorũ, quę foſſilia dicuntur ſunt autem hic tum concreti ſucci, qui vel aqua liquantur vt ſal, & alumen; vel igne, vt ſulphur, & bitumen, tum corpora quę aqua ſoluuntur, vt terrę genera varia, tum quę non ſol-

B uuntur, vt lapides, de quibus ſuo poſtea loco. Sed agnoſcitur miſtionis varietas maxime ex qualitatibus, de quibus mox dicendum. Altera differẽtia eſt craſſitudinis, & tenuitatis, quas & vaporis craſſities, & tenuitas, & effectricis cauſę efficacia aut imbecillitas parit. Quo enim vapores craſſiores ſunt, & minor calor, eo craſſiorem aquam prodire neceſſe eſt, talis in paludoſis concluſisq; ac minime perflatis, ſoleq; illuſtratis locis frequens eſt contra in editis, & apertis, atq; vbi crebra flatuum agitatione cõmouetur aer, & ſol fortioribus radijs ferit,

C tenuiũ aquarum eſt ortus. Alia in puritate ac turbulẽtia differentia eſt; ſimplicitatis ac miſtionis effectus, terrenę ſubſtantię cum aqua copiam aut inopiã conſequens. Sed quum turbidę, alię non multo poſt tẽpore clarę fiant, alię contra turbidę perſtent; pendet hęc varietas ex alia differentia, qua præter lentorem aquę naturalem, aduentitius quoq; aliquis ineſt lentor, quem quę coniũctum habent, eę turbidę pertinaciter perſtant: quũ alię, quibus is non ineſt, terrena ſorde ſubſidente, limpidę fiant, lentor autẽ aquę maior ſępe ex aquę putre-

D dine eſt, nempe quę putrent, omnes ſoluta corruptaq; per putredinem miſtione; terrenoq; elemento, quod exactiſſime ſecundum omnes aquę partes confuſum erat, ab aqueis ſeparãto, lentoris aliquid contrahere obſeruãtur, nõnunquã ẽt ſine putredine ex terrę ſordibus aquę quam maxime cõmiſtis eſt lẽtor: atq; hęc ſi ferueſcat diſiunctis per calorem diſſimilibus

ex quibus cõſtabat partibus, coeuntibusq; in vnum ſimilibus ſubſidere, quod terrenum eſt, ſpectatur. Et non id quidem nos præterit, aquas eſſe aliquas, quæ, quum puræ ſint, igni admotæ perturbentur: terrenis ſcilicet partibus, quæ in ijs latebant, patefactis, at hæ quoq; vbi refrixerint, non ſecus ac ſuperiores terrena ſorde vel ſubſidẽte, vel ad vaſis, in quo ſunt, parietes, inſidẽte, puræ fiunt. Ad lentorẽ illud quoq; pertinet quod de aliquarũ aquarũ pingui proponebatur. Verum id ex bituminis alicuius ſcaturigine fieri apertum eſt. Aſperitas vero quæ contra alijs aquis ineſt, terrenæ ſubſtãtiæ, ac non exactæ percoctionẽ miſtionis inditiũ eſt. De differentia autẽ, quæ proxime ſequebatur, grauitatis ac leuitatis, illud obſcurum non eſt à terrenæ quidem ſubſtantiæ copia eſſe grauitatẽ, ab inopia leuitatem. Facilitas vero aut difficultas ad coquẽdũ, ſequitur tum materiæ, tum effectricis cauſæ varietatẽ: Materiæ quidẽ craſſitiem, aut lentorem, aut his contraria: ægre enim coquũtur, in quæ difficile ſe immittit vis caloris: & tale eſt quicquid craſſum ac lentũ eſt: adde, & durũ; ſed hoc non habet in aqua locum. Effectricis vero cauſæ vim, inſignẽ frigiditatẽ, quæ vapores denſat. Quæ enim frigidiſſimis locis oritur, difficillime calet, & coquitur. Hæc autẽ quæ in coquendo eſt ratio, eadẽ eſt, & in differentia alia, q̃ ſequitur, facilitatis aut difficultatis ad corrũpendũ, nẽpe quæ frigidior eſt, minus facile vim corrũpentis caloris admittit, quãquã alia lõge potẽtior cauſa eſt huius differẽtiæ; exacta ſcilicet aut imp̃fecta coctio, & miſtio à calore, q̨ vapores, materiã aquę ſuſtulit, quũ illud certũ ſit, ab efficaci calore exactius miſceri omnia, quã ab imbecillo.

Differentiarum, quæ in aquarum qualitatibus accidunt, relatio in ſuas cauſas. Cap. XI.

PLures sũt ẽt in qualitatib. aquarũ drię, quas referre ĩ ſuas cãs tentãdũ. Prima erat caliditatis, & frigiditatis, etſi .n.

aquæ

A aquæ natura in vniuerſum frigida eſt; naſcuntur tamen aliæ alijs frigidiores; aliç nõ frigidæ, ſed calidæ: & hæ quidem, vel actu, & poteſtate calidæ, vel actu calidæ, & poteſtate frigidç, vel etiam contra poteſtate calidæ, & actu frigidæ. Illi quæ ſimplicior eſt, ineſt frigiditas, & refrigerandi vis perpetuo. quod aliqua calida ſit, aut calefaciat, à miſtione eſt. Quæcunq; autem illa ſit, extra locum, in quo calorem conquiſiuit, ſemper non multo poſt ad frigiditatem redit. Quod enim alicubi Plinius lib. 31. cap. 2. alioqui ſummi iudicij ſcriptor,
B ex veteribus in ſuam tranſtulit hiſtoriam, Cranone fontem eſſe calidum citra ſummum feruorem, qui vino additus triduo calorem potionis ſeruet in vaſis: & quod in hauſta itidem e fonte Mattiacorum aqua triduo perſtet feruor; hoc refellit obſeruatio igniti ferri; quod alioqui denſiſſimum, caliditatem vix horæ paululum ſeruat. Quod autem aqua aliqua calida, aliqua frigida ſit, cauſa eſt varietas in materia, in effectrice cauſa, prætereaque in loco, & tempore, quæ inter
C cauſas non principes reponebantur. Vapores profecto, quos ex meridionali plaga Auſter inuehit, vt calidiores ſunt; ita in calidas pluuias vertuntur. contra qui feruntur ex Septentrionali, in frigidas. frigidiores etiam ſunt quæ ex glacie, & grandine, quam quæ ex niue, & quæ in media aeris regione fiunt, quam quæ in nobis proxima, de qua re ſuo poſtea loco. Et quæ in profundiori ſinu terræ gignuntur, vbi frigus viget, frigiditate quoq; ipſæ excellunt, qua non illæ, quæ ſcaturiginem non longe à terræ ſuperficie habent; maxime vbi aſſi-
D dua Solis radiatio illuſtrat. Huc pertinet etiam aquarum ratio, quæ ſponte calentes naſcuntur, de qua, ne hic dicendi ordinem peruertamus, mox priuata diſquiſitione agemus. Addendum his, ex anni quoq; tempore aquarum in caliditate, & frigiditate varietatem accidere, quum illud apertum ſit, profundiorum puteorum, & fontium aquas hyeme calidas

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

eſſe, vt ait Hippocr. lib. de nat. pueri æſtate frigidas. In cuius rei cauſa licet Galenus 3. di ſimp. med. fac. 8. veram eam non eſſe caliditatem hyeme, ſed ſenſui tantum ob immenſum aeris frigus, apparentem ſtatuat, vrinæ exemplo, quam quis in balneo reddit, calidæ quidem reipſa, ſed corpori quod à balneo incaluit, frigiditatem referentis: vnde quod minus calidum eſt, frigidum ſenſus iudicet. Vera tamen cauſa non immerito cenſebitur caloris in interiores terræ partes hyberno tempore ob circumſiſtentiam ambientis frigoris, contractio, & diffuſio æſtate ob caliditatem aeris rarefacientis, nempe hanc ipſam cauſam agnoſcit Hippocrates in lib. de natura pueri, atq; ob hanc in nobis ventres hyeme calidiores eſſe docet, quod, & Galenus 1. aph. 15. explicat. Neq; quamuis, in exterioribus noſtri corporis partibus quæ aeris immutatione immutantur, quod Galenus ait, aliquam fortaſſe habeat veri ſimilitudinem; in interioribus tamen, quæ eundem ſemper caloris ſtatum retinẽt, & eximio ſenſu valent, ſimile id experimentum eſt, nempe frigida hybernaq; aeris conſtitutione, fontana, quæ optima ſit, ſeu ore ſumpta, ſeu epota, ſeu clyſtere immiſſa, ſemper tepida; contra æſtate, ſemper frigida percipitur, certo veræ, atq;, vt aiunt, poſitiuæ, non autem comparatiuæ, aut apparentis caliditatis, vel frigiditatis, argumento. Obſeruatur in aquis etiam color, qui in ea, quæ præſtat reliquis, albus dicitur, non ille quidem vere albus qualis in lacte, ſed omnis coloris expers: idem vero etiam ſplendidus. Qui talis eſt, ad ſimplicitatem aquei elementi, atque ad aeris naturam maxime accedit; orta ex purioribus vaporibus, caloris, a quo excitati ſunt, vi percoctis, & attenuatis; terreæ autẽ materiæ expertibus contra lacteus color, qui in aliquibus ſpectatur, ex terreno eſt albo, commiſto vel alumini, vel ſulphuri; vt flauus quoq; ex ochra. Sequitur, & viridis terrenum elementum. Vt enim aquæ, quæ non mouentur, facile cor- A B C D

A rumpuntur; ita externo aeris calore ab illarum intimis atque imis partibus aliquid humoris terrena ſorde infecti in ſuperficiem attrahente; adde etiam, inſidente in ipſam puluere, quē commotus aer ventiq; e terra attollunt; fit viridis color; craſſeſcente primum aqua, tum vero etiam denſata in limum, ita vt in ea aliquando herbæ naſcantur. Ceruleum autem colorem quem mare præfert, extracta, e mari aqua non habet, neque aliud quam aquæ profunditas craſſitudini coniuncta illum nobis repræſentat, vt colores quoq; alios, fontes, & flumi
B na, & maria, ob inſidentem alueo terræ, arenæ, ſaxorum, calculorumue diuerſi coloris materiam, oſtendunt. Sequebatur differentia in ſaporibus, quæ materiæ varietatem ſequitur & miſtarum aquarum propria eſt, quum enim ſapor ſit miſti corporis affectio, aquæ (nam, vt ſcribit Ariſtotelis lib. de Senſ. & sēſib. exigit, vt fatua ſit atq; inſipida,) & quo ſimplicior, eo magis omnis ſaporis eſt expers, appellatur tamen dulcis ad aliatum diſcrimen, quibus euidens eſt ſapor aliquis, quare ea
C quoq; cui dulcis ſapor ineſt, ſimplex non eſt; ſed, vt paulo antea dicebamus, vel terra alba; vel ſuphure, vel alumine infecta, quæ huiuſmodi eſt ab ea quam dulcem κατ᾽ ἐξοχὴν nominant, diſtat, tum ſaporis ingratitudine, tum opacitate. Sunt acidæ aquæ quæ vel ex alumine, vel ex ære, ſuccisq; & excrementis quæ cum ære reperiuntur; ſed quæ ex alumine, ſunt aſtringenti ſapore inſignes: aliæ acrimoniæ alicuius ſunt participes. Ad acidas referuntur, & vinoſæ, acres vero ex calcantho multo, & illi congerere myſi, ſory, calcithide, melante
D ria. Ex ſale autem ſimplici, ſalſæ, ex nitro, cum ſalſo, amaræ. Proxima erat differentia odoris, qui vt ſimplici aquæ nullus eſt, ita cui accidit, alienæ ſubſtantiæ in ea miſtionem prodit: vel putris, qualis inquam fæda corruptaue cuiuſcunq; generis corpora incidunt, aut illi proxima ſunt: vel ſine putredine, ex odorati corporis alicuius vicinia. Sic quibus in ſulphureis,

bituminoſis, metallicíſue locis ortus eſt, aut per ea tranſitus, odore non carent, moleſto quidem frequentiſſime: aliquando tamen etiam iocundo, vt ex puriſſimo bitumine quod cãphoram vocant, aliquæ id quod illis quoque accidit, quibus odoratæ ſtirpes frequentiores innatant. A

CALIDITATIS AQVARVM CAVSAE.
Cap. XII.

QVVM aquæ natura vniuerſim, & actu, & poteſtate frigida atq; humida ſit, priuatim tamen ſontes aliqui actu, & poteſtate calidi ac ſicci, alij actu frigidi, ſed poteſtate ſicci, alij etiam actu calidi, poteſtate autem frigidi atq; humidi reperiantur; exercuit quidem veterum recentiorumque ingenia hæc varietas, ad perquirendasq; huius rei cauſas excitauit. Sed obſcura tamen adhuc res eſt, dignaque quam hoc loco reſumpta de integro quæſtione, quo ad eius fieri poteſt, declarare enitamur. Itaq; quum caliditas, aquæ aduentitia ſit, aduenire ea illi non aliunde poteſt, quam vel ab aere qui ipſam ambit, vel à terra, in cuius ſinu quieſcit. Ab aeræ caleſcunt euidenter, & flumina, & ſtagna, & lacus, & fontes non profundi, & aqua omnes æſtiuis temporibus, ſed hæc ea non eſt caliditas, de qua agimus, eſt enim de aquis, quæ perpetuam habent caliditatem, diſputatio. A terra igitur harum caliditas eſt. Sic Ariſtoteles in meteoris lib. 2. cap. 3. varios quoq; fontium, fluminum, & aquarum ſapores omnes in varium terræ calorem, igneamque facultatem vel inſitam vel ſuperuenientem refert. Eſt hic tamen multiplex quæſtionis locus. Quomodo enim terræ inſita vlla ignis facultas eſt, ſi eius temperamentum naturaque frigida eſt? Aut, ſi aduentitia eſt, quomodo in imis terræ penetralibus, & tã alieno loco, aut gigni poteſt, aut recipi? Quo-

B C D

modo

modo etiam tandiu ſeruari, vt nulla vnquam hominum me- A moria ignes deſierint Aethnæ, aut Veſui, circa quæ loca frequentes ſunt calidarum aquarum Scaturigines? Ad hæc, quomodo ex terra ignem illum aqua recipit, & nō extinguit? Ac poſtremo, vbi eiuſcemodi ignes non ſunt, quomodo tamen calidi fontes vigent? Cæterum, an quicquid alicui rei connatum eſt; de eius tamen natura neceſſario non eſt? Connatum quidem eſt partibus in viuente animali omnibus vt B actu ſint calidæ, ſunt temperamento tamen frigidæ multæ, calidæ igitur calore aliunde acquiſito, natura vero frigidæ. Ita terræ quoq; calorem aliquem quia illi conſuetus eſt, atq; alicubi perpetuus, connatum appellare, eius naturæ temperamentoq; non repugnat, ita vt (de quo prima erat quæſtio) inſitam terræ ignis vim eſſe aliquam quod innuit Ariſtoteles, non illi contrarium ſit, quod eiuſdem natura ſit frigida. An vero præter adſcititium ignem connatus aliquis terræ calor vere inſit, ſuo mox loco perquiretur. Nunc autem quan- C do ignes ex varijs terræ locis euidenter erumpunt, quomodo ij, vt ſecundo quærebatur, tam alieno loco incidant, videamus. Si id ſpectemus, cuius quotidiana obſeruatio eſt, his fere modis ac veluti cauſis, ignis accenditur, nempe, tum ipſius met ignis contactu, tum à Solis radijs, tum ſilicum, chalybiſue colliſione, tum fulmine. Eſt autem rationi diſſentaneum ignem in terræ viſceribus, illius qui ſupra terram eſt, ignis cōtactu excitari, quomodo enim ferri illuc poteſt? Idem, & de ſolis radijs ſtatuendum, quos in profundiores vſque receſſus D terræ tam denſa craſſaque terræ mole obtectos inferre ſe poſſe, extra omnem eſt fidē, quæ itidem ratio eſt, & de fulmine. Reliquum igitur eſt, vt ignis, de quo agimus accenſio ex ſilicum ſit colliſione. Cur enim in terræ cauernis, in quibus vētorum frequentiſſima diſcurſio eſt, eorum ventorum impetu ſiliceæ materiæ ſaxa incurſare alia in alia non credamus, ita

vt

vt eorum attritu ſcintillæ excitentur, quibus in fomitem aptum exceptus ignis exſuſcitetur? Ita quidem igitur priori quæſtioni non inepte ſatisfacias. At (quod ſequebatur) quũ ignis perſpiratu egeat, quomodo concluſis illis cęcisq; terræ anfractibus non ſuffocatur? Verum, vt non vbiq; ignes ſunt ita neque vbique denſa terra, vel cæci in ea meatus, vbi autẽ cæci ſunt, ipſemet ignis ſemel excitatus ſi vigeat, repulſo fractoque obijce ſibi aditum parat. Sed rurſum, quum non niſi aſſidue vſtili materia ſuggeſta ignis p̄ſtet, quid illic eſt, quod eum ſeruet: quod tam ſtabile tamque durum ſit vt illius efficaciæ reſiſtat? Eſt quidem ſubterraneorum ignium fomes frequentiſſimus ſulphur, & alicubi etiam bitumen, atque alia quorum illic vbi eiuſcemodi ignes ſunt, odor ſe ſe prodit, atqui ea eſt ignis violentia, vt vel ſi eius materiæ eſſent montes, eam omnem exiguus ignis quum adhæſerit, ſit celerrime voraturus. Aut ergo ſulphur aut quicquid aliud eius ignis ſit fomes, non ſeorſum, ſed cum multa terræ materia permiſtum eſt: hæc vero ignis hebetat vires, atq; in longum illius materiæ conſumptionem retardat? At eodem recidit quæſtio; neque quomodo præſente igne, qui ferrum, & corpus qualecunque cito aut ſero corrumpit, fomes ille qualiſcunque non deficiat, licet intelligere. An forte vt eiuſcemodi cauernoſis locis perduret ignis, priuata cauſa eſt, quod in eas nouus aer harum rerum corruptor maximus non ſubit? Illud enim conſtat, eam fuiſſe veteribus parandæ lucernæ rationem, quæ in bene occluſis ſepulchris iuxta cinerum vrnas accenſa, nunquam niſi ijs recluſis, atque nouo aere ſubeunte, extingueretur. Adde etiam quod ſicuti non viuentium modo rerum, ſed etiam metallicæ materiæ, naturæ inſtituto nouam ſemper fieri generationem obſeruatur, ita vt in metallis, & ſuccorum varij generis fodinis poſt annorum aliquot quietem, eadem materia qualis alias fuerat effoſſa, repleti cuniculi paſſim

repe-

Digitized by Google

A reperiantur, certiſſimo nō deficientis à prima effoſſione eiuſdem materiæ generationis argumento, ita, & in terræ cauernis illis ſulphuris, bituminis, vſtilisq; materiæ aliquid, natalis loci proprietate continuo gigni probabile eſt, ir vt ſubterraneo illi igni nunquam deſit fomes. De ſubterr eorum igitur ignium, & ortu, & conſeruatione hactenu. Ex quibus caliditatis quoque aquarum, quæ in eo vbi igne: ſunt tractu, non à ratione aliena cauſa apparet. Ita quiden ab igne ca-
B lorem, à fomite, & odorem, & ſaporem earum: quarum eſſe veriſimile videtur. Cæterum non leuem hæc rurſum ratio habet dubitationem. Quomodo enim ab eiuſcemodi igne caleſcant aquæ, ac non potius ab his ille extinguatur, obſcurum eſt. Nempe quomodocunque aquis vicinus ſit ignis, ſiue illis ſuperior, ſiue inferior, ſiue ad latera aſtet; per terræ meatus aquæ humorem aliquem recipi, quo ille vel hebeſcat vel extinguatur, neceſſe eſt. Verum ſunt eiuſcemodi aquis, & ſinus quibus continentur, & meatus per quos fluunt, den-
C ſiori cretaceoq; ac quaſi teſtaceo ſolo, propterea, & ſine ignis iniuria caliditatem, & illorum qui in ortu decurſuque obuij ſunt, ſuccorum odorem ac ſaporem retinent. Atque ita vbi euidentes ignes ſunt, de aquarum caliditate videtur ſtatuendum. At vbi non ſunt, vnde nam aquæ caleant quæ altera erat quæſtio, res eſt maiori obſcuritate inuoluta. Sed rem ex reipſa inquiramus. Quum aqua natura ſua ſit tum actu tum poteſtate frigida, reddi illa vtroque modo poteſt calida; actu quidem calfacientis rei aſpectu, vt ſolis radijs, aut igne, aut ca-
D lidi qualiſcunque corporis adhæſu, poteſtate, rei quæ facultate ſit calida, vt vini, aut ardentis aquæ; commiſtione, actu autem ſimul, & poteſtate, vt ſi idem vinum actu calens illi confundatur. E terræ igitur ſinu totidem modis calidę aquę prodeunt, nunc enim tantum actu calidę, vt potabiles, nonnullę cum caliditate ſcaturientes, omnis odoris; & ſaporis alieni expertes:

Digitized by Google

pertes: nunc poteſtate tales, quas medicatas vocant, harum vero alię, & actu, & poteſtate calidę frequentiſſime; alię poteſtate quidem tales, ſed actu frigidę, quales in Ticinenſi ditione Retorbianę, & alibi non raro: alię actu calidę, quæ tamen poteſtate frigidę cenſentur, vt Villenſes. In tam vario igitur harum calore, ſicuti quę alieni, & odoris, & ſaporis expertes ſunt, nullius calidi corporis in ſui ſubſtantia; ſed ſolius igneę qualitatis quaſi ſuperficietenus tantum participes eſſe probabile eſt: ita reliquas ſicut odore ſaporeq;, & colore etiam alieno nonnunquam infectę ſunt, ita ab iiſdem cauſis habere caliditatem, à quibus reliquas, rationi valde conſentaneum eſt. A B
Itaque à calce, cinere, ſulphure, bitumine, alumine, nitro, alijsque ſimilibus natura calidis rebus, quarum odorem ſępe, & ſaporem referunt, eiuſcemodi aquarum calorem eſſe vetus fuit opinio. Cęterum, etſi ex harum rerum commiſtione vere ea aquę caliditas accedit, quam obtinent poteſtate, non ex illis tamen caliditas altera eſt, quam actu habent. Et in eo quidem veriſimile aliquid eſt, quòd de calce, & cinere obſeruatur, quando affuſa calci aqua excitari calorem, & ignem in cineribus ſeruari apertum eſt; at nō modo cinere, & calce priorem fuiſſe ignem, ſed etiam perſiſtere ad caloris continuationem neceſſe eſſet, nullum vero his vel exurentis, vel conſeruantis ignis illius indicium eſt, ſed horum etiam vtrumque, licet, quum illis aqua affunditur, calorem exerat, paulo poſt tamen friget, extincta vi ignis. Sulphur autem, ſi aqua perfundatur, non accendi, imo vero accenſum extingui certum eſt. C
Ita neque alumen aqua affuſa calet, neque nitrum: imo vero hoc, tantum abeſt, vt in aqua calorem pariat, vt contra frigiditatem inſignem efficiat, quod ij norunt, quibus eo potum refrigerare mos eſt. Sed, & bitumen, licet accenſum in aquę ſuperficiet, ardeat, immerſum tamen altius, extinguitur: & in aqua non accenditur ſine face. Ita vt vere horum nihil ſit D

eius

A eius caloris cauſa, de quo agimus, quærimus enim de caloris illius, quem actu non autem poteſtate habent, authore, & de effectrice caloris cauſa, non de fomite. Itaq; quum adſcititia hæc ſit aquę caliditas, quam non aliunde habet quam ex terræ ſinu, e quo emergit; hinc illa eſt vetuſtior dubitatio, vnde nam terra, quæ natura frigida eſt, calorem eum habeat ſubterraneum. Et, quum Ariſtoteles, vt ſupra dicebamus, alicubi aquarum ſapores in varium terræ calorem, igneamq; facultatem, vel inſitam, vel ſuperuenientem referat, ex quo, & eiuſ-
B dem terræ calori eam caliditatem aſcribere certum eſt: an terræ tamen inſitus aliquis calor inſit, an quicunq; in ea alicubi ſine euidenti igne reperitur, aliunde adueniat, & vnde adueniat; non conſtat. Et quidem Hippocrates in libro de natura pueri, caloris hyemalis in terræ penetralibus cauſam eiuſdem terræ denſitatem; æſtiui autem frigoris eiuſdem raritatem ſtatuit, quod probat exemplo tum fimi, tum tritici hordeiq; madefacti, & pellicearum veſtiũ, quæ denſatæ calefiũt
C & magis putrent quam raræ, denſitatem autem terræ ab humiditate ex pluuijs in ipſam receptis; contraq; raritatem ab humoris abſumptione plurima eſſe putat: diuerſo quidem quam poſtea cenſuerit Ariſtoteles modo, qui hyemalis denſitatis in terra, ambientis aeris frigiditatem; æſtiuæ raritatis, eiuſdem caliditatem, cauſam arbitratur. Cæterum, vtra hyemalis illius in terra caloris cauſa ſit, ſiue humor, ſiue ambientis frigiditas, neutra propoſitam quæſtionem diluit. Si enim hyeme calor in interiora contrahitur, æſtate effunditur in ex-
D teriora, ineſſe igitur prius terræ calorem oportet, qui nunc intro, nunc foras moueatur, at vnde hæc, quæ natura frigida eſt, calorem habet? Sed neq; aduentitij caloris illius pro temporum varietate varij viciſſitudo, cauſa eſſe poteſt eius caliditatis aquarum, quæ perpetuo calent; ſed in ijs tantum aquis locum habet, quæ viciſſim hyeme calidæ, æſtate autem frigi-

dæ,vel contra. Quid ergo? An quemadmodum in plantis atq; animalibus ſine flammeo igne, vnius natiui caloris opera tot fiunt admirandi effectus coctionis,nutritionis, generationis,ita terræ quoq; natiuus aliquis ineſt calor, variis locis variæ naturæ prouidentia inſitus;cuius vi,ac proprietate,concreti ſucci,metalla,fonteſq; tam varij calore,frigore,ſapore, odore,alibi,atq; alibi gignuntur?atq; ideo horum, qui ſine euidenti igne ſunt fontium,ab vno hoc innato calore atq; igne caliditas pendet?Fuit profecto vetuſtiſſimorũ Philoſophorũ opinio,vt in libro eſt Ariſtoteli aſcripto Theologiæ myſticæ, lib. 14.c. 10. terræ neceſſario vitam ineſſe, quãdã vt quæ tam admirabilia edit opera,quæ opera ſunt vitæ,creſcit enim, & aſſimilat,augetq; montes,qui ſunt naturę terreſtris,in medio quoq; montium huiuſcemodi,meatus plurimi exiſtunt, & cauernæ, riuique & alia quædam per animam,quæ tales efficit formas,quare ex his colligi poteſt quod ratio animæ terræ inſit. licet ſit naturæ ſeruilis. Huic ſententiæ Ariſtotelem quoque aſſentiri dicas,qui in meteoris interiores terræ partes tanquam ſtirpium,& animalium corpora iuuentute florere,ac ſenectute macerari ait. Sed, & Poſteriores alij ex Academia idem placitum tuētur apertiſſimeq; Plotinus Aenead. 4 lib. 4 cap. 22. terrę vegetalem animam,immo,& mentem tribuit, à quo Marſilius quoq; Ficinus non diſcedens terram ſcribit animal eſſe intellectuale,diuinum,ſenſum habens. Cæterum, an terra animata ſit,alterius quidem loci diſputatio eſt. Illud tamen diſſentaneum eſt, elementũ vnum aliquod,quod ſimplex intelligitur,compoſitum,& animal quaſi quoddam ſtatuere. Neq; ex terræ operibus varijs ineſſe illi vel vitam,vel eorum operum vim,magis neceſſe eſt,quam malleo aut ſcalpro,per quæ tam multa,tamque admiranda opera ars efficit. Neque etiam iuuenta aut ſenecta, quam in eius partibus obſeruat Ariſtoteles,illius vitę magis,quam aptitudinis,vt ita di

cam

A caim, atque ineptitudinis ad naturæ vim excipiendam, argumentum eſt. Si non igitur animata eſt terra; neq; etiam natiuo calore, qui animę inſtrumentum eſt, prędita dici poteſt; ita vt aquarum caliditas natiui terrę caloris ſit opus. Quid ergo? An moderati ingenij eſt, ſicuti plantarum, & viuentium rerum effectricem cauſam communem eſſe naturam primã, quam animam mundi vocant, intelligimus; ita hic fateri, eiuſdem quidem opus eſſe, quod in certo quodam, & cæli, & terræ ſitu, naturaq; in ſubſtantia, qualitatibusque varijs varia, alibi calidæ, alibi frigidæ excitentur: at priuatas eius diuerſitatis B cauſas nos eodem pacto latere, quo etiam, cur India mittat ebur, mol les ſua thura ſabæi?

EFFECTVVM IN AQVIS varietas in vniuerſum. *Cap. XIII.*

C AQuarum effectus alij ſunt aquę omni communes, alij priuati. Et rurſum communes, alij toti aquarum generi, alij ſpeciebus communes. Totius autem generis duo ſunt nulli alij elementorum communes, omni autem aquę, & ſemper inſiti; actu madefacere, atq; arida cogere, licet. n. philoſophis illud vulgatum ſit, aerem aqua humidiorem, humiditatisq; effectus maiores ipſa parere, aerem tamen euidẽter madefacere, nullus ſenſus docet: vt aquam madefacere experimur ſenſu. Sed aquam etiam corpora hęc vt vinculum D quoddam coniungere, apertum facit horum omnium corporum euentus, quę, abſumpto quo conſtant humore, diſſoluta, pulueriſq; inſtar diſiuncta iacent. Et nulla quidem hic aqua agnoſcitur, quæ non ſit miſta, quia tamen harum alię magis alię minus miſtę ſunt, ob id ſimplices quędam dicuntur, quę ſcilicet minus interalias ſunt miſtę: hę vero etiam dulces vocantur,

cantur, quales ſunt pluuiæ, fontanę, fluuiales, lacuſtres, paluſtres etiam, vt niuales, & glaciales, & quę ex rore, aut grandine, aliæ miſtę dicuntur, ſuntque hæ alię alio ſapore, ſalſo, amaro, acri, acido, & alio atque alio odore prędite, ex mari, fontibus, lacubus, fluuijs, ſtagnis. Harum igitur effectus, non generis, ſed ſpecierum effectus vocamus: ſecundum quos omni dulci aquę commune eſt, vt ſitim tollat: acri, vt mordeat. His oppoſiti ſunt priuati, qui ſcilicet eadem in ſpecie, vnius tantum ſunt, & non omnium, talis eſt maris ęſtus, qui mari non omni accidit talis, Nili inundatio, quę non alijs fluminibus eſt communis, & talis illius eſt, quę licet dulcis, dentes excutit; aut calculos gignit; quos effectus dulces aliæ non pariunt. In vniuerſum autem, effectus aquę omnes pręter eos, qui cõmunes ſunt generi, ſpectari poſſunt, vel aquas aquis comparando, vel earum collatione facta ad res alias, hoc vero, vel ad hominem, vel ad alias extra hominem res. Homini autem comparatę ſunt, vel toti corpori, vel partibus priuatim aliquibus vtiles, aut inutiles. Vtiles autem, vel robur conſeruant; vel vitia corrigunt. Et inutiles quoq; vel toti perniciosę ſunt, vitam oppugnantes; vel partibus tantum aliquibus inimicę, earum robur diſſoluentes, aut mala illis aliqua ingenerantes. Sed hæc tum in ſimplicibus, tum in miſtis, ſeorſum explicemus.

Effectus communes aquis ſimplicibus, vt veniunt ad alimentum Hippocraticæ ſententiæ explicatio. Cap. XIV.

MIRA in aquarum effectibus eſt varietas. Quum enim in vulgarium aquarum genere, aliæ ſint, vt diximus, ſimplices, quas dulces vocant, aliæ miſtæ; illarum quidem effectus ſunt maximè, qui & alimenti: harum vero, qui & medicamenti; quare etiam medicatæ vocantur; has Galenus

A nus aliquando naturales vocat; non quidem dulces quoque naturales eſſe neſcius, ſed ad earum medicatarum diſcrimen quæ arte parantur. Itaq; vt differunt alimenta à medicamentis, ita illarum inter ſe effectus. Et eſt quidem ea maximę alimentorum natura, vt à corpore ſuperentur, quum contra medicamenta corpus ſuperent, quia tamen quicquid patitur, in idipſum aliquid agit, à quo patitur; ſolent alimenta viciſſim corpori ſuas quoque vires impartiri, à quo immutantur, ita etiam, licet medicamentorum præcipua ſit vis immu-
B tandi corpus, aliquo tamen pacto ipſa quoq; mutationem à corpore ſuſcipiunt. Ita ergo, & in aquis quæ ſunt, & quæ nō ſunt aptæ ad alimentum. Illarum autem vis, qua agunt in corpus, ad naturalia nobisq; congenita mala corrigenda maxime pertinet, vt alimentum quoque, quod diſſipationi corporis quotidianæ ſuccurrit: contra aliarum ad adſcititia, vt ipſa quoq; medicamenta, quorum ope aduerſus morbos pugnamus. De dulcibus igitur vt agamus, ſunt illæ quæ opti-
C mæ ſunt, homini vtiles, bifariam: vel vt ad alimentum veniūt, & conſeruant robur, vel vt quaſi medicamenta corporis vitium aliquod corrigunt. Vtrumq; explicemus, & illud prius. Quum nobis vita tandiu perſtet, quandiu naturalis, & calor, & humor perſtat; eſt quidem in corde prima vitæ ſede, ea caloris efficacia, vt prompte excandeſcat, excandeſcensq; humorem inſitum, quo ſuſtinetur, celerrime ſit abſumpturum, niſi ei occurratur, duplex ergo hic connatum eſt malum, accenſio, & huius conſectaria ſiccitas, quas non immerito co-
D gnatas affectiones cum Hippocrate libro de corde appellemus. Harum autem caſtigationem eſſe ille author ſcribit ventum, & aquam crudam, per ventum non aliud intelligēs quā aerem qui inſpiratur; per aquam crudam, eam quę ſenſim per rimam aſperæ arteriæ tanquam iuxta parietem (vt ibidem ait) quum bibimus, delabitur in pulmonem, eſt enim ea, &

Digitized by Google

cruda, quæ nihil adhuc in animalis corpore ſuſcepit coctionis A & in ordinario animalium potu etiam frigida: quare apta vt cordis æſtum attemperet, & non illum modo, frigiditate; ſed etiam ſiccitatem ipſius aſſeclam, humiditate. Scribit autem crudam aquam hanc, & ventum non eſſe naturæ humanæ alimenta, non immerito, quod, quum nutriendo corpori apponi, & agglutinari alimentum neceſſe ſit, ſicuti aer qui nihil habet conſiſtentiæ, ad id ineptus eſt; ita, & aqua, quæ per multas in corpore mutationes, ipſis quæ nutriendæ ſunt partibus ſimilis prius non ſit reddita. Hic eſt igitur primus dulcis aquæ B in humano corpore effectus, temperandi cordis calorem, & ſiccitatem. Cæterum, licet aerem nunquam non inſpiret animal, aquam tamen non ſemper haurit, vt propterea aqua cruda hauſta aduerſus ſiccitatis, & caloris maleficium non ſit ſatis, maiori igitur opus eſt, remedio quo id quod continue humoris deperditur ſi liceat, inſtauretur ne calori alimentum deſit. at innatum humidum reſtitui non poteſt, poſſet enim perpetuo viuere animal, prohiberi tamen poteſt ne tam propere abſumatur, fit autẽ hoc alimẽtis: non aridis, quæ humori C aduerſa ſunt, ſed humidis, ad aquã igitur hoc quoque ſpectat munus, connati humoris ſuſtinendi, non, vt prius, ad crudam, ſed ad coctam in corpore animalis. Hi ſunt primi, præcipuiq; dulcis aquæ effectus. Quando autem, vt calor, & humor, ita, & totum corpus in continua eſt diſſipatione, propterea q; eget alimento ad id quod effluit reparandum; eſt autem ad diſſipationis eius cognitionem à prouida natura ſenſus ventriculo inditus, quo, & eſurimus ob defectum ſicci, & D ſitimus ob inopiam humidi; confert quidem aqua ad ſitim extinguendam ſuo maxime humore; non raro vero, & ad excitandam famem ſui frigiditate, vbi à calore inappetentia eſt. Sed id quoq;, quod, vt nutriamur, ſumi debet, iocundum ſapidumq;, ne refutetur, eſſe debet: Sapor autem ex ſicci, &

A humidi, id eſt, terræ, & aquæ commiſtione eſt. Debent autem, & cibi ad alendum corpus in ventrem primum per gulam trahi, nihil vero trahi poteſt, quod ſit aridum, ſic quibus aridiores ſunt fauces, nil niſi quod liquidum ſit, poteſt ingeri ſumi igitur nihil poteſt ſine aqua. Coquenda etiam ſunt in ventre alimenta, coctio autem elixatio eſt, quæ non ſine humido. Diſtribui illa etiamnum oportet in inteſtina primũ, tum in iecur, & viſcera omnia, & venas, & ab his ſolidis partibus apponi atq; agglutinari, atqui horum nihil fieri poteſt ſi-
B ne aqua. Imo vero, quod agglutinatur aqua eſt terræ particeps, ita vt verum alimentum ſit non ex aqua minus quam ex terra, quamquam hoc controuerſum eſt, vt mox oſtendemus. His adde etiam, alimentis quibuſq; aliquid ineſſe excremẽti, quod extra corpus pelli debet, nulla autem fieri euacuatio poteſt ſine aqua, hac igitur ciborum reliquiæ, quæ non ſine damno in inteſtinis diutius retinerentur, molles fiunt, & fluxiles, ac expulſu faciles. Hi ſunt dulcium aquarum quæ
C ſuo in genere optimæ ſunt, effectus generatim in ſano homine. Quæ tamen etiam variantur, & pro ipſiusmet dulcis aquę ſpeciebus, quæ non eiuſdem prorſus naturę, ſunt omnes, & pro eius qui vtitur temperamento, ætate, habitu corporis, cõſuetudine: nec non pro aeris, & reliquarum cauſarum neceſſario nobis occurrentium, quas non naturales vocant, varietate, ex quibus illud ſæpe fit, vt quæ alioqui vtiles eſſe ſolẽt, redduntur inutiles. Sequitur vt quomodo dulces aquæ medicamenti quoque vires habeant, inqui-
D ratur. Sed, quod diximus eas ad alimentum ita pertinere vt vere alant, paradoxum eſt, & dignum quod explicetur, priuſquam ad alia tranſeamus.

An Aqua nutriat. Cap. XV. A

DVlcem igitur aquam negare quidem non licet, non homini modo, ſed animalium generi fere vniuerſo ad ſedandam ſitim; homini vero etiam ad præparandos cibos in quotidianum eſſe vſum. Quod tamen vere non alat; ita vt in partium quæ nutriuntur ſubſtantiam, quæ vera nutritio eſt conuertatur: argumenta ſunt non leuia. Namque quomodo alat ſi coqui non poteſt? Non poſſe autem coqui, docet ratio non vna. B Coctionis enim ſubiectum humidum eſt ſicco permiſtum, talis autem aqua non eſt. Et quicquid coquitur coquenti fit ſimile, aqua autem igni admota efficaciſſimo, illi non fit ſimilis, imo vero ab eo vel diſſipatur, vel ſi non diſſipetur, tum humida non ſecus atque antea relinquitur, tum etiam frigida; nempe, quæ vbi ab eo remota eſt, ad frigiditatem redit, tanto minus igitur à naturali animalium calore longe quam ignis imbecilliore, ita immutari C poterit, vt illi fiat ſimilis, coqui ergo non poteſt. Adde, quod craſſeſcere non poteſt, vt Ariſtoteles 4. meteor. tex. 21. alicubi eo demonſtrat, quod craſſeſcere illa non poſſunt, quibus vel caloris exiguum, vel humoris inſit multum, aquæ autem vtrunque ineſt, craſſeſcere ergo ſi non poteſt, neque etiam coqui. Ex his, quum aquam coqui non poſſe appareat, fit etiam vt alere non poſſit, quum nihil niſi coctum nutriat. Sed aquam non nutrire Galenus capit. 5. non obſcure ſtatuit 4. de vſu partium, & Com. 3. in lib. Hippoc. Com. D 17. de victus ratione in acutis, illic quidem ſcribens, aqua nullam nutriri poſſe corporis particulam, hic vero, eam nullo pacto nutrire. Atque hoc ratio quoque demonſtrat. Quæ enim ſimplex eſt, naturaque, atque eſſentia non aliud quam frigidum, & humidum corpus, quo-

Digitized by Google

A modo id corpus poſſit alere, cui caliditas quoq; ac frigiditas ineſt? Sic libro de ſenſu, & ſenſilibus Ariſtoteles alimentum eſſe ait compoſitum oportere, quia quæ alimento ſuſtentantur, ſimplicia non ſunt. Accedat his etiam, quod, quum is ſit omnium conſenſus, aquam eam eſſe optimam, quæ omnis expers eſt ſaporis; & Ariſtoteles nihil niſi quod dulce eſt, nos alere alicubi ſtatuat, quia ſanguineum nobis eſt corpus, quod non alia re quam ſanguine, & ijs quæ ſanguinem gignunt, nutriri poteſt; quæ igitur aqua optima eſt, apta nō eſt vt nutriat,
B quod ſi non hæc; nutriendi autem vim aſcribere illi quæ ſit non optima, abſurdiſſimum eſt; nullius aquæ munus eſſe poterit vt nutriat. Potuere hæ, ſimilesue rationes doctiſſimis viris perſuadere, aquam vere non alere, alium ergo eius eſſe vſum: & eum diſtributionis alimentorum promouēdæ, quod ſenſiſſe Hippocrates lib. de alim. quoque videtur, ipſam eſſe dicens vehiculum alimenti: quod Galenus paſſim, & poſt eū pleriq; probant. A quorum iudicio, etſi periculum eſt diſcedere;
C non pauca tamen ſunt quæ nos retrahant. Eorum profecto, quæ viuunt vitæ, tum calore, vt proximo animæ inſtrumento, tum humore, vt caloris pabulo, ſeruatur, ita vt eo abſumpto, calor quoq; & cum ipſo vita extinguatur, vita ergo ab humore eſt, humor vero eſt aqua. Nutriri etiam quum hæc corpora neceſſe ſit: nutritio autem ex ijs ſit, ex quibus cōſtamus; noſtra autem corpora conſtituat, non terrenum tantum, ſed ſimul etiam aqueum; quomodo ſine aquei repoſitione nutriri poſſit? reponitur autem aqueum non niſi ab aqua.
D Huc vero id pertinet quod alicubi Galenus 1. de tuēd. val. 2. ait, Cibo q̃cquid ſiccioris ſubſtãtię, effluxit, reſtitui, potu quicquid humidioris: atq; ita ad priſtinam ſymmetriam ambo reduci, & quod Ariſtoteles 3. de part. 8. quia aqua in omnibus etiam ſiccis alimentum eſt, ob id aquas crudas, & frigidas vel ſterilitatem vel fœmineum partum facere, & quod alibi,

piſces omnino potum aſſumere non potus, ſed cibi gratia. A
Adde, & quod in primo de dieta Hippocrates, conſtitui quidem tum animalia reliqua, tum hominem ex igne, & aqua; ſed nutriri aqua, moueri igne, cum aqua quidem terram quoque cum qua globum vnum facit, intelligens, ſicuti cum igne aerem; nutritionem tamen aquæ præcipue tribuens: quod, & commune philoſophorum, & medicorum placitum docet, quo, quum calore, & humore conſtet vita, nutriri calorem humore conſenſus eſt omnium, ita vt nutritio vniuerſim recidat in humorem, atque ideo in aquam. Verum aquam vere B
alere, obſeruatio illa plane docet, quam pluribus explicat author librorum de morbis, lib. 4. ſi quis alimentis, quæ quotidie ſumuntur, excrementa quæ aluo excernuntur, comparet, hęc dępræhendet illis ad ęquilibrium reſpondere. Quid igitur illud eſt, quo alimur, ſi quod ſolidum in alimentis erat, excernitur? humida profecto pars eorum quæ ſumimus, atq; adeo ipſamet aqua. Confirmant hoc etiam plantæ, quas vel craſſiſſimas, & quam maximas, vt ſine aquæ irroratione irrigatio C
neque nō viuere, ita ſine terræ imminutione, & augeri, & diutiſſime perſiſtere, apertum eſt, vt propterea non maioris admirationis eſſe debeat, aquam in verum, & hominis, & aliorum animalium recipi alimentum. Quid? Hæc ſi quem non moueant; at illud certe debet perſuadere, quod Ferdinandi Imperatoris iuſſu ætate noſtra in puella Germanica Spiræ a grauiſſimis viris, & obſeruatum, & memoriæ commēdatum eſt, cui ꝑ annos aliquot ex ſola aqua vict⁹ fuit. Hactenus, quū duo, & illa quidem præcipua, aquæ munera appareant; pri- D
mum ſolidorum corporum conſiſtentia, de qua in ſuperioribus, alterum vera (ni fallimur) eorum quæ viuunt nutritio; quod illi diſtributionem quoq; alimenti aſcribunt, recte. At illis præter hanc, alia erant eius ad nutritionem non minus neceſſaria officia, non prętereunda, de quibus in ſuperioribus.

Hæc

A Hæc omnia obſeruaſſe Ariſtotelem 2. probl. 15. arbitrandum quum alimentum nullum alere niſi dilutum pronunciauit. Ita vt ex his conſtet, aquam principium eſſe conſiſtendi, & viuendi, prætereaq; nutritionis materiam, & ducem. At obſtabant varia, primumque quod aqua coqui non poteſt. Verum fallaces illæ ſunt rationes quibus hoc contenditur. Vt enim quod coctionis ſubiectum eſſe humidum ſicco permiſtũ proponitur, verum eſt, ita ſicci nihil aquæ permiſtum eſſe, philo-
B ſophorum conſenſu falſum; qui nullum hic ſimplex elementum reperiri, & vulgari aquæ terreni aliquid ineſſe annuunt. Sed etiam calor, vt in rebus reliquis, in id, in quod agit, coquẽdo ſuam infert naturam, ita hoc ipſum facit in aqua. Quid enim eſt aquam ab igne diſſipari, niſi in aeris primum, mox vero in igneæ naturæ corpus verti? Sit etiam vt non diſſipetur, ſed caleſcat tantũ, negare tamen non licet, illi, & aliquid hnmiditatis detractum, & aliquid inductũ caliditatis, aliquid dicimus, quia, ſi vel frigiditas, vel humiditas, quam actu, & po-
C teſtate habet, prorſum detraheretur, non eſſet aqua. Ab igne ergo ignis qualitates aquam ſuſcipere, negare non licet. Sed hoc ipſum etiam fit, vbi aſſumitur, eam enim partes, in quas recipitur, caloris naturalis vi, ſibi ſimilem facere non deſinũt, frigiditatem humiditatemque corrigẽdo, vt propterea id falſum ſit, quod aquam calori concoquenti ſimilem non reddi in animalis corpore diſſerebatur. Recte autem Ariſtoteles craſſeſcere ipſam, non poſſe, eo probat, quia caloris parum, & humidi plurimum habet; quare ſi ſola igni admoueatur, diſſi-
D pari eam potius longa coctione, quam craſſeſcere videmus; licet conſumptione humidarum partium multarum terreniſq; ſuperſtitibus, aliquo modo fiat denſior, vt tamẽ, ſi carnes vel quid ſimile aliud cum ea, igne coquatur, apertiſſime craſſeſcit: ita ab animali aſſumptam, dum ex cibis, & humoribus quibus commiſcetur, aliquid detrahit, craſſeſcere certum eſt,

ergo etiam coqui,alioqui enim,ſi quia ſeorſum non craſſeſcit A
vere coqui neges: vt carnes quoque, & quicquid in cibum venit,coqui non poſſe affirmes, neceſſe eſt:quum cibus omnis, ſicuti ſine humore aliquo ſiue proprio ſiue alieno, id eſt ſine aqua non conſiſtit:ita etiam ſeorſum non coquatur. De Galeni ſententia,quæ proxime ſequebatur;mox dicemus.Quod autem dehinc afferebatur,quia aqua ſimplex ſit, duabus tantum prædita qualitatibus,propterea non poſſe corpus alere, cui illæ inſunt quattuor: hoc inquam veritati non conſentit.
B Nempe aquæ vulgari caloris quoque aliquid ineſſe certo id eſt argumento,quod non percipitur extreme frigida: neque epota veneno eſt,vt ſunt frigida in ſummo:remiſſio enim frigiditatis non niſi à contraria eſt caliditate. Sic Ariſtoteles in paulo ante propoſita ſententia,aquam dicens exiguum habere calorem,illum ab ea prorſus non excludit. Sed neque illi deeſſe ſiccitatis aliquid,illud docet, quod in aqua omni aliquid tandem reſidet terrenum. Non ſola igitur frigiditas,& humiditas ineſt aquæ,ſed præterea caliditas,& ſiccitas, ita vt
C ex Ariſtotelis quoque ſententia,qui alimentum lib. de ſenſ. & ſenſ. ait eſſe oportere compoſitum,aqua verum præbere alimentum poſſit. Sic ille,quum piſces aliquos ex ſola aqua nutriri alicubi ſcribit,non de ſimplici,ſed,vt explicuimus, commiſta intelligit. Sic Teophraſtus olitoribus ad irrigandos hortos eam curam eſſe ait,vt fimo aquam commiſceāt,quod non ſimplex ſed terrenæ ſubſtantiæ naturæque particeps ad alimentum venit. Proxima erat ratio, aquam quæ optima
D eſt,inſipidam eſſe oportere:quæ vero alunt, eſſe dulcia. Sed hanc quoque facile eſt refellere. Dulcibus enim tantum nos non ali,ipſemet prodit ſanguis,qui licet dulcis,commiſtos tamen habet ſapores alios,pituitæ,bilis,atque atri humoris. Id ipſum docent olera, fruges,ſemina,fructuſque varij omni genere ſaporum prediti,& animalia itidem, quæ ex rebus omnis

nis

A nis ſaporis participibus enutrita, in cibum nobis ſunt quotidianum. Non igitur quicquid alere nos debet, vt plane dulce ſit, neceſſe eſt, neque id velle Ariſtotelem arbitrandum, ſed ſat eſt, ſi aliorum quidem ſaporum particeps ſit vt præualeat tamen dulcis, vel ſi etiam alieno ſapore inſigniter ſit præditum, coctione tamen vt dulcem acquirat ſaporem, non exquiſite quidem, ſed aliquo tamen modo dulcem: non diſſimili earum partium ſapore, quæ illo ſunt alendę. Id quod, quum
B naturalis caloris opera fiat, in frigidis quidem, aſtringente, acerbo, acido, auſtero, longe fit facilius, quam in ijs quæ moderatum calorem excedunt, ſalſo inquam, amaro, & acri, nempe, quæ frigido ſunt ſapore, quemadmodum etiam in plantarũ fructibus, quaſi ſola coctione ſit opus, ſenſim dulcia fiunt at quæ temperati caloris terminos iam exceſſere, ad temperiem caloris vi retrahi quomodo poſſint? Ab ipſo tamen inutiles partes ab vtilibus ſeparante reddi poſſunt aptę, vtcunq; vt alant; Quando igitur id verum non eſt, dulcibus tantum
C nos ali, de aqua quidem omnium eſt conſenſus, expertem eſſe ſaporum omnium oportere, vt idonea ſit ad alendum. Cuius pronunciati ea ratio eſt; quod quicunq; illi ſapores inſint, ex miſtione ſunt alienæ rei, terræ, lapides, metalli, vel concreti ſucci alicuius; aut etiam ab halitu ex terra vbi oriuntur, aut per quam tranſeunt; aliquo, vnde, & odorem quoque, & colorem varium, ac præterea minus ſinceram ſubſtantiam conquirant. Ita quidem dulces facit plumbum, aſtringenti paulum ſapore ferrum, acido bitumen, acidæ ſimul, & acri calcanthum, acri, & amaro ſulphur atq; æs, ſalſo ſal, ſalſo ſimul, &
D amaro nitrum. Impuræ igitur ſunt eiuſmodi aquæ omnes vel ſapore, vel odore, vel colore, vel ſubſtantia, quare in alimenti vſum ſola inſipida probatur, vt quæ ſimplicis elementi naturam magis refert, & quæ alimentorum aliorum ſapores excipiens, cum eorum diſtributionem adiuuat; tum vna cum

ipſis,

ipſis, partibus, quæ alendæ ſunt, agglutinata, eas ſimul cum terrena ſubſtantia reficit. Reliqua erat Hippocratis ſententia, qua aquam alimenti vehiculum vocat, & Galeni authoritas, qui paſſim illi nutriendi vim adimit, ſolam diſtributionē tribuit. Cæterum Galenum quidem in re, quæ ſiue aſſirmes ſiue neges, nulli eſt medicæ facultati detrimēto, communem illam ſententiā ſequutum eſſe nihil intereſt, nos, ſi, quæ de illa dubitationem faciant, doctis viris proponimus, a noſtro munere perquirendæ veritatis diſcedere non arbitramur. Illud tamen de Hippocrate certum eſt, quum humiditatem alimenti vehiculum eſſe ait, neceſſario non deduci, detrahere illum aquæ vim nutriendi, licet facultatem illi aſcribat diſtribuendi, imo qui expenderit, eius ſententiæ potius confirmationem eſſe intelliget, quam paulo antea ſcripſerat, ad vires celeriter reficiendas humidum alimentum eſſe optimum; ſicuti, vbi tardiori nutritione opus eſt, ſolidum. ratio eſt, quia humidum, non modo, vt ibidem dixit, facile tranſmutatur; ſed etiam diſtributionem alimentorum accelerat. Sed ipſum etiam Hippocratem vim vere nutriendi aquæ non detraxiſſe, (ſi quis Galeni authoritatem veritati non præferat) aperte docemur in libro de ratione victus in acutis, vbi de mulſa agens ait ſolam epotam multo potentiorem eſſe aqua, niſi aluum perturbet, quæ verba quum de vera per mulſam nutritione dici Galenus non neget; quod tamen aqua aliquam nutriendi vim habeat, eo euenire ait, quod corporis ventriculi ariditas irrigatur; vt diu qui aquam bibunt magis durent, quā qui nihil aſſumunt. De qua interpretatione mirari profecto licet. Si enim in comparatione, quam author ille mulſæ, & aquæ facit, facultatem mulſæ ad veram nutritionem, aquæ vero ad corporis ventriculi irrigationem referas; quomodo altera alteram ſine homonymiæ fallacia ſuperiorem dixeris? ſin vtranq; ad vnam irrigationem conferas; a veritate abeſt,

A mulſam,quę deſſiccantis ob mel facultatis eſt,præferre aquę. Quod ſi ad vnam nutritionem, fateberis etiam aquam vere nutrire, vt vere nutrit mulſa, licet ea minus. Sed iam ad reliquos dulcium aquarum effectus tranſeamus.

Effectus aquis ſimplicibus communes, vt habent rationem medicamenti. Cap. XVI.

B NVnc, ſi quomodo dulces aquæ medicamenti quoq; vires aliquando in nos habeant, perquiramus id earum natura plane docet. Quæ quum illis frigida, & humida ſit, poteſt quidem frigiditatis nomine primum omnium refrigerando alienum calorem temperare, tum vero partem cui admouetur foris denſando, & humores qui in illa ſunt, ſi nondũ fixi fuerint, intro repellere; quare; & inflammationes prohibere: ſin fixi, incraſſare. Vt autem humida eſt, poteſt primum profunde madefacere, tenuiſſima ſui ſubſtantia, in corpora (ſi C modo non ſint denſioribus meatibus conſtructa) ſe ſe altius inferendo, tum, ſi quid foris eſt, abluere, prætereaq; humores excrementaq; intra corpus vel ſi craſſa ſint, ſe illis commiſcẽdo attenuare; vel ſi alicubi hæreant, fluxa facere; ſiue eodem modo ſe illis permiſcendo, ſiue etiam inter ſinus continentes & excrementum contentum ſe interponendo, illoſque leues reddendo. Et hi quidem effectus ſunt per ſe. Per accidens vero à frigida aqua frigida intemperies etiamnum aliquaudo curatur, caloris ad interiora ob frigidæ perfuſionem reuocaD tione, atq; incremento, vt de tetano ſcribit Hippocrates 5. aph. 21. & nonnũquam, bilis, cuius naturæ ipſa aduerſa eſt, eius tamen ipſius potu augetur, per ſe quidem inducta viſceribus frigiditate, vnde in anguſtis meatibus obſtructio; per accidens autem, quia prohibito ab obſtructione perſpiratu, in bilioſo corpore calor magis incenditur, & incenſus humores

res in bilem cōmutat. Sic Hippocrates 3. de rat. Vic. 5. in ac. 40 biliofis bilioſam eſſe aquam pronũciat. Eſt autem, & illud per accidens, quod aqua dulci frigida vulnera curentur, quæ exſiccatione maxime curanda ſunt, curãtur enim, quia aqua ſui frigiditate à vulnerato loco humores repellit, & ne inflam mentur facit; humiditate vero ſordes abluit, quæ efficere ſolent, ne vulneris labia vniantur. Proximum eſt, vt de effectibus dulcis aquæ homini maleficis dicamus. Verum, vno verbo, effectus ab ea mali ſunt, vel quia ipſa expers non ſit vitij, aut in ſubſtantia, aut in qualitatibus; vel quia, quod reliquis quoq; accidit cauſis in genere omni rerum quæ nobis vel neceſſario, vel non neceſſario occurrunt; in eius vſu delinquitur de qua re ſuo poſtea loco. A B

Effectus communes aquis miſtis. Cap. XVII.

DE aquarum miſtarnm effectibus nunc agendum. Quę quum medicamenti rationem habeant, vtiles earum effectus ſunt in aduentitijs malis corrigendis, tum in intempe rie, tum in compoſitione, tum in ſolutione continui. Sunt autem hi quammaxime varij, quia harum aquarum ſpecies lon ge quam dulces diſſimilioris ſunt naturæ, quæ illis pro foſſilium rerum varietate comparatur, quarum ſunt participes. Quum enim quæ fodiendo inueniuntur, trium primum, ſint generum, alia ex ſicciori materia conſiſtentium, quæ abſolute generis nomine foſſilia dici ſolent, alia ex humidiori quæ metallica, & alia ex vtriſque illis commiſta: habent hæc quidem ſingula ſpecies admodum diuerſas. Foſſilium enim alia liquabilia, tum aqua, & ſunt concreti ſucci, ſalis ſcilicet, nitri, & aluminis ſpecies variæ; prætereaq; calcanthum, & quæ cũ eo reperiuntur, myſi, ſory, calcithes; tum igne, ſulphur, auripigmen- C D

A pigmentum; ſandaraca, bitumen varium, alia non liquabilia, & hæc tum humore ſolubilia, ſuntq; terrarum ſpecies variæ; tum non ſolubilia, id eſt, lapides, tum parui, tum magni. Sed, & metallica varia ſunt, aurum, argentum, æs, ferrum, plum-bum, prætereaq; hydrargyrum, & quæ cum ijs reperiuntur. Similiter, & tertij generis lapides quibus metallicæ materiæ aliquid coniunctum eſt, varij ſunt, cæruleus quem auro, pyrites æri, magnes ferro, morochtus plumbo, atque item talchũ, quod argento commiſtum eſſe, opinio eſt. Tot igitur quum

B ea ſint, ex quibus miſtæ aquæ conſiſtunt, ſunt quidem ex varia earum rerum miſtione ſpecies, illarum plures de quibus hic fuſius agendum non eſt, vbi de ijs tantum inſtituta diſputatio eſt, quæ in potum veniunt, non prætereundum tamen, ad loci huius explicationem quod ſi capita quæ propoſuimus, breuiter percurramus, quæ liquãtur, ſiue aqua, ſiue igne liquentur, calidi ſunt, & ſicci temperamenti: non pari tamen gradu omnia, effectus igitur ab ijs omnes erunt caliditatis, &

C ſiccitatis: hominibus quidem, & eius partibus frigido atque humido malo aliquo laborantibus, vtiles, temperatis tamen, & ſanis non ita. Quæ autem non liquantur, ſiue ſoluantur humore, quæ ſunt terræ variorum generum, ſiue non ſoluantur, & ſunt lapides tum magni, tum parui; omnia ſunt frigidæ, & ſiccæ naturæ; ita vt effectus ab ijs perpetuo ſint frigiditatis ac ſiccitatis, ab his igitur, æquæ, ſiccitas aliqua comparatur; frigiditas vero potius remittitur, quum hæc illis natura ſit frigidior. Sed ex illis præter temperiem aliud aquæ accedit,

D quod, quum ex earum ſubſtãtia aliquid, & ſæpe multum corradat; ſibiq; adnectat; id etiam ſibi comparat, vt in meatibus per quos fertur, pariat obſtructiones. Metallicorum autem ratio eſt non diſſimilis. Quum enim eorum frigida, & ſicca ſit generatim natura; ab ijs quoq; ſiccitas aquæ comparatur; remittitur autem frigiditas. Ex his, quid de tertio quoque

genere

Digitized by Google

genere ex foſſili metallicaq; materia permiſto, deque aquis A
quæ cum his verſantur, quod ad primas qualitates pertinet, ſtatuendum ſit, apparet. Habent tamen hæc, & ſuperiora, plurima alia quibus differunt, primum quidem gradus, ſecundum quos in primis ipſis qualitatibus ſunt alia alijs inferiora: tum vero, & ſecundas, & tertias qualitates: ſecundnm quas, & ipſa, & aquæ ipſorum participes, diſſimiles effectus edunt. De quibus ſpeciatim ſigillatimue dicere à noſtro nunc propoſito abeſt, omnia autem à multis quibus priuatim de bal- B
neis ſtudium fuit iam explicata habemus.

Effectus priuati in varijs aquarum ſpeciebus.
Cap. XVIII.

IAM de priuatis aquarum effectibus agendum, quorum quia obſcura eſt ratio, miracula, & proprietates, vocant. Spectari autem poſſunt priuati in aquis effectus, aquas tum aquis, tum rebus alijs comparando. Si aquis conferantur, mi- C
ra res eſt illa motus varietas, ſecundum quam aliquæ certis annis temporibus, aliæ certis diei horis creſcunt, & decreſcũt aliæ prorſus incertis. Id enim vulgatum eſt, maria aliqua ſingulis ſenis horis quotidie fluere, ac refluere: & Nilum quotannis ſemel ita exundare, vt vniuerſum fere Aegyptum inũdet. Si vero rebus alijs aquæ comparentur, vt quidem homini comparantur, ea eſt aliquarum vis, vt quaſi venenata natura prædıtæ, tum ſi bibantur, tum ſi ijs aliquis ſe abluerit, celerrime ſine dolore, ſine remedio necent. in fontibus qui- D
dem Styx Archadiæ, & Styx alteræ circa Theſſalica Tempe, & tres fontes alij in Beroſo Taurorũ; & Neptunus Terracinæ; & Lacus Cichros in Thracia, & riuus in Macedonia vt aput Plin. lib. 2. cap. 2. & ex Ruf. Orib. 5. med. coll. cap. 3. & Seneca 3. nat. quæſt. Alias etiam aquas veteres obſeruarunt

Digitized by Google

A uarunt partibus corporis quibuſdam tum vtiles, tum inutiles. Capiti inutilem, fontem in Chio ſeu Cea, qui ſenſus hebetes facit, contra vtilem riuum in Sicilia,(qui ſubtiliores,) Oculis autem priuatim mederi tum Leucogeos fontes iuxta Puteolos, tum fontem eodem in tractu Ciceronianum. Sed fontes illi quoque duos norunt in Beotia iuxta Orchomenium, quorum alter obliuionem inferat; alter adiuuet memoriam. Scripſere etiam temulentiam vini modo fieri ex Lynceſti acidula, & fonte alio in Paphlagonia, & in agro
B Caleno, & fonte rubro in Aethyopia, & Gallo flumine in Phrygia, inſaniam vero aboleri aquis Sinueſſanis. Sunt etiam Suſis in Perſia aquæ, quæ epotæ dentes excutiant, & prope Alpes loco non vno, quæ gutturoſos efficiant: quum contra vocem expediant aquæ Tarſi Magneſiæ, & apud Zamam. Quæ autem gutturoſos, eædem etiam calculoſos homines faciunt. Calculoſis autem proſunt aquæ in Aenaria inſula,& alibi non paucæ. Illud quoque litteris traditum eſt,
C ſterilitatem mulieribus induci Aphrodiſio flumine; aboleri aquis Sinueſſanis; abortum excitari Theſpiarum fonte, & flumine Elato in Archadia: cuſtodiri autem fætum Lino fonte. Addunt curari vulnera aqua Albulæ; & Cutiliæ, Vitiliginem deleri aqua lacus Alphionis. Sed ad gignendos etiam pilos facere Erythrim fluuium, ad tertianas vero febres,atq; ad purgandum,Tungri fontem in Gallia. Atq; hęc quidem ex veteribus de mirabilium effectuum varietate ab aquis vt homini comparantur. Vt vero rebus extra hominem
D alijs,non modo viuentibus tum animalibus, tum plantis, ſed etiam non viuentibus conferuntur,non pauca ſunt digna admiratione. Illud autem primum, quod in Arethuſa Armeniæ maioris lacu, qui nitroſus eſt, viuant piſces. Mirabilius illud quod in Styge Archadię mortifero,vt diximus,fonte,& in Stagno Nympharum in Lidia,& in fonte alio Armenię, &

circa

circa ortum Danubij piſces itidem viuant, ijs qui comederint lethales. Refert etiam Seneca 3. nat. quæſt. quum in Caria iuxta Idmum vrbem nouus exilijſſet amnis, piſces lethales ſimul emerſiſſe. Non etiam caret admiratione, quod in aquis calidis aliquid viuat, vt ad *Vetulonios* non procul à mari piſces, & in Piſanorum aquis ranæ, & in aquis calidis Patauinorum herbæ virentes. Accedat illud quoq; dignum obſeruatione, ſimile Ariſt. 3. hiſt. 12. quod in Faliſco aqua amnis epota candidos boues facit, & in Beotia Melas amnis oues nigras Cephiſus ex eodem ex quo Melas lacu profluens, albas, Penius nigras, Xanthus iuxta Ilium ruffas. Ad hunc locum id quoq; pertinet, quod fontes fluuiosq; aliquos tum magis minuſue increſcendo, tum præter morem exoriendo aut deliteſcendo, annonæ, fęcunditatem aut ſterilitatem ſignificare obſeruatũ eſt. Id de Nilo vulgare eſt, quomodo ſi intra aut extra certam menſuram increſcat, certiſſimum proximæ ſterilitatis omen faciat. Et ætate noſtra non deſunt qui ſe idem in fontibus aliquibus obſeruaſſe affirment, vbi præter morem vel erumpant vel deliteſcant. Talem fuiſſe in Reatino Nemi nij fontem arbitrandum, quem author eſt Plinius lib. 2. capit. 103. vt alio atq; alio loco exoritur, annone mutationem ſignificare. Sed admirãdi etiã ſunt effectus varij, quos ab aquis in inanimatis rebus veteres notarunt. Illud autem maxime. Iouis fontem gelidum in Dodone immerſas faces extinguere ſi extinctæ admoueantur accendere, atq; illud, expanſas ſuper frigidum in Illirijs fontem veſtes incendi. Eſt, & id rarum, quod in Carrinenſi Hiſpaniæ fontes aiunt eſſe duos, quorum alter omnia abſorbeat, alter reſpuat. Frequens vero eſt, aquis aliquibus immerſa tum ligna, tum frondes, & corpora alia lapideo cortice obduci. Atque hi fere ſunt priuati aquarum effectus à veteribus, à recentioribusque obſeruati, de quorum cauſis licet alij quoque doctiſſime ſcripſerint, exigit

tamen

A tamen propoſitus nobis ordo, eas vt hoc loco non prætereamus.

Æſtus maris cauſa. Cap. XIX.

AGe ergo aquarum vt aquis comparantur effectus ante omnia expendamus,& eorum cauſas inquiramus. Occurrit autem primum earum incrementum,& decrementum quod quum in mari. Niloq; ſit tam euidens,adeo tamen obB ſcuras ſemper habuit cauſas, vt certi nihil de eo afferre adhuc audeant uiri in naturæ perquiſitione diligentiores. Primum agamus de mari. Id non vnum motus genus patitur. Agitatur non raro vi ventorum, eſtq; eius motus ad omnem loci differentiam prout venti ab vna aliaue parte impetu. Ineſt illi trepidatio quoq; ac veluti palpitatio quædam perpetua, eo etiam tempore quo quietiſſimum eſt; quem ſtatum malaciã vocant. Et,quum aquis omnibus fluxus ſit in decliuiora, maC ria quoque omnia in Oceanum fluunt. Accidit illi,& acceſſus ac receſſus à litore quem fluxum ac refluxum, & æſtum vocaut. Sed in reliquorum motuum cauſis parum fortaſſe, eſt quod dubites. De cauſa æſtus effectrice,inter naturæ ſtudioſos adhuc dubitatio eſt. Quum enim eſſe illam uel interiorem vel exteriorem neceſſe ſit,ſi interiorem dicas, erit ea maris vel forma,uel proprietas elementis ſuperior. At a neutra quidem harum hunc eſſe motum, vniuerſim tum ſenſus docet, quo aquæ omnes ſuo in alueo quieſcere obſeruantur, D niſi is inæqualis ſit,& eas aliquid externum moueat: tum ratio quia,quum elementa omnia ſuo in loco quieſcant, aquarum locus eſt mare. Etſi enim fontium,fluminumq; aquę ſpõte mouentur,non id tamẽ vel ex forma eſt,vel ex proprietate aliqua,ſed quia, quum alieno, & ſuperiori ſint in loco, ſuum inferiorem quærunt. Sed etiam,quod nõ à forma hic ſit maris

motus, id probat, quod ſi aquæ forma non eſt grauitas, illi tamen proxima eſt, cuius ſimplex, & deorſum eſt motus, atqui hic compoſitus eſt ex acceſſu, & receſſu ad latera. Non etiam maris proprietas dici æſtus cauſa poteſt, quum non omnia maria eum motum patiantur: & quæ patiuntur, non eodem modo. Ab interiori igitur cauſa quum non ſit æſtus, ſi ab exteriori eſt, quum quicquid ab alio mouetur, non ſine contactu moueatur; quod quidem mare proxime tangit aer eſt, an ergo ab aere hic eſt motus? At aeris, qui illud circumſtat, ſubſtantia tenuiſſima eſt: cui longe minus roboris ad mouendum ineſt, quam aquæ; cuius corpulenta eſt ſubſtantia, quod autem mouet, eo eſſe oportet fortius, quod mouetur. Quare, & ſenſu obſeruamus repelli ab aqua obuium aerem, non ab aere aquam, niſi loco, & anguſto, & non ſuo ſit concluſus. Quod ſi non ſimpliciter ab aere, ſed à flatuoſo aere, id eſt, vento fieri æſtum quis dicat; quum uenti in partem illam à qua flant, oppoſitam moueant, neque ab eadem ſemper moueantur parte, incertus prorſum eſt eorum motus, æſtus autem motus ſemper eſt à maris medio ad litus, & à litore ad medium; & eſt certus. An ab aere igitur aliquo inferiori? Nam ſub mari paſſim, & cauernas, & in ipſis aerem reperiri aperte docent hiatus, gurgitesq; nauium voraces, & in tumorem extolli mare, ſublato ex terræ viſceribus aere cõſenſus eſt omnium. At (quod de externo quoq; aere ſupra dicebamus) ordinati eius motus, qualis in æſtu, cauſa eſſe nihil tale poteſt; quod eſt fortuitum ac præter ordinem. Si alia igitur quærenda eſt cauſa, non alia ſe offert quam cælum, harum rerum inferiorum gubernaculo addictum. An ergo, vt cęleſtes orbes, imo, & elementa cælo confinia firmamẽti motu ab oriente in occidentẽ ſolem vehuntur, ita, & mare? moueri enim maria quoq; omnia in occaſum, certa obſeruatio eſt. Sicut igitur cęleſtes orbes non firmamenti modo motu, ſed alia

præ-

præterea aduerſus illius motum, latione mouentur; an ita ma re quoq; motu vno alieno ad firmamenti curſum fertur occidens verſus; altero proprio, priori illi contrario, ex ſui grauitate; atq; horum motuum alter acceſſus eſt, receſſus alter? Verum eſt hic cœleſtium orbium motui longe diſſimilis, quum illi enim totum orbem die vno cum firmamento percurrant, & proprio dehinc motu diſſimillima celeritate moueantur; maris motus vterque æquali fere horarum ſpacio abſoluitur. Eſt illorum etiam motus ab ortu in occaſum, atq; ab hoc in ortum continuus; hic vero acceſſus receſſusque viciſſitudine frequentiori, nunc maiori, nunc minori interpollatus. Reſtat igitur, ſi æſtus ab exteriori eſt cauſa, vt in aſtrorum vim referatur. Neque enim obſtat, quod, quæ aliud mouent, tangere illud oporteat, quum cælum aſtrorum radijs feriendo, per intermediumq; aerem tangendo vniuerſum hunc orbem cõſeruare, naturæ interpretibus conſentiat. Itaque ſi hæc aſtrorum opera eſt, an ne omnium, an aliquorum tantum? Profecto licet aſtra omnia, maximeq; errantia, vim in hæc inferiora habeant, non eiuſdem tamen efficaciæ omnia. Errantia quidem, præter Solem, Lunamq; reliqua, quamuis ipſa quoq. lucis non expertia, motu, & lumine agant, radios tamen effatu dignos non emittant, contra Sol, ac Luna non motu modò agũt, & lumine, ſed radios quoq; maxime autẽ Sol, inſignes faciũt, imbecillæ igitur poteſtatis; quũ ſint reliqua, Solis Lunęq; comparatione, pẽdere ab his duobus motus uidetur, de quo agimus. Sed, an ab vtroq; an ab altero tantũ? Eſt quidem Sol magnitudine, lumine, ac radiorũ fortitudine lõge quã luna præſtantior, à quo ſuũ quoq; lumen habet luna, quo nomine inſigniũ in hoc orbe effectuũ præcipuus author cenſetur, & in alijs omnibus, & in mari etiam, e qno potiſſimum quum immenſam illam vaporum, exhalationumq; copia exhaurire conſenſus ſit omnium, quæ pluuiarum, & aquearum impreſ-

ſionum, ac ventorum ſunt cauſæ; à ratione non diſſentit æſtum quoque fieri, cuius quum partes ſint duæ, acceſſus, & receſſus, & receſſus non aliud ſit quam aquarum defectus, acceſſus non aliud quam redundantia, niſi Solis vi aquarum copia imminueretur, non fierent receſſus, atque hic ſi non fieret neque etiam ſequeretur acceſſus. Cęterum etſi ad aquarum defectum, vbi earum continuitas eſt, ſequi maxime ſolet in earum quæ deficiunt locum à ſuperioribus partibus noua aquarum ſucceſſio, & vere, vbi quid aquarum ex Oceano abſumitur, ob ipſius humilitatem, in earum; quæ deficiunt locum alia maria ipſo ſuperiora nouas aquas continenter inferunt; aquarum tamen defectus non eſt effectrix æſtus cauſa, quam inquirimus; imo qualiſcunque ſit cauſa, perpetua non eſt, quum in ſumma etiam aquarum redundantia æſtus fiat. Ex his ergo Solem æſtus cauſam eſſe non colligitur. Cauſa igitur erit Luna. Nam hanc aquis præeſſe, & ad varios eius in hunc orbem aſpectus humida corpora, & aquas varias ſuſcipere mutationes, vereque maria quum Luna viget, vt in plenilunijs, turgere, ſubſidere autem quum minus pollet lumine, vt in quadratis, vetuſtiſſima obſeruatio eſt, ita vt, ſicuti incrementi decrementique aquarum ſingulis menſibus cauſa eſt Luna, illi non immerito quotidianus quoque fluxus ac refluxus aſcribi poſſit. Nam id etiam notatum eſt, eo ipſo horæ puncto quo in Hemiſpherio noſtro Luna mundano ortu oritur, incrementum quoque in mari, quod illi ſubeſt, inchoari: ſexta vero exacta hora, quum iam Hemiſpherij ipſius culmen attingit, ad decimam tertiam vſque fieri decrementum, quo rurſum tempore per alias ſex horas increſcit, & poſt eas, totidem alijs decreſcit. Sed quonam modo luna incrementi decrementiue maris cauſa eſt? quid etiam eſt cauſa illius in motu ordinis? Id ex philoſophis conſtat, Lunam calfacere, quocunque id

A B C D

Digitized by Google

A faciat modo. Caleſcente igitur rareſcenteq; à Lunæ vi maritima aqua, vapores excitantur, tum tenues, tum craſſi, qui tenues, exhalant, fœtoris illius participes qui inſtante iam æſtu euidenter percipitur: remanent craſſi: qui diſſipatu faciles, aquas non in tumorem modo attollunt; ſed adauſti, in feruorē, atq; etiam perturbationem trahunt, tumefactis ergo aquis fit acceſſus aquarumq; in litora effuſio; cui, abeunte vi caloris, diſſipatisq; vaporibus, ac ſublato tumore, ſuccedit receſſus. Ita ergo æſtus cauſa luna eſt. Sed eadem etiam in æſtu ordi-

B nis eſt cauſa id quod vt pateat, mente cogitandum eſt, ſicuti dies naturalis ex horis viginti quatuor conſtitutus in quatuor æquales partes, quas quadrantes vocant, diuiditur, ſingulas horis ferre ſex conſtantes, (fere diximus) quod diligenti animaduerſione, horis duodecim, quibus Luna hemiſpherium totum percurrit, quinta fere horæ pars deeſt, ob proprinm Lunæ motum, quo in orientem contra firmamenti motum mouetur) ita terræ, & aquæ globum in quadrantes quattuor ſecari: quorum duo ſuperioris noſtri ſunt Hemiſpherij, duo in-

C ferioris. Sol igitur, & Luna totum hunc globum cum firmamenti motu peragrantes, ſui corporis lumine illuſtrant. ita vt, ſicuti lunari motui abſoluto horæ dantur viginti quatuor, ſic globo in partes viginti quatuor diuiſo, ijs in partibus ſingulis illuſtrandis ſingulæ horæ lunaris aſpectus aſſignentur. Nunc ergo, quum luna, vt reliqua aſtra, motu etiam lumine agat, maria quæ primum noſtro in Hemiſpherio illi occurrunt, ſuis radijs feriens, caloremq; in ijs, mox, & rarefactionem inducēs

D & vapores excitās, in tumorem ſenſim attollit, ea enim aquæ natura eſt, vt calore rarefacta intumeſcat, ita vt ingenti calore ferueat quoq;, & exundet. Sic prima hora incrementum fit primæ partis orientalis maris, ſecunda ſecundæ, tertia tertiæ, quarta quartæ, quinta quintæ, & ſexta ſextæ. Vbi ad ſextæ horæ finem, id eſt, ad meridiei culmen peruentum eſt, re-

frigeſcere orientis maris pars incipit,quæ prima hora incaluerat,atq; eodem modo ſecunda,& reliquæ, ad ſextæ horæ finem,aquæ autem refrigeratæ detumeſcunt. Sic fit à prima ad ſextæ finem in orientali mari decrementum. Progreditur Luna,& orientali quadrante relicto meridionalem incipit illuſtrare,tunc orientali mari decreſcente,meridionale intumeſcit,in tumore tandiu perſiſtens, quandiu Lunæ lumine fouetur,id eſt,ad occidentalis vſq; quadrantis initium, tunc luna occidentalem fouente,meridionalis maria refrigeſcentia detumeſcunt,ad id vſq; tempus,quo luna abſoluto per occidentalem curſu,borealem iam quadrantem illuminans illius quoque maria in tumorem effert, occidentalem ſui lumine deſtitutum relinquens,vnde ipſe quoq; refrigeſcens detumeſcit. Abſoluto ſupra borealem partem motu orientalem, rurſum adit, ipſum nouo lumine perfundens, & eius maria tumefaciens,tunc borealia quoq; detumeſcunt. Sic continuato ordine,vi Lunæ,mare nunc extolli nũc ſubſidere veriſimile eſt. A B

Cæterum non deſunt hic difficillimi ſcopuli. Primumq; quũ illud certum ſit ſingulis ſex horis mare increſcere,& totidem decreſcere, ſicuti primi incrementi in orientali mari cauſa erat luna ſui præſentia, primi decrementi ſui abſentia, quomodo idem orientale mare, quod non niſi poſt horas duodeuiginti lunæ corpore fouetur, hora tamen duodecima exacta increſcit abſente luna, quæ tunc in occidentali plaga verſatur? An quia quadrans occidentalis orientali, e diametro opponitur,propterea vbi in occidentali eſt luna, orientale rectis radijs ferit;& quæ primo orientale vicinia radiorum excalfaciebat,quum in occidentali eſt,feriens radiorum rectitudine,non diſſimiliter calfacit, & in tumorem tollit? At hoc eſt ſuſpectum. Quum enim illud indubitatum ſit,lunæ,quum ſub terra eſt,radios terræ corpus nõ peruadere;imo vero quia terreno globo longe minor eſt, quum illi opponitur, vt reli- C D

qua

A qua luminoſa corpora opaco corpori obiecta, vmbram in oppoſitam cæli partem mittere, calathoidem nuncupatam, quę quo fertur longius, eo dilatatur magis; eam certe ab occidentali quadrante in orientalem radios mittere, quum ſub terra eſt, probabile non uidetur. At vero, quum luminoſi cuiusq; corporis radij, quo magis illud abeſt, eo latius diffundantur, linearum exemplo, quæ, quo à centro magis recedãt, eo etiã latius diſperguntur; an lunam tam alto ſupra terram loco poſitam hunc terræ, & aquæ globum longe amplius quam di-
B midia parte radijs perfundere arbitrandum? Neq; enim illi obſtat, quod de vmbra proponitur, quando, etſi luminoſum corpus vbi opaco propinquum eſt, calathoidem vmbram facit, non tamen vbi lõge diſſitũ ab eo eſt, tãtã facit, nihil igitur a ratione videtur alienum, lunam eo tempore, quo in tertio orbis quadrante verſatur, in primum quoq; & viciſſim quum eſt in prima, in tertium; & quum eſt in ſecundo, in quartum; contraq; quum eſt in quarto; in ſecundum, radiorum ſuarũq; virium aliquid impartiri, vnde eodem tempore occidentalia,
C & orientalia, meridionalia, & borealia pariter intumeſcant, luna licet non vtrobiq; præſente.

Hactenus quomodo maris æſtus, & eius ordo à luna pendeat, videmur oſtendiſſe. Non hoc tamen placitum caret dubitatione, quum non aquæ omnes, non lacus, non ſtagna, neque maria omnia æſtum patiantur, quæ tamen omnia lunæ ſubiecta ſunt. Neq; eodem temporis ordine maria omnia fluunt ac refluunt, quibus æſtus accidit. Sed huius varietatis
D ratio ex re ipſa petenda eſt. Tria ſunt in æſtu, id quod mouetur, id quod mouet, & locus in quo eſt id, quod mouetur. Mouetur maritima aqua, quæ quum ſit ſubſtantia craſſa, terræ plurimum exuſtæ participe; qualitatibus, ſalſa, amara, ac fætens; copia late alteq; immenſa, & quæ præterea ſponte non fluit, illud in vniuerſum certum eſt, inter aquas, quæ mo-

derate craſſę ſunt,eas non difficile,& incaleſcere, & vbi incaluerint refrigeſcere, proptereaq; incrementum non longius pati quam decrementnm, contra autem quæ vel tenuiores ſunt,vel craſſiores. Nempe ex tenuioribus, quales ſunt maritimæ illæ quibus fluuiales,aut lacuſtres, paluſtres, niuales, vel pluuiatiles plurimæ commiſcentur, vapores minus craſſi excitantur,qui & facilius diſſoluuntur, & minus aquas in tumorem attollunt,ita vt æſtum nullum patiantur, tales aquæ minus etiam ſunt inter maritimas ſalſæ,aut amaræ,& tale eſt Liguſticum mare. Non ſecus craſſioribus æſtus non accidit, ſed alia ratione,nempe quia ob inſignem craſſitudinem in eas Solis lunęq; vis non ita penetrat,vt vapores excitet ad tumorem atque æſtum neceſſarios. Tale eſt mare mortuum adeo craſſum,vt neque in ipſo piſces,neque prope ipſum ſtirpium aliquid viuat. Talis Indicus quoque ſeu Aethyopicus eſt ſinus, craſſitudine aquarum præſignis. Cui, quum Perſicus coniungatur,ſola magna inſula inter eos inſidente diſiunctus mirum quidem illud eſt,quod præter quam quod neuter acceſſum ac receſſum patiatur, quo tempore alter tranquillus, & nauigabilis eſt,alter prorſum procelloſus eſt, & nauigantibus periculoſiſſimus. Namq; illud conſtat, Perſicum à tempore, quo Sol Piſces ingreditur, ad id vſque quo Virginis ſignum,tranquillum eſſe, contra Indum eodem tempore tempeſtatibus fœdiſſimis turbari ita,& à Virgine ad Piſces Perſicum tranquillum,contra Indicum eodem tempore obnoxiũ procellis. Perſici autem quies maxima eſt ad Sagittarij fines & initia Capricorni,contra Indici perturbatio, & è conuerſo Indici quies Sole fines Sagittarij tenente,quo tempore in Indico vigent tempeſtates. Verum,pendet quidem hæc omnis varietas ex aquarum craſſitudine ac tenuitate, hæc vero ex Solis maxime opera. Indicum mare Perſico magis eſt meridionale, huius igitur aquæ Solis æſtu tenuiorum partium

pluri-

plurimum abſumente, & craſſas terreſtreſq; relinquẽte magisq; exurente, fit, vt, quæ remanent, ſint craſſiores, ita vt Sole meridionali Signiferi orbis ſigna percurrente, craſſiſſimorũ diſſolutuq; difficillimorum vaporum copia inſignis excitetur: vnde ferùor, tumorq; contumaciſſimus, tandiu conſtans, mareq; turbulentiſſimum reddens, quandiu conuertente ſe ad borealia ſigna Sole aquæ refrigeſcant, id vbi accidit, nulla amplius, aut exigua facta vaporum in aquis excitatione, ita ſe dantur omnia, vt perpetua ad nouum vſq; Solis in meridionalia ſigna reditum ſit tranquillitas. Perſici ſinus diuerſa natura eſt, cuius enim minus craſſæ ſunt aquæ, vapores, qui progrediente per meridionalia ſigna Sole ex ijs cientur, etiam diſſoluuntur, ita vt neque tumeant neq; ferueant. tranquilliſſimum ergo tunc eſt mare, contra frigeſcentibus aquis quum in borealia ſigna redit, nunquam intermittente vaporum excitatione à Luna, ac Sole, & tumor, & feruor, & mala tempeſtas ſequitur, ad id vſque tempus perpetua quo meridionalia ſigna Sol repetit. Hæc igitur varietas craſſitudinem maiorem minoremque, & in ſumma diuerſitatem maritimarum aquarũ conſequitur. Secundum erat caput cauſarum æſtus effectricium. Inter quas, etſi, quod antea ſtatuimus, præcipua eſt luna, ſui natura ac quadam veluti proprietate qualis inter magnetem, & ferrum eſt, aquæ attractrix atq; excitatrix; non ea tamen ſine Sole, a quo lumen recipit. Ex varia igitur, non modo Lunæ, & Solis, ſed etiam ex Solis vnius vi, æſtus quoq; varietas pendet, quum illud certum ſit, ſicuti Solis præſentia hæc omnia caleſiunt, abſentia refrigeſcunt; ita ex æquali eius per diem noctemque in noſtro hoc orbe mora non diſſimiles die noctéque acceſſiones fieri, ex inæquali inæquales, ita vt, quum dies nocte longior eſt, acceſſio fiat deceſſione maior, minor autem quum breuior. Et ſicuti, quum calorem fundit moderatum, vapores multos excitat ad maris incrementum

ne-

neceſſarios;ita quum vrget,quos excitat etiam diſſipat; ita vt nullus fiat æſtus, quod in mari ſub æquinoctiali plaga obſeruatur. A lunæ autem cum Sole aſpectu nihil obſcurum eſt, quo luna plus minuſue à Sole luminis recipit, & recepti vim mari communicat, eo etiam maius aquarũ fieri incrementũ, propterea in plenilunio,quo tempore ſolis radios tota ſui corporis diaphana parte excipiens eos nobis obiectat, maria calefaciens,maius vniuerſim decremento incrementum fieri,reliquo tempore minus,qno,licet ſit illa Soli vicinior, nos tamen opaca parte aſpectat. Huc Lunæ quoque pertinet aſpectus in mare; vt directis obliquiſue radijs ipſum ferit, quum enim recti fortius moueant quam obliqui,rationi cõſentaneum eſt, à rectis ad augeri acceſſum,ab obliquis receſſum. Quod addunt Aſtrologi nunc viciniorem,nunc remotiorem eſſe à terra lunam pro eius orbis eccentricum, & epitydum deferentis motu,nempe eſſe illam in quadratis aſpectibus viciniorem,in nouilunio,& plenilunio remotiorem;hoc quidem huius non eſt loci diſquirere,ita ne habeat. Sit vero id etiam, & plurimum poſſit vicinia;negare tamen non licet,lunam, quum tota illuſtratur,vt in plenilunio, longe magis quam alio tempore calefacere, id quod eſt ad acceſſum maris efficaciſſimum. Verum lunæ non parum locus ſigniferi in quo reperitur,adauget, prætereaq; aſtrorum aliorum tum errantium, tum non errantium aſpectus varij. Nempe id obſeruatum eſt, maius aquæ incrementum fieri quum in aquaticis ſignis luna verſatur,maxime quum ad Aquarij fines, & in Piſcibus. Non ſecus,quum ex alijs errantibus ſtellis vna, aut plures illi in humido ſigno coniunguntur, vel ſi eodem tempore aquaticorũ aſtrorum, vt Pleiadum, ſit exortus. Sed iam accedamus ad locum. Duo hic ſpectanda, alueus aquas continens, & loca mari confinia. Duo autem in alueo, vadus, quem fundum vocant,& littora. In vado autem tum ſoliditas aut mollities,

A B C D

tum

um magnitudo in longum latum atq; altum. Sunt qui ex
nolli raroq; alueo fieri aiunt, vt vapores in mari non vnian-
ur, quare neque tumor, neque feruor fiat ad incrementum
neceſſarius. Quod non reſpondet rationi, quam contra ſi ra-
us ſit, & mollis alueus ex imis eius partibus longe maior va-
porum copia in mare efferri poſſit, quam ſi denſus ac durus,
vt propterea accedentibus etiamnum vaporibus à lunæ So-
isq; calore excitatis, maiorem aquarum, & tumorem, & fer-
uorem fieri oporteat. De amplitudine in latum ac longum,
i cætera conſentiant, fatendum eſt, vel diſſolui vapores priuſ
quam intumeſcat mare; vel ſi intumeſcat, maiori, & impetu,
& incremento ſuper litora effundi. At profunditas ad vapo-
um copiam excitandam, cogendamq; plurimum facit; ita vt
n ijs quæ minus ſunt profunda, vix tanta vaporum vis gigna
ur cogaturq;, vt tumorem feruoremque aliquem aquæ ſen-
iant. Eſt in vado æqualitas quoque, & inæqualitas obſeruã
la. Inæqualem autem eum faciunt ſcopuli, terræ, arenæue
umuli ſub aquis deliteſcentes, quibus libera aquarum excur-
io cohibetur, vndarumq; impetus frangitur, ſæpe vt acceſſus
vel receſſus ordo perturbetur, cuius in vado æquali ac plano
certior eſt obſeruatio. Sunt, & in litore varia obſeruanda, nem
pe tum ſoliditas ac mollities, tum ſublimitas ac depreſſio, tũ
igura. Litora ergo plurimum intereſt arenoſa ne aut terrea,
axea, argillacea, dura an mollia, quum à durioris corporis oc
curſu maior ſit quam à mollis repulſio, id quod decremẽtum
nagis promouet quam incrementum. Non ſecus, & ſubli-
niora litora aptiora ſunt receſſui quã acceſſui, ita vt in aquis
quarum illa ſublimia ſunt, percuſſio quidem aliqua horis qui
buſdam percipiatur, ſed non tamen acceſſio, contra depreſſa,
plana, & aperta acceſſui receſſuiq; ſunt aptiora, qualia ſunt
Mediterraneo, & Orientali Oceano. Eſt, & litorum figura
ordinis in acceſſu receſſuq; varij cauſa non tenuis. Figuram
intel-

intelligimus tum curuam, qua in mare litus extenditur; tum cauam, qua contra mare in litus. Curuis ergo litoribus aquę non minus facile refluunt quam fluant in litora, licet enim vndarum curſus continuatio eius litoris occurſu frangatur, non impeditur tamen curſus ad latera, & à concauo litore, quod fluit quodammodo repellitur, quare quibus talia ſunt, minus apta ſunt acceſſui. Sunt ea vero etiam magis portuoſa ac uentis minus obnoxia, quod eo uentorum impetus ſe non infert, qua liber non eſt tranſitus. Nunc ſi ad confinia mari loca accedamus, occurrunt ſæpe inſulæ, montes, colles, quibus tanquam obijce adeo aquarum tumefactarum vel acceſſus vel receſſus non retardatur, vt eam quæ in æſtu accidit, varietatem maxima ex parte ab ijs pendere facile ſuſpicari aliquis poſſit. Expendamus enim aquæ naturam, id illi profecto cõnatum eſt, vt ſicuti ſuperiori loco poſita ob grauitatem deorſum fluit, in plano aut æquali quieſcit, ita ſiue in eam quietẽ tem aliquid incidat, ſiue fluenti aliquid durum occurrat, moueatur in gyrum. Namq; quum corpus aqua grauius in ipſam incidens illam aquæ partem, in quam incidit, grauitate ſua deprimat, fit quidem primo, vt parti illi depreſſæ locum ſuum relinquenti noua alia pars ſuccedat, ordine qui erat inter totius partes, perturbato, tum præterea, vt totius aquę partes, primo motæ atq; impulſæ vicinos vrgeant, & hæ ſuccedentes alias impellant: Sunt autem aquæ partes omnes ſimiles, hinc fit vt quæ neque grauiores, neq; corpulentiores aliæ alijs ſunt, in gyrum quaſi lineæ à centro ad circumferentiam ferantur. Ita etiam ſi fluenti aquæ obex aliquis occurrat, fit in gyrum motus, non eodem tamen prorſus modo, quo vbi quieta eſt aqua, in illa enim æqualis fit quoquouerſum receſſio à centro in ambitum; in hac, quum centri locum teneat obex, quæ in illum aquæ incidunt, repulſæ non in integrum, ſed dimidiatum gyrum mouentur, obijce ſuperiores partes

oc-

occupante, quæ alterius eſſent dimidiæ gyri partis. Conſimile quid inſularum, montium, collium, imo, & fluminum, ac ventorum occurſu, mari accidere veriſimile eſt, quum enim obſeruatione certa conſtet maris vniuerſi motum eſſe ab ortu in occaſum, quaſi eodem firmamenti tractu commoti, quo & aeris ſuperiorem partem, & ignem, & cœleſtes orbes alios moueri commune placitum eſt, nihil à ratione diſſentaneum videtur, frangi in eo motu mare, & repulſis in ſuperiora, viciſſimq; refluentibus in inferiora vndis, acceſſum receſſumque adiuuari. Sed à ventorum quoq; qui à conuallibus, antris, nemoribus, montibusque prope mare non raro oriuntur, & à fluminibus quæ in ipſum fluunt impetu, non diſſimilis eſt opera. Vt enim illorum, ſi à parte, illi, in quam fit maris acceſſus aduerſa, ſteterint, ipſum retardant, receſſum vero adiuuant; ita ſi ex eadem fluant, illum adiuuant, & hunc retardant. His ita conſtitutis, qui maris cuiusq; naturam expenderit, quid vniuerſalem acceſſus receſſusq; ordinem perturbet, facile intelliget. Sed proſequi ſingula huius non eſt loci, in quo ad aquarum effectus in ſuas cauſas vniuerſim referendos hæc ſatis ſuperq; eſſe debeant.

De Nili incrementi cauſa. Cap. XX.

NVnc de Nili incremento, deq; eius cauſa, ne in veterum recenſendis opinionibus diuagemur, quas refert Diodorus Siculus diligentiſſime; id primum ſtatuendum, fluuij alicuius incrementum eſſe nō poſſe, niſi vel ex nouo in ipſum aquæ influxu, vel ex ipſius à loco, in quem ſe exonerat, repulſa, vel ex vtroq;. Et vbi certo tempore fit incrementum, certo etiamnum tempore, vel earum cauſarum alteram, vel vtrāque adeſſe neceſſe eſt. Influxus autem aquarum nouus eſſe non poteſt, niſi à ſuperioribus partibus, repulſio vero non niſi

ab

ab inferioribus, huius vero cauſa eſſe poteſt quicquid velut A
obex fluentibus aquis occurrit, retrocedere enim coguntur prohibito defluxu. Si Nili igitur, tum ſuperiores à quibus, & per quas fluit, tum inferiores, in quas effunditur regiones, ſpectemus, illum, nulli controuerſum eſt, in Aethyopia vltra æquinoctialem circulum, auſtralem polum verſus oriri, & in mediterraneum mare citra Cancri tropicum excipi, curſu à meridie in Boream continuo. Hoc igitur, de quo agimus, incrementum, quum alij ex nouo aquarum à ſuperioribus influxu, alij ex repulſu ab inferioribus eſſe ſenſerint, vtranque B
opinionem expendamus. Quibus pro cauſa eſt repulſio, aiunt anniuerſarios aquilonares ventos, quos Etheſias vocāt à mediterraneo mari eo tempore, quo ille inundat, perflare, quibus intumeſcente mari, factoq; fluentibus Nili aquis obijce, retrocedere eas in Aegyptum neceſſe ſit. Cæterum hanc qnidem cauſam non agnoſcit ſenſus, eorum enim ventorum impetus, & maris tumor non lateret Aegypti incolas, vt Auſtri vis, qua noſtra ſæpe turgent maria, nos non latet. Atque C
ſi ſolus maris tumor Nili aquas repelleret, non illas turbulentas luculentasq; redderet, quales illo incrementi tempore cōſpiciuntur, quod certiſſimo argumento eſt miſceri aquas alias Nili aquis, quibus conſpurcantur. Adde quod Etheſias, veteres obſeruarunt flare progreſſo ad Cancri finem Sole, diebus poſtquam inundare cæpit Nilus, non paucis. Inundationis ergo cauſa altera eſt, nouus ſcilicet aquarum influxus. Eſſe autem hic poteſt vel ex niuibus in Aethyopiæ ſuperiorisq; Aegypti mōtibus, vnde Nili eſt decurſus, liquefactis, vel D
ex pluuijs. De niuibus, an inter Tropicos fiant, non conſtat. Si fiant, rationi profecto conſentaneum eſt, eas illo maxime tempore, quo illis æſtas, nobis eſt hyems, diſſolui, ſolutæ igitur aduentante nobis vere, & longe prius quam Cancri ſignū ſol teneat, fluuios augerent, & alios, & Nilum. Imo vero, ſi-

cuti

Digitized by Google

A cuti nobis nullum eſt certum præſcriptum dierum tempus, quo fundantur niues; ita nulla eſt ratio, ob quam illis tam certis liqueſcant diebus, vel liqueſcant, vel fiat quotannis innundatio. Reliquum eſt igitur vt non alia, quam pluuiarum materia è ſuperioribus regionibus fluentium Nilo det incrementum. At quid in cauſa eſt, vt tam certo tempore pluuiæ illæ gignantur? Qui ætate noſtra Aethyopiam luſtrarunt, aiunt tempus totum, quod nobis eſt hyems illi autem æſtas, nihil prorſus illic fieri pluuiarum. Affluit autem tota ea regio la-
B cubus fluminibusq; maximis, imo, & abluitur ab Oceano à quibus quum Solis vi immenſa vaporum copia extollatur; (cuius rei argumento ſunt perpetuæ ac denſiſſimæ caligines quibus montes illic, & maximi, & frequentes offunduntur) illam quidem tam longo tempore collectam, & à Sole tandiu quandiu illic viget ſuſpenſam, ſolis ab ea regione digreſſu refrigeratam in pluuias verti neceſſe eſt. Digreditur autem inde Sol, quum ad nos regreditur, nempe, quum Arieti occurrit
C & eodem tempore pluuiarum principium eſt, primo leuiorũ, mox vero, pro maiori Solis receſſu, maiorum: quibus totius illius regionis, & flumina, & lacus, & inter ea Nilum augeri neceſſe eſt. Cur autem Aegypto id incrementum non niſi poſt trium fere menſium ſpacium percipitur? Non vna tarditatis huius ratio eſt, nempe ab Aethyopia Memphis, vbi ſe ſe Nili incrementum prodit, tercentorum milliarium interuallo abeſt, eſt, & eius fluminis lapſus piger: & flexuoſum eſt, iter. Cur ergo Sole Tropicum Cancri tenente increſcat Ni-
D lus, mox ad æquinoctialem lineam redeunte decreſcat, apertum eſt. Namque ante id tempus non exundat, quod, licet ad æquinoctium pluuiæ in Aethyopia incipiant, Aegypti tamen fines, ad quos Nilus mari recipitur, non niſi longo poſt tempore attingunt. Poſt id tempus decreſcit Nilus, quod reddita iam Aethiopia poſt immenſam imbrium effuſionem

ſe-

ſerenitate, nulla amplius ei flumini inſueta aquarum fit acceſſio. Hæc fortaſſe veram Nili ad certum tempus incrementi atq; decrementi attingunt cauſam. Qua in re, qui ad incrementum, certum, omninoq; præfinitum diem Iunij decimum ſeptimum per quadraginta dies præfigunt, apertum eſt falli, quum, & præuertere, & præterire id ſpacium couſtet diligentiori nunc facta obſeruatione. Cæterum tollendus hic eſt alius ſcrupulus. Quando enim Aethyopia ſub æquinoctiali eſt Zona, vbi Sol rectis radijs feriens efficaciſſime nõ calfacit modo; ſed etiam exurit; qui fieri poteſt, tanta vt illic vaporum copia gignatur, quam idem, qui excitat, calor non diſſipet? Nobis enim qui tantopere à Sole diſtamus, quos ille obliquis radijs ferit; eo tamen ad nos redeunte æſtate, vix pluuiæ accidunt. Verum, quod antea quoq; diximus, maximos ac non raros Aethyopia fluuios, & lacus habet, ambit eam, & ab occidente Oceanus, prætereaq; montes illic ſunt & maximi, & plurimi, in quorum ſumma cacumina, quum radiorum Solis non pertingat reflexio, frigiditas viget: vapores igitur ab æſtuoſo calore ex fluuijs lacubusq; ac mari immenſa copia excitati, inter montium ſinus ſenſim ſublati ac repoſiti, ab eorum frigiditate ſeruantur; tandem vt in immenſum aucti, quo tempore illis Sol fit longinquior, denſantur in pluuias. A B C

Reliquorum effectuum aquæ priuatorum relatio in ſuas cauſas. Cap. XXI.

D

PErcurramus nunc aquarum effectus reliquos, vt rebus alijs, primumq; vt homini comparantur. Illæ autem ante alias occurrunt, quæ mortifera vi necant. Itaq; de Stygis illius, tum Archadicæ, tum Theſſalicæ violentia, quod de Archadica quidem, ait Plinius, hanc putant nimio frigore eſſe

Digitized by Google

A ſe noxiam, vt pote quum profluens ipſa lapideſcat. quæ appoſita non eſt ratio, quum lapidaſcere non ſit frigiditatis, ſed terrenæ craſſioris, lentoreque ſummo præditæ materiæ aquæ cõmiſtæ indicium. Scribit is etiam de Theſſalica, circa eũ fontem ſiliquam ſylueſtrem & ſui generis herbam naſci, quod à fide alienum eſt, ſi uſque adeo acris illa eſt aqua, ut etiam ferrum rodat. hanc profectò calcanthi inter concretos ſuccos accerrimi eſſe operam ſtatuendum eſt: quod ubi eſt, uiuere nihil poteſt. Verum in Plinio eſſe mendum certum eſt ex

B Vitruuio, lib. 8. cap. 3. qui Theſſalico fonti proxime eſſe dicens arborem purpureo colore florentem, id eſt ſiliquaſtrum cuius Plinius meminit: perrumpendi uaſa uim tribuit non huic ſed Archadico. Fonti igitur qui lapideſcit, quicumque ille ſit, rationi ualde conſentaneum eſt, mortiferam eam ineſſe labem ex materia, aut gypſea, aut gypſo ſimili. Vt enim gypſum quod affuſa aqua celerrime intumeſcit atque induratur, ijs qui cum liquore aliquo ſumpſere, celerrime in uentre in-

C tumeſcit, & ſtrangulatum affert: ita ſucco ſimili cum ea aqua in exiguas etiam uenas pertracto, & intumeſcente, ſpirituũque ac caloris tranſitum prohibente, necari animalia nihil mirum. De Styge uero altera, cuius eam eſſe acrimoniam ſcribunt, ut metallica uaſa frangat: uitium illi eſſe ex calcantho ualde probabile eſt. quod quidem ſi eſt, quum eam & odore tetro, & ſapore acerrimo eſſe neceſſe ſit, accedente etiam calore, quem uiſui terrori eſſe ait Plinius, ualde quidem mirum eſt tantum fuiſſe confidentię vel Antipatro eam offerẽdi, uel

D Alexandro ſumendi ſine aperta doli ſuſpicione. Quæ de fontibus Beroſi, de Neptuno Terracinæ, & reliquis, niſi illi eiuſdẽ ſint generis, cuius ſtyges; eos non à ratione alienum eſt, ex alueo uenenatos & incognitæ naturæ halitus recipere, quales ex Barathris, & Charonjs elati ſæpe peſtilitate aerem infi-

E ciunt.

ciunt. maxime autem Cichron lacum, quo mori etiamnum, qui ſe lauerint,ſcribunt. Sed neque etiam quæ de priuatis in priuatas corporis partes effectibus proponuntur, aliam habẽt cauſam, quam materiæ cum aqua variæ miſtionem. De ijs in primis, quas capiti noxias aiunt, illud quidem quotidiana obſeruatione conſtat, aquas, quæcumque vel ſulphuris vel bituminis vel cõcreti alterius calidi ſucci quid habent,ob eorum ſuccorum caliditatem qui in ſuperiora humidiores halitus cumulatiſſime excitant, tentare eorum, qui ſumpſere,caput; ita vt ſomnolentos faciant.ab ijs vero maxime aquis vapores in caput ruunt, in quibus bitumẽ igneę naturæ ſuccus exuberat. Sic bituminoſas Galenus calido capiti eſſe ait inimiciſſimas. ſcilicet quod in his adiuta bituminis effumatione à capitis caliditate, vapores non admittuntur modo facilius, ſed etiam trahũtur.& Aetius quoq; eas ait caput replere,ſenſuumq; lœdere inſtrumenta. Huius igitur generis eſſe aquas, quas ſenſus hebetes facere notarunt veteres,probabile eſt.niſi illæ etiam metalicæ ſint, & hydrargyri participes. nempe hoc metalli genus ſi quid aliud,capiti vniuerſim aduerſum eſſe, ſatis docet vel id experimentum, quod, qui id frequenter tractant,non raro apoplexia,paralyſiue corripiuntur,& eo ad Venereæ luis curationem illitis cruribus, deſtillationes in os, fauces,gingiuasque immoderatas excitari, quotidie obſeruatur. vt ne id quoque prætereamus, quod ipſi vidimus.qui cephaleę gratia linimento ex hydrargyro frontem male conſultus ſibi illiuerat; præter aliorum ſenſuum,quæ ſequuta eſt,imbecillitatem, ita aurium ſenſum amiſiſſe, vt ne tormenti quidem bellici bombum vicinus perciperet. tantæ ſunt Hydrargyro cum capite inimicitiæ. Verum, neque id etiam quod aiunt, aquas alias ſenſus reddere acriores, ſua caret ratione. Illud apertum eſt non vnum eſſe aquę genus,quod aluum inſigniter

ſigniter

Digitized by Google

A ſigniter purget: purgatione autem inutiles & ſuccos & halitus à capite detrahi: quod ſenſuum alacritatem parit. tales ſunt maxime nitroſæ, & ſalſæ. vt propterea eas Aetius non temere ſcribat capiti conuenire. quamquam huius generis aquæ alio etiamnum nomine poſſunt conferre, quo inſigni, qua pollent, vi exſiccandi, poſſunt excrementitium humorem abſumere, qui retundit ſenſus. Sed & illud conſtat, oculis æs priuatim conferre: huiuſque participes eſſe, quæ ad Leucogeos fontes, vt etiam Ciceronianas. Quæ vero obli-
B uionem, aut temulentiam faciunt, ſuadere quidem ratio videtur non diuerſas ab ijs eſſe, quas ſenſus diximus perturbare, nempe eſſe vel bituminoſas, vel ſulphureas, vel etiam hydrargyri participes. At contra, ne id plane ſtatuatur, obſtat aqua Lynceſtis, quam eandem, & eſſe acidam, & temulentiam parere teſtantur. Aquarum autem acidus ſapor non à bitumine, aut ſulphure, aut hydrargyro eſt, ſed vel ab alumine, (& hæ magis aſtringenti quam acido ſunt ſapore) vel ab ære,
C aliјſque cum illo repertis ſuccis atq; excrementis: quæ acria omnia quum ſint, quæ illius acrimoniȩ leuiter participes aquȩ ſunt, acidum referunt ſaporem. Quæ vero acidæ ſunt, quia vapores, & frigiditate ſua à capite reprimunt, & ſiccitate abſumunt, temulentiam quoque arcent. Verum inter ea, quæ acida ſunt, aliquid eſſe quod ebrietatem non coerceat, ſed excitet, argumento eſt ceruiſia: & quod Lynceſtis aquam non plane acidam, ſed, quaſi acoris leuiter participem, acidulam vocant. nihil vero etiã impedit, quin illi, vt alijs quoq;
D aquis fere omnibus, alterius ex ea quæ temulentiam parit, materiæ, aliquid accedat. cuius obſeruatio non eſt vulgi, effectus tantum, atque ea quæ ſenſui obuiam fiunt, ſpectãtis. Quæ de ebrietate ex fontibus reliquis ſequebantur, eandem habent rationem. De Sinueſſanis uero aquis, quas abolere

inſaniam ſcribunt, idem quod de ſenſuum hebetudinem corrigentibus, eſt iudicium. An uero quæ dentes excutiunt, id nimia frigiditate agant, dentibus inimica; an quod acres in caput uapores excitent, à quibus laxatis uitiatisque gingiuis dentes cadant; nulli ſtatuere licet, quem priuata eius aquæ ſaporis naturæque latet cognitio. De gutturis uitio Alpinis gentibus tam frequenti, ut illud inter medicos conſtat, ortum habere id ex craſſa ac lenta pituita terreſtris ſordis non parum participe; ita eius humoris cauſam illis gentibus communem etiam eſſe certum eſt, Negare autem non licet Appeninum gypſo totum ſcatere; unde & ex eo lambere eradereque gypſeæ materiæ aliquid pluuias quæ illic decidunt, neceſſe ſit: quod dehinc in flumina toto eo tractu frequentia, excipiatur non illud etiam à ratione diſſentaneum eſt, fontes qui iiſdem locis naſcuntur, gypſei ſucci aliquid retinere. Verum Bononiæ quoque putei gypſi participes exiſtimantur, quum hic tamen nullum minus frequens uitium ſit gutturis tumore. communis igitur eius cauſa alia eſt, quam gypſi. ea uero non alia, quam aquæ ex niuibus & glacie diſſolutis. quę ubi frequentes ſunt, illic hoc quoque gutturis uitium frequens. non quod eius potu gutturis muſculi ac glandes ſenſim imbuantur; quod aliqui cenſent: non enim ad interiores fauces tumor ſpectatur: ſed, quod cruda craſſaque, ac lenta pituita terrenæ ſordis non experte ex continuo earum aquarum uſu uberius gignitur: quæ, ut in corpus reliquum, ita in caput recepta, ab eius interioribus partibus in exteriores, & ab ijs ſecundum aures delapſa inter cutem & arteriam reponitur: quod, diſſectio comprobat. cuti enim proxime tumor ille ſubeſt. Quod ſequitur de aquis canoram uocem reddētibus, ſubit nos certe admiratio, aliquos doctrina inſignes uiros eiuſcemodi aquas ſandaracę participes exiſtimaſſe, ꝓpterea quod eā Dioſcorides purgare uocē ſcripſerit. Illud.n. cōſentaneum

eſt,

A eſt, quũ ſandaracæ, & auripigmẽti illi cõgeneris vis ſit acerrima, ob quã, & pilos aſperſa detrahunt, & cutẽ erodunt; fore, vt aquarum, quæ huius ſint aliquo modo participes, tanquã acris lixiuij vſu diuturno, & fauces, & gula, & vẽtriculus erodantur. Neq; etſi id medicamenti genus veteribus vſurpatum eſt cum melle lingendum, caret id tamen veneni ſuſpicione, præſertim largius, aut frequentius ſumptum. Tales ergo ego quidem aquas expedire vocem dixerim, quales ad caput ſenſuumq; inſtrumenta expurganda conueniunt, de

B quibus ſupra quum illud certum ſit, vocem à deſtillante à capite in fauces, & arteriam pituita frequentiſſime vitiari. Aquarum autem calculos gignentium naturam cum ea, quæ gutturoſos efficit, eandem recte ſtatuunt, quum craſſam lentamq; pituitam calculorum eſſe materiam, quæ, & gutturis tumorum, certum ſit. At neque gutturis tumor ex pituita, eſt terreni experte, neq; dubium eſt calculos ex cænoſis turbidisq; ac terræ gypſiq; ſordibus infectis aquis gigni, id quod quidem duplici fit nomine: quo aquam ipſam terrena ac non

C ab ea facile ſeparabili materia ſordidam reddunt; & quo obſtructis meatibus efficiunt, ne liber ſordido humori ſit tranſitus. Neq; illud impedit, quod anguſtiora ſint meſaraicarũ venarum oſcula, ita vt terrenum aquæ ſedimentum per eas ad iecur, & ab eo in renes ferri non poſſit; non enim ea eſt in viuente corpore oſculorum anguſtia, quæ terrenæ ſubſtantię tenues ſordes non admittat, & terreum tenue aquæ ſubſtantiæ tali lentore ſæpiſſime eſt admiſtum, vt ſeparari ab ea non

D poſſit, niſi feruore ignis; quo facta diſſimilium partium ſeparatione, terrea lentaq; ſubſtantia ab aquea ſeiuncta; ollæ in qua ferbuit, parietibus ſpectatur agglutinata. Sed talis feruor non eſt in ventriculo, aut parte corporis alia. Ita quidem, quum calculos eæ aquæ gignant, quarum vis tum pituitam craſſam gignendi terra ſordidam, tum meatus obſtruendi; contra quę

calculoſis prodeſſe debent, attenuandi, detergendi, aperiendiq; vi præditas eſſe oporteat; non immerito acidas aquas ad hoc vitium veteres commendarunt, quæ, & attenuant, & detergunt, & aperiunt. Sed hæ quidem, ne gignantur calculi, poſſunt efficere, qui autem geniti ſunt, comminuendi ſunt, vt educi poſſint, an ergo id eædem aquæ poſſint, dubitatio eſt, quum è renibus extractos calculos non eiuſcemodi modo aquis, ſed ne ijs quidem, quibus arte aurum ab argento ſeparatur, comminui, quotidiana ſit obſeruatio. At comminui tamen acidis aquis eos veteres credidere, quod non friuolis argumentis contendit Vitruuius lib. 8. cap. 3. non ille quidem medicus, ſed ex medicis tamen (quod par eſt credere) mutuatus. In aceto enim ſi diutius oui cortex maneat, molleſcit: plumbum diſſoluitur, & fit ceruſſa: ex ære ærugo fit, & margaritæ quoque imo, & ſiliceа ſaxa aceto diſſoluuntur, vt propterea mirum non ſit ex acidarum aquarum vſu id ipſum fieri in calculis. Cæterum, etſi in fricabiles nondumue compactos calculos acidas aquas, & medicatas alias, præſtare aliquid poſſe negandum non eſt; vbi illi tamen duriori materia fuerint, atq; vbi conſtiterint, ſatis iam medicina obſeruauit, eos nullo vel aquarum, vel alterius rei vſu diſſolui, licet infinita veteres ad hoc, & proponant, & commendent. Quæ ſequebantur de mulierum ſterilitate, & fæcunditate, habent ipſa quoque ſuas euidentes cauſas. Vt enim fæcunditas ex bene ſano vtero eſt, ita ſterilitas ex non ſano. Et pendet quidem ſterilitas alijs etiam ex cauſis: ſed maxime ex vteri frigiditate atq; humiditate, ob quas ille vel nullo modo, vel parce aut cum labore purgatur, adde etiam, ob eas ſemen in vtero extingui, atq; elabi. Hanc vero vteri intemperiem maxime pariunt aquæ duræ, crudæ, & frigidæ, quas propterea malæ vteri purgationis cauſas Hippocrates ſtatuit lib. de aer. aquis & locis, & Ariſtoteles 4. de gen. an. 2. aut ſterilitatem, aut

A partum fœmineum facere aſſerit. Tales ergo Aphrodiſij fluminis aquas eſſe veriſimile eſt. Quod autem Sinueſſanæ è contrario faciant fæcunditatem, conſentit rationi, ſunt enim eæ ſulphureæ, & temperatæ, ad vteri frigiditatem atq; humiditatem corrigendam aptæ. At vero, quæ cauſæ ſunt ſterilitatis, eæ quoq; abortus cauſæ eſſe poſſunt, laxatis profecto intempeſtiue vteri prægnantis ligamentis, fit abortus, laxantur vero ſuperflua vteri humiditate; quam crudæ frigidæq; B atq; incoctiles aquæ accumulant longo vſu, quanquam ab alijs etiamnum aquis eſſe abortus poteſt, quibus acrior vis ineſt; quales ſunt quæ nitri, aut calcanthi multi ſunt participes. Quæ vero de vulnera, & vitiliginem curantibus proxima erant, cur Albulę quidem illis conferant, apertum eſt, ſunt enim ob aluminis copiam inſigniter, & aſtringentes, & exſiccantes: De Cutilijs, quas Plinius nitroſas eſſe ait, paulo obſcurior eſt ratio, quod irritantibus, vulnera non curantur. Verum, quum has ipſas aquas idem author ſcribat ſuctu quodā C inuadere corpora, vt prope morſus videri poſſint; ſuctus ille, qui rei inſigniter aſtringentis alicuius permiſtionem ſequitur multam aluminis copiam nitro in hiſce aquis commiſtam eſſe ſuadet. vt propterea in ijs aſtrictio ſit acrimonia longe ſuperior. Cuius autem naturæ Alphion fuerit, non conſtat; rationi tamen conſentaneum eſt, vel ſulphur, vel nitrum, vel vtrumque in eo exuberare; quibus maxime omnis cutis fœditas aboletur. Quod de aquis pilos gignentibus ſequebatur, obſcuram habet cauſam. Quum enim pilorum ortū D adiuuent, quæ cutem laxant, in eamque fuliginem, pilorum materiam, trahunt, & retinent, in aquarum cenſu, quæcūque vel concreti ſucci alicuius, ſeu aqua, ſeu igne liquabilis, vel metalli participes ſunt, nulla ad hæc apta videtur, quam quæ bituminis aliquid habeat, quum hoc & calidum ſit, & glutinoſum; propterea que materiam, quam ob calorem in

cutem trahit, retinere ob glutinum poſſit. An autem eiuſce- A
modi ſit Erythris, non conſtat. Tungri autem fontem in Gallia, quem notarunt veteres purgare, tertianis febribus conferre, & exterere calculos; ad hæc ipſa, nunc quoq; in vſu eſſe fide digni ſunt teſtes. Tungri enim oppidulum eſſe in Belgio non longe à Leodio, & eius loci incolas nō alio fere quam his aquis ſibi conſulere. Addunt etiam hydropicorum aquas his aquis educi. Participes vero eſſe ferri, ſaliſq;, aut etiam aluminis. Habent hæc tamen aliquid dubitationis. Quomodo B
enim purgant, quum & ferrum, & alumen, imo etiam ſal aſtringentis ſint facultatis? aut quomodo tertianis febribus conferunt, quæ, vt febres, madefacientibus; vt putres, aperientibus egent? exſiccant autem ea & obſtruunt ferrum, alumē, & ſal non imbecilliter. Verum qui ex ſapore de harum aquarum materia iudicium fecere, non plane alumen miſceri ſtatuunt, ſed aut ipſum, aut ſalem: ſcilicet affinis primo occurſu horum ſuccorum eſt ſapor. At vere tamen abeſſe alumen, ſalemq; eius facultatis eſſe cauſam, qua eæ detergendo pur- C
gant, doceri poſſumus ex effectibus. Vt igitur purgant, conferre tertianis febribus poſſunt, ſubtractis inutilibus ſuccis, tenuibus ſcilicet, ex quibus illæ fiunt; & parato perſpiratu per euacuationem. poſſunt & hydropi, eodē nomine, quo aquas tenues educunt; præterea vero etiam vt adſtrictione aliqua robur afferunt iecinori. proſunt ad calculi quoque vitium detegendo. ita vt earum vires quibus detergūt, longi ſint quam quibus adſtringunt, maiores. proptereaque ab obſtructionis periculo abſint. Et negare quidem non licet, ex eorum ſuc- D
corum miſtura, exſiccandi quoque vim illis ineſſe aliquam: ſed aduentitia illa facultas retunditur, propria congenitaque aqui natura; vt moderato vſu non ſint aquæ illæ febribus inutiles aut aduerſi.

De aqua-

A

De aquarum effectibus admirandis extra hominem.
C A P. XXII.

NVnc autem ſi ad effectus tranſeamus, quos admirandos
extra hominem aquæ pariunt, id primum occurrit, tarum,
quod in nitroſa, id eſt, amari ſimul & acris ſaporis cum
ſalſo commiſti, aqua, qualis eſt Arethuſi lacus; aut etiam in
B mortifera Styge, atq; alibi in venenatis ſiue fontibus ſiue ſta-
gnis aut fluminibus piſces viuant. Sed quibus in eiuſcemodi
aquis apta fuit materia ex qua; & efficax vis per quam naſce-
rentur; nihil præter naturæ ordinem eſt, in ipſis etiam viuere.
nam in oliua quoq; amara, viuunt qui in ipſa naſcuntur ver-
mes: & cauernæ in quibus venenatis animalibus ortus eſt, il-
lis ſalubres ſunt, qui eſſent homini pernicioſiſſimæ. Referunt
autem omnia ſuorum principiorum naturam; ita vt, ſi piſces
C qui in illis naſcuntur, homini ſint lethales, minus quam ſi non
eſſent, ſit admirandum. Quod vero in calidis aquis vel ani-
malia vel plantas aiunt viuere, de actu calentibus non reſpon
det, vel ſenſui qui nihil tale obſeruat: vel rationi, qui eorum
qui viuunt omnium, calorem, vt ſeruetur, refrigerio habere
opus docet. id vero habere non poſſunt niſi ex frigido ambiẽ-
te. quanquam, vbi illi refrixere, ſi minus acris naturæ ſint, ali-
quid in ipſis viuere, nihil eſt à ratione diſſentaneum. quũ cui-
que aque generi dulcis plurimum inſit, quod allicere ſibi in
D alimẽtum a natura plane edoctæ ſunt & plantę & animalia, &
eorũ partes quæcunq; viuunt. Quod ſi ẽt ſint acriores, vbi in
ipſis viuere aliquid obſeruatur, illis ſi non dulcibus alijs, at
ſaltem pluuijs temperantur. Ita quidem ad radicem Piſani
montis cui à D. Iuliano eſt nomen, vbi inſignis eſt calidæ
aquæ ſcaturigo, via eſt, quæ tota calida illa abluitur. in ea,
& lu-

& luſitantes piſces lucios, & plantas non vnius generis virentes aliquando conſpeximus, ſed in ipſam refunditur dulcis & frigidæ aquæ aliquid ex aduerſo riuo, in quem pluuiæ excipiuntur. Quod proximum erat de coloris in animalibus mutatione ex aquarum varietate, apparentem quidem cauſam habenr, alimenti varietatem, cuius quum ea ſit non raro vis, vt corporis in cuius nutrimentum cædit, qualitates primas immutet, mutari ei reliquas poſſe probabile eſt. At, quum ipſummet corpus alimentorum ſubſtantiam in ſui ipſius ſubſtātiam vertat, non minus veriſimile eſt, poſſe hos illorum quoque qualitates ſui ipſius qualitatibus ſimiles reddere, atq; immutare. Ita, cuiuſcunq; ſint coloris cibi, in album chylum ventriculus; & ſanguinem ſolidi partes aliæ in album ſuccum ſibi ſimilem, quo alantur, conuertunt. An ergo, quum pilorum materia ſit fuligo caloris actione ex alimētis excitata, vt aquę variæ calorem in concoquendis alimētis non vno modo exercent; ita qualitates quoq; & colores varios pilis imprimunt? Sic quidem albus color alijs in rebus multis imminutam coctionem calorisq; imbecillitatem, rufus vero; & niger maiorem à robuſtiori calore concoctionem ſegni exiſtimatur. Sed huc ambientis quoq; aeris accedit varietas. Nam, & flores, qui frigidis atq; opacis locis naſcuntur, dilutiore ſunt colore, & in armentis, quæ in campis die nocteq; verſantur, pili rufiores ſunt, & mulieribus qui in agris ac Sole agunt, flauiores crines, & vulpes, lepores, perdices, frigidioribus, at niuoſis locis, non raro albus eſſe obſeruatio eſt. Quæ autem ſequebantur de Nilo et fontibus varijs vberem aut parcum auenę prouentum indicantibus, non ſunt fabulæ, & euidentem rationem Fœcunditatis quidem aut ſterilitatis à Nilo indicari aperta eſt cauſa. Nempe aquæ ſupra ſexdecim cubitos creſcentes, tardius recedunr. quare madente diutius ſolo, ſerendi tempus eripitur. ſi incrementum quatuordecim cubitis ſit minus,

A B C D

Digitized by Google

A nus, non parua Aegypti pars non irrigatur, qui ſterilis relinqui tur. Quod vero de Meminiæ fonte Plinius, & de fontibus alijs recentiores; ad terræ ſtatum pertinet, qui quum, ſi vel aridior vel madidior ſit, fœcunda eſſe non poſſit; inſucta quidem fontium in arido ſolo eruptio ſterilitatem, eo nomine indicare poteſt, quo aquarum ſeu humidiorum vaporum copia, quibus per ſubterraneos meatus quoquouerſum diffuſis irrigari terra conſueuerat, ab interioribus ad exteriora, atq; in apertum, & vnum locum coacta, deſtitutas alimento frugum radices
B foris oſtenditur. Contra etiam ſi natura humidius ſit ſolum, eruptio fontis, interioris terræ partes conſueto madidiores ſignificat; quum illud certum ſit, ab interiorum vaporum copia fontium eſſe originem ac progreſſum, à nimio autem madore corrumpuntur frugum radices. Cur autem in arido ſolo fons præter conſuetum emergat, cauſa eſſe poteſt inſueta interiorum terræ partium denſitas: ob quam fiat humoris illius, qui in ſubterraneas partes vagabatur, in vnum exte-
C riorem locum quidam veluti expreſſio. eius vero denſitatis cauſſa eſſe poteſt inſueta aeris frigiditas, aut etiam ſiccitas immoderatior. Nouæ autem fontis humedo in ſolo eruptionis cauſa facile eſt pluuiarum hybernarum copia fonti vberiorem materiam ſuggerens; aut etiam immoderatum frigus, vt enim humoris conſumptio fit à calore, ita expreſſio à frigore. Sed age nunc, qui reliqui ſunt aquæ in inaminatis rebus, effectus proſequamur. Scribunt gelidum eſſe fontē, cui immerſe faces extinguantur, extinctæ accendantur. Eſt
D hic aliquid rationi conſentaneum. Sunt fontes non pauci, qui ſulphuris, bituminiſue paulum habent. atque hi, ſi a prima ſui ſcaturigine multum abſint, dum per frigida loca ſæpe feruntur, frigent. Ipſis autem frequenter pinguis ille, quo ſcatent, ſuccus, ſuperficiei innatat. Fax igitur accenſa, ſicuti extingui non poteſt, niſi altius ſub huiuſmodi fontis

ſuperficie pinguim immergatur, ita illi ipſi ſuperficiei, dum immergitur, ignis vim imprimit. cui occurrens, dum extrahitur (extrahere autem celerrime oportet, ne aquam imbibat) rurſum accenditur. Conſimile quid non ſemel videmus. tabulam ligneam aridam, aut etiam parietem, ſulphure quidam, quum clam illiniſſet, faculam ceream inſufflando extinguit, ſtatimq; adhuc fumantem, & ignis ſemina retinentem tabulæ affricat, reaccenditur. Quod autem de Illiriorum fonte ſcribitur, veſtes ſuper illum expanſas, quum frigidus ſit, accendi; occultiorem habet, quam attingere nobis vt liceat, cauſam: ſed hoc accedit ad fabulas. neq; licet ætate noſtra Illiricæ oræ totius omnia pateant, vbi tamen hic ſit fons, aliquis nouit. Quod ſequitur, apertiſſimam habet rationem. Fons quem abſorbere omnia ſcribunt, gurges eſt, illis non diſſimilis, qui in mari naues abſorbent. qui reſpuit, id habet ab aeris impetu ſimul cum aqua erumpentis. Quæ vero aquæ (quod poſtremum erat) immerſa corpora lapideo cortice obducunt, argilloſa, aut gypſea, in vniuerſumq; lentiſſima materia, ſordidæ ſunt. Ita quidem, quomodo occultos illos aquarum effectus in naturales cauſas referre liceat, parte maxima videmur oſtendiſſe.

A B C

Repetitio cauſarum in aquis quæ ab aere fiunt. Dubitationes de materia, & loco pluuiarum. Hippocraticæ ſententiæ explicatio. CAP. XXIII.

DEſcendamus nunc à ſummo aquarum genere ad ſpecies. & quum vniuerſim ortum illę habeant vel ex aere, vel ex terra, ſit ab ijs principium, quarum in aere ortus eſt. Has igitur quum conſtitutum ſit habere pro materia craſſiuſculum aerem, id eſt vapores de terræ, & aquæ globo excitatos; pro effectrice cauſa tum caliditatem quæ vapores exſuſcitat, D

ſcitat,

A ſcitat, tum frigiditatem quæ eos denſat; locum vero in quo fiunt, medium aeris regionem; eſt in his tamen aliquid dubitationis. ac de materia primum; an ex ipſemet ſine vaporibus aere gigni poſſint. Sicut enim ſi in æreum, argenteum, aut vitreum vas frigidior aqua æſtiuo tempore immittatur, externæ vaſis ſuperficiei crebras guttas ac veluti rorem ſtatim adnaſci, quotidie obſeruatur: fide certa dę aeris qui foris vaſis ſuperficiem ambit, conuerſione in aquam vi frigoris; ita
B quum media aeris regio frigidiſſima ſit, non etiam ſit à ratione diſſentaneum, ab eius frigiditate inferiorem aerem illi proximum, ſine vllius vaporis concurſu, in pluuiam poſſe immutari. Sed rurſum etiam, ſint ex vaporibus, pluuiæ; an ex qualibuſcunque vaporibus ſunt? Hippocrates lib. de aere aquæ loc. non niſi quod tenuiſſimum ac dulciſſimum eſt in ſublime trahi in pluuiæ materiam aperte ſcribit. Ariſtoteles tamen ſecundo meteor. cap. 3. cum humidis vaporibus exhalationē quoque ſiccam ſuſtolli ait, quę dehinc ſimul cum illis depluēs
C ſalſi illius ſit cauſa quod eſt in mari: inſinuatione non dubia, quod non dulce tantum, ſed etiam ſalſum pluuiarum ſit materia. Ac tertio, quum de loco communis ille ſit conſenſus, fieri pluuias in media aeris regione, Hippocrates tamen 6. epid. ſect. 4. t. 19. gigni cenſet etiam in æthere (eſt autem æther aeris pars ſuprema,) & has cæteris præfert: Alij fieri aiunt etiam in infima. Cæterum de prima quidem quæſtione, æs, argentum, vitrum, ſolida & denſa ſunt corpora, in quibus vbi concepta eſt frigiditas, hæret, vrgetque adeo vt ab ea
D ambiētis aeris calor ſuperetur. ita, ſuperſtite humiditate quæ illi communis eſt cum aqua, non difficile fit aqua. At longe diſſimilis aeris ratio eſt. hic enim minime ſolidus eſt aut denſus; imo vero ita eſt peruius, vt perpetuo inferioris partem aliquam in ſe recipiat ſuperior, viciſſimque inferior ſuporioris, ſeruata aeris forma. niſi ergo craſſus humiduſque vapor cum

Digitized by Google

eo vna feratur,non craſſeſcit.cõtra ſi cum eo vapor ille aſcẽderit,qui ab aeris natura craſſitudine diſſimilis eſt,in mediam ipſius regionem delatus, ab eius frigiditate magis craſſeſcens nubes proximam pluuiæ materiam conſtituit. Itaque, etſi fieri aquam ex aere perpetuum eſt,pluuiam tamen ſine vaporibus in aere commiſtis fieri,nihil eſt neceſſe. Alioqui,quum infima aeris pars nunquam non contigua ſit mediæ, ſi ſine humidi vaporis occurſu fieri poſſet pluuia, nullo vnquam tẽpore pluuia non eſſet. Vanum eſt igitur ex alia,quam ex vaporum materia pluuiæ materiam ſtatuere. De vaporum autem ex quibus illæ conſtant natura, deq; maris ſalſo, negare quidem non licet,eas nonnunquam (auſtrali præſertim conſtitutione) ſalſas decidere : à quibus, & ſumme lædi plantas author eſt Theophraſtus ; & certum argumentum ſumitur, quod ſalſi etiam num vapores in ſublime rapiantur. at non id tamen perpetuum eſt, neque damnandus Hippocrates qui id ſcribit,quod frequentiſſimum. Alioqui etiam quæ de cauſis ſalſi in mari, affert Ariſtoteles, plurimum habent dubitationis, tum quod præter hanc, quam diximus,cauſam, aliam quoque illi contrariam reddit, nempe attractionem dulcium vaporum in ſublime, terrenis exuſtisque & ſalſis partibus relictis in mari. quarum ſi vera vna eſt, altera vt ſit falſa neceſſe eſt. tum quoniam, cur ab iiſdem cauſis & lacus, & paludes, & flumina quoque ſalſa non fiant, non apparet. tandẽque probabilius erat, quæ ſalſi extra mare cauſa eſt, eandem mari quoque aſſignare; nempe concreti illius ſucci ſcaturiginem in maris alueo, quæ alibi eiuſdem ſaporis eſt cauſa. De tertia quæſtione certum quidem eſt, inter aquas arte carentes eam præ cæteris commendari ab Hippocrate 6. epid. ſect. 4. t. 19. quæ ab æthere eſt. Quod ſi æther ſuprema ea eſt aeris regio quæ igni contigua eſt, atque, vt Galenus ait, quæ ſupra nubes,mirum videri poſſit,quod ſapientiſſimus ille

A
B
C
D

vir

A vir pluuias aquas quærat, quarum ortus ſit ſupra nubes: quæ neque alio loco quam in quo nubes, neque niſi ex nubibus fiunt. Verum neque proprietas vocum ſemper à medico requiritur; neque per æthera aliud quam minus opacum, minusque craſſum aerem intellexiſſe diuinum ſenem putādum eſt. ita vt eas præferat cæteris, quæ poſt longam ſerenitatem acciđūt. harum enim naturam par eſt, diuturna caloris actione, & extenuationem, & concoctionem adeptam eſſe, quam in longa nubila conſtitutione obtinere non poteſt. Non igi-
B tur loco ortus differt à cæteris pluuijs ætherea; ſed ea, quam diximus, aeris diſpoſitione, ac veluti præparatione. ob quam etiam natura, & purior eſt, & in vniuerſum ſalubrior. Sane autem quod pluuias alij in inferiori quoque aeris parte fieri aiunt, nouum non eſt, licet rarum. Nobis quidem aliquando æſtiuo tempore in altiori colle agentibus, ſereno circumquaque aere, quum incumberet planitiei proximę craſiſſima caligo, quæ illius aſpectum intercipiebat; in eam vbi deſcēdimus,
C largiorem pluuiam eodem tempore decidiſſe cognouimus. Et quidem, quod illic, vbi ſolarium radiorum vis qui à terra reflectuntur, languet, vapores in nubem aut pluuiam denſentur, ac non potius diſſipentur, non eſt à naturalium cauſarum vi alienum. Si enim humidum vaporem in aerem ſublatum craſſiorem, grauioremq; eſſe accidat; quum is natura quoque frigidus ſit, & ab aqua ſolo accidentario calore diſſimilis; vbi remitti aduentitiam illam caliditatem cōtigerit, naturali eius frigiditate non perſiſtente modo, ſed etiam ob ipſius vaporis
D denſitatem contracta in interiora, quaſi ob fugam externi caloris; eo denſitatis poteſt peruenire, vt in pluuiam conuertatur. Poteſt ergo & in media, & in ima quoque aeris regione pluuia generari: ſed quæ in media, leuioris, tenuioris, minuſque frigidæ, ac propterea facilioris ad concoquendum, atque ad alimenti vſum ſubſtantiæ.

Digitized by Google

De pluuiarum varietate pro tempore & modo quo decidunt. Hippocratis locus expenditur. CAP. XXIIII.

A

HIs de pluuiarum materia & loco conſtitutis, quum inter concauſas ſit etiam tempus; Hippocrates in ſententia eadem, qua æthereas commendabat, meminit earum quoque quæ cum tonitru, & temporariarum, & procelloſarum, quo loco non tempus tantum, quo pluuiæ decidunt, obſeruandum proponit; ſed etiam modum quo decidunt; ſi cũ tonitru, vel procella. Sed præſtat eius verba afferre, lib. 6. ſect. 4. t. 19. Epidim. & ſingula expendere. Aquarum ait arte carentium, quæ ab æthere excreta eſt, aut cum tonitru opportuna; procelloſa vero mala. Arte carentes eas vocat, quas vt natura genuit, ita in vſum ducimus. Inter has ergo, æthereas, de quibus diximus, præfert cæteris. Addit eas quoque quæ ſunt cum tonitru, & temporarias: procelloſis prorſus damnatis. Cur ergo pluuias cum tonitru decidentes probat? Aperta ratio eſt. Quum enim tonitrui, quemadmodum & corruſcationis, & fulguris materia ſit calida ſiccaque id eſt ignea exhalatio; quæ cum his fiunt pluuiæ, ſunt ex minus cruda, propterea que aptiori ad alimenti vſum, materia. Quod ſubdit temporarias, grçce ὡραῖον Galenus de pluuia intelligit quæ illa æſtatis parte cadit, qua maturi ſunt fructus. quare eos damnat qui vernam pluuiam intelligunt; quam veri τῆς ὥρας nuncupationem nullus tribuat. Cæterum, nonne quæ ex æthere & cum tonitru decidunt, horæ tempore maxime decidunt? quorſum ergo idem repetere? Sed nullus etiam horum verborum eſt ſenſus, (aquarum arte carentium, quæ ex æthere, cum tonitru, temporariæ) niſi addas bonæ, aut malæ ſunt. Cur non igitur, pluuiæ, quæ eo tempore, & cum tonitru fit, opportunitatem potius ſignificari exiſtimemus, quam anni tempus?

B C D

Digitized by Google

A tempus? ita vt quæ ex æthere, & cum tonitru fiunt, opportunas eſſe ad hominis vſum dicat; ſicuti contra (quod ſubdit) procelloſas, peſſimas? Sed hic etiam, quas procelloſas, λαιλαπώδεις vocet, obſcurum eſt. Eſt quidem λαίλαψ Ariſtoteli in libello de mundo alicubi, violentus ventus, qui inferne ſurſum verſus cõuoluitur, idem fortaſſe cum typhone, de quo in meteorologicis. Galeno autem lib. 3. primo Epid. λαίλαπες ſunt repentini & vehementes venti, præcipue qui multam & largam pluuiam habent. An igitur Hippocrates pluuias quæ

B cum vehementibus ventis decidunt, damnat? At hæ non raro ætheręæ, id eſt, poſt ſerenitates longas; & frequentiſſime cum tonitru decidunt. & quum repentini violentiq; illius vẽti materia non alia ſit, quam ſicca exhalatio, nihil in eo malefici agnoſcere licet, quod pluuias faciat deteriores. ita vt, cur procelloſas ſeu, vt alij vertunt, nimboſas, ita damnet, non facile ſit intelligere. niſi forte aliud ſpectemus, quod cum illis accidit: nempe puluerem, ſordesq;, ex turbine illo, cum aere

C & cum imbribus decidentibus commiſtas: quibus profecto pluuiam coinquinari neceſſe eſt. ita vt ob ſorditiem turbulentiamque ad hominis vſum reddatur ineptiſſima, maxime autem ſi ipſa vtendum ſit recenti. Hæc de procelloſę pluuiæ vitio, venere nobis in mentem; ſed præter Galeni mentem. qui ſcribens in procelloſo ſtatu aerem vna continua atraque nube ipſum totum occupante, ſine tonitru & fulmine eſſe cõſpiſſatum; longe quidem aliud intelligit ab eo, quod ſonare ea vox videatur; quam celerem & contentam venti procacita-

D tem eſſe aiunt; ſed à ratione tamen non alienam, quando Hippocrates, ſicuti in pluuiarum genere eas præfert quas diximus; non immerito quæ contraria illis ſunt natura, improbabit. ſunt autem illæ continuæ ac diuturnæ, quales frigidis temporibus & hyeme præſertim pluunt: naturæ profecto frigidioris & crudioris, omninoq; à concoctione, & nutritione alienæ. Verum non id in more eſt Hippocrati, quæ cuiq, no-

ta ſunt, proponere. id vero frequens, vno poſito, quod illi contrarium eſt, ſilere. Et hęc quidem de Hippocratis ſententia. In qua, quum eas maxime pluuias laudet quę æſtate decidũt; contra tamen Rufus, referente Oribaſio, 5. med. coll. 3. vernas & hyemales præfert æſtiuis atq; autumnalibus, addita etiam ratione, quod ęſtate & autumno terra ſicciores vapores edat; aerq; multas terræ ſordes habeat, quæ pluuia expurgantur. quo fit vt tales aquæ ſicciores & nitroſiores ſint, ad abſtergẽdumque, ac per inteſtina deſcendendum accommodatiores; non tamen renibus, neq; pulmoni, neq; arteriæ idoneæ. quas etiam plus vini ferre neceſſe ſit, vt facultas nitroſa vincatur. Cæterum, etſi negare non licet, æſtate atq; autumno vi Solis, vaporum ſiccorum plus quam alijs temporibus in ſublime trahi; non illud tamen philoſophis obſcurum eſt, eos, vt igneę ſunt naturę, ita in ſupremam vſq; aeris regionem maxima ex parte ferri, eſſeq; ignearum impreſſionum, nõ autem pluuiarum materiam. Quod ſi eorum tamen aliquid paulo grauius in medio aeris tractu reſideat, quod cum pluuijs delabatur; eſſe quidem id ſalſuginis alicuius & in mari, & in ipſis quoq; pluuijs cauſam, conſentiunt: non hoc tamen perpetuum eſt, neque fere niſi auſtris vrgentibus à meridiano mari halitus eiuſcemodi conuehentibus. at frequentiſſime tamen auſtri hyeme quoque, & vere vrgent, cum non diſpari vaporum id genus attractione. ita vt eam ſiccorum vaporum copiam cõmiſceri pluuijs, accidentarium ſit; pluuias vero ex aqueis naturaq; frigidis atq; humidis vaporibus fieri ſit perpetuum. ex quorum propterea natura, frigiditate etiamnum aeris in ea in qua denſantur regione accedente, frigidiorem naturam vt conquirant, neceſſe eſt. hac igitur frigiditate quum ſponte ſua præditæ ſint pluuiæ, profecto, quò magis in deſcenſu coquuntur, eo etiam ad humanæ vitæ vſum quum ſint opportuniores; nullus merito Hippocratem damnet eas præferẽtem, quę æſtate decidunt, in qua, vt etiam in ea autumni parte, quæ æ-

ſtati

ſtati proxima eſt, longe melius coqui in deſcenſu poſſunt, quã
A in hyeme. Verum quid de vernis? Rationi quidem conſentaneum
videtur, quæ temperatiſſima anni parte fiunt, eſſe & æſtiuis, & reliquis
temperatiores. At vero non totum ver temperatum eſt, non enim pars hyemi proxima.
Et ad aquæ frigiditatem humiditatemq; immenſam moderandam, calor qui temperatum
excedat, eſt opportunior. Cum æſtate igitur veris quoque partem illi proximam
Hippocratem intelligere arbitrandum. qua iniuriæ ab hyeme aeri illatę ſint iam deletæ.
B

Pluuiarum varietas pro tranſitu & quietis loco. C A P. XXV.

PRæter locum in quo aerearum aquarum origo eſt, tranſitum quoque, & quietis locum expendendum propoſuimus. Hoc vero pertinet tum ad inferioris regionis aerem, qui ſi peſtifera vitioſaue alia aliqua labe infectus ſit, euitari non poteſt, quin decidenti pluuiæ vitium communicetur: tum ad loca vel per quæ tranſitus illi eſt, vel in quæ excipitur, ſi ſint
C ſordida, vel prædita qualitate aliqua naturæ hominis noxia. quare non temere damnantur quæ in tecta ſorde aliqua coinquinata, vel plumbo obducta depluunt; vel per plumbeos æreoſue canales deducuntur in ciſternas, maxime autem impuras, limoue aut cæno infectas. Ad hunc locum pertinet Vitruuij obſeruatio lib. 8. cap. 7. de plumbeis canalibus, vetuſtiſſimo quidem tempore in aquęductibus vſurpatis, ſed nõ ſine accuſatione, tum quod ex plumbo naſcitur ceruſſa humanis corporibus noxia: tum quod artifices, qui liquando plumbo
D dant operam, pallent. Verum quod ceruſſam naſci ait Vitruuius ex plumbo, valde quidem improprie eſt. quum non, vt ille ait, naſcatur ex plumbo, ſed (quod ille ipſe alibi notat lib. 7. cap. 12.) arte, ex eo & aceto paretur. Rectius Galenus 7. de cõp. m. per loc. cap. 1. limum quendam ex plũbo aquę ait cõmunicari, ac propterea fugiendum. Non deſunt tamen qui ætate noſtra plumbum aquis nihil maleficij inferre tueantur.

quũ ipſis per plũbeos canales ductis tota Germania Galliaq; & Belgia impune vtatur, ſi modo vitioſæ ſponte ſua non ſint aquæ. At quũ illud tñ obſeruatũ ſit, qui nacti ſunt imbecilla inteſtina, eos eiuſcemodi aquarum vſu alui profluuio, ob lenitatem fortaſſe ac mollitiẽ ex eo cõquiſitã, facile corripi; tutius quidẽ ſit, ſi per ligneos, vel potius fictiles tubas ducantur, eæ præſertim q̃ aperto cælo ducuntur; quod plũbeos canales Sole percalefactos inferre aquę vitiũ aliquod probabile eſt. fætet enim plumbũ, vt & reliqua metalla, ſi calfiant. Quod de plũbeis, idem de æreis quoq; canalibus ſtatuendũ, niſi intus illi ſint ſtanno. hoc.n. metalli genus ita æris vitiũ obſcurat, vt in vrceis eo intus oblitis vinũ horas aliquot integrũ ſuũ retineat saporẽ, quẽ alioqui in ſynceris illis ac nudis, in acerrimũ quaſique venenatũ celerrime immutat. hoc igitur ſi ærei canales muniantur, nullũ, aut nõ euidẽs aquæ maleficiũ accedit, per eos tranſeunti tantum, non in ipſis etiam quieſcenti.

Aquarum pluuiarum Eſſentia. CAP. XXVII.

SEquitur vt de aerearũ aquarũ eſſentia atq; effectibus dicamus. primũ aũt de pluuijs. Habẽt hæ ſubſtantiã tenuiſſimam & leuiſſimam, quia Sol quod tenuiſſimum & leuiſſimũ eſt, rapit. Citiſſime autem putrent, ob vaporum ex quibus fiũt varietatem, à rebus varijs & ſtagnantibus aquis & à mari & à corporibus quoq; putribus ſublatorũ. ob quã etiam cauſam quo ad qualitates odore ſunt prauo. Sunt tñ colore ſplendidiſſimę ob id ipſum, quod tenuiſſimũ eſt quod trahitur à Sole. atq; hac ipſa de cauſa ſunt dulciſſimę, quia quod tenue & leue eſt à Sole tractũ, dũ coquitur, dulceſcit, quemadmodũ & alia oĩa, q̃ coquũtur, fiũt dulcia. Tactu nõ ſunt frigidiores, niſi quas grandini cõmiſtas eſſe accidit. Hæc ex Hippocrate li. de aere aqu. & loc. de eſſentia. qui ẽt optimas illas eſſe ait, ſi modo coquantur & colentur: ita autẽ & odorem malum corigi. niſi coquãtur & colẽtur, raucedines & uocis grauitatẽ afferri.

A Ad eſſentiam pertinet etiam motus, vt qui eſſentiam conſequitur. De pluuiarum igitur motu id non obſcurum eſt ex primo meteor. cap. 12. quam leniter aliquando, aut quanto cũ impetu pluuiæ decidant: cũ impetu quas λαβροτέρους ὄμβρους vocant, quæ etiam confertim ſimul totæ coagulatæ maioribus guttis decidunt. lenius quæ ψεκάδες dicuntur, roris inſtar, minutę, ſenſim denſatæ, & ſenſim defluentes. Eſt autem de his id non prætereundum, quod, quum non ſine impetu, & maioribus guttis plerumq; ruant, quæ cum tonitru, & fulgu-

B re decidunt; non prorſus verum videtur, quod philoſophi eas quæ maioribus guttis pluunt, ijs, quæ minoribus guttis cadũt, abſolute frigidiores ſtatuunt. eſſe.n. cum tonitru, & fulgure igneę exhalationis plurimum certum eſt. & (niſi pluuię comiſceatur grando) non eam, quam aiunt frigiditatem agnoſcit ſenſus. neq; ſi tantum illi ineſſet frigoris, merito ab Hippocrate proxime poſt ętehereas, in ſententia, quam in ſuperioribus expendebamus, commendaretur. Et hæc de pluuijs,

C prout vel cum impetu, vel leuiter pluunt. Quæ ſi in ſuperioribus coniungantur, pluuiæ illæ aquæ ſunt optimæ, quæ æſtiuo tempore, æthereę, vel cum tonitru, & aere minime procelloſo, (adde & minime peſtifero) decidunt: & quæ per pura loca in purum locum recipiuntur: & quæ præterea coquuntur & colantur. Quæ qui expenderit, diſputationem ſuperioris ętatis de maiori vel fontium vel ciſternarum laude, non negliget quidem, ſed admirabitur tamen. quum ciſternarum aqua, licet ex pluuijs maxime colligi ſoleat, non ea tamẽ

D ſit, quam, vt optimam, laudat Hippocrates. Quæ enim in ciſternis colligitur, non tàm æſtate, & ex æthere, vt ille ait, aut cum tonitru; quàm hyeme cum procellis, cum grandine, & niuibus etiam diſſolutis, colligitur. Adde, quod per loca frequenter & ſordida, & fœtida in ſordidas ac ſæpe pauca induſtria paratas ciſternas deducitur. nec aut coquitur, aut cola-

Digitized by Google

tur. quam diligentiam quum ille quærit, ſe etiam non niſi recẽtem laudare plane aperit. quod facillime paulò poſt putret. Accedat illud quoque, quod ait Plinius lib. 31. cap. 3. quod non mouentur in ciſternis aquæ: quare facile putrent. illis ẽt pluſquam alijs ineſt limi. in ipſiſque naſcunur animalia, quæ faciunt tędium. aluum autem aſtringunt, & faucibus ſunt inutiles. Quid? Non igitur ciſternarum aquæ vllius ſunt vſus? Non id quidem aſſerimus. Verum, neque has, neque alias ex vna illa accidentaria conditione æſtimandas arbitramur, qua vel ex aere, vel ex terra naſcuntur; ſed ex eſſentialibus quoq; maxime, & obſeruatione ſubſtantiæ ac qualitatũ: imo & ex motu qui conſequitur eſſentiam; prætereaque ex effectibus, quos mox explicabimus. Nempe ciſterninas fontanis, & has illis, & puteales his vtriſq; meliores, deterioreſue eſſe non rarum eſt obſeruatu. Sane autem de pluuiarum aquarum fœtore, deq; earum ad corrumpendum promptitudine, cuius meminimus, aliquid eſt dignum animaduerſione. Quũ enim huius rei cauſam in id referat Hippocrates lib. de aere aqu. & loc. quod materiam habent vapores ex multis varijſque atque etiam putribus corporibus ſublatos; nõ placet hoc Auicennæ, quia hoc nomine pluuiæ aquæ non laudandæ eſſent, ſed damnandæ. Veram ergo cauſam eſſe putat tenuitatem ſubſtantię; qua quæ res præditæ ſunt, facile cauſarum putrefacientium vim excipiunt. Verum ſtatuamus hic, demuſque Hippocrati id quod ſenſus docet, pluuias aquas fœtere. Fœtoris quidem cauſa accidit, vel ob malam materiæ ex qua fiunt, qualitatem ac graueolentiam, vel ob caloris imbecillitatem, qui non bene commiſcet ac coquit; vnde quaſi molynſis ſeu coinquinatio fit quædam; vel ob vtrunque. Si pluuiarum aquarum naturam ſpectemus, horum vtrumque illis accidit. ex vaporibus quidem à corporibus varijs etiam putribus, in ſublime elatis eas fieri nullus negat, concurrere

autem

A autem caloris imbecillitatem, etiam apertum eſt. namque ſi inſignis ſit calor, abſumuntur, diſſipanturq; ſublati vapores. ob id enim æſtiuo tempore, licet longe maior quam alijs temporibus attractio fiat vaporum in ſuperiora, pauciores tamen fiunt pluuiæ. fœtoris igitur illarum hæc quoq; vera eſt cauſa, imbecillitas caloris. Vt autem quæ putria ſunt, fœtoris non ſunt expertia; ita quæ fœtent, viciſſim facile putrent, quod in ſua principia facile vnumquodq; redit. pluuias ergo quum fœteant, difficile non eſt hanc ob cauſam putreſcere. neque B hoc neget Auicennas. An vero præter hanc, tenuitas, quam ille præcipuam affert, putredinis cauſa eſt? Habent quidem tenuia corpora vt (quod ille ait) facile putrefacientium cauſarum vim in ſe admittant. At neq; tenuia omnia id habēt: ſæpeq; craſſa non minus, imo magis quam tenuia, ad putredinem ſunt parata. Comprobatur hoc quotidiana obſeruatione. qua inter fontanas aquas, quæ tenuiores ſplendidioreſque ſunt, diutius perdurant, minuſque facile putrent. argumento nō leui, quod præter tenuitatē, promptitudinis aqua-C rum ad putredinem cauſa ſit, vt diximus, vel praua materiæ ex qua fiunt, qualitas; vel imbecillitas caloris, à quo vapores excitati non coquuntur: vel vtrumque potius. Sed huius rei euidentem confirmationem præbet aquarum ſublimatio. quæ enim per aquæ feruentis vaporem diſtillantur, vix paucos menſes incorruptæ perſtant. quæ per balneum vocatum, diutius durant. his vero magis quæ per cineres. At ſi putredinis cauſam in pluuijs earum materiam ex putribus vapori-D bus conſiſtentem ſtatuamus, non erit hoc aquæ genus laude dignum, ſed acuſatione. Verum non omnes pluuiæ aquæ, æque fœtent. neq; omnes dignæ ſunt laude; ſed eæ quæ ab æthere, & poſt eas quæ cum tonitru. hæ autem minus fœtēt, vt quæ calidiori ſicciorīq; tempore gignuntur, quo intēſa caliditas ſiccitati coniuncta fœtorem putredinis ſobolē ſuperat.

Digitized by Google

habent autem hæ, præter quam quod minus fœtent, id etiã, vt ſubſtantiæ ſint tenuioris, quare etiam faciliòris vt à naturali calore coquantur, ad alendumq; accommodentur. ac propterea dignæ quæ ab Hippocrate laudẽtur. quamquam quod ille non ſolum eiuſcemodi aquas laudet, ſed etiam reliquis arte carentibus præferat; adhuc doctis viris cõtrouerſum eſt. Verum hac de re poſtquam de ijs quæ ex terra oriuntur, omnibus dixerimus, agetur commodius. A

Aquarum pluuiarum effectus. *CAP. XXVIII.* B

DE pluuiarum autem effectibus, illud quidem apertum eſt, quod ab Hippocrate lib. de aere aqu. & loc. ſcribitur, eas niſi coquantur & percolẽtur, raucedines vociſque afferre grauitatem. Alij adſtringendi quoque vim illi tribuũt, vt Andromachus referente Galeno 7 de cõp. m. p. loc. cap. 2. vbi de compoſitione diacodyi. ſed & Celſus lib. 4. cap. 19. ad adſtringendam aluum eam vino miſcet. Dignum ergo ſcitu eſt, quomodo pluuia aqua, quæ ex tenuiſſimo & leuiſſimo fit vapore, vel raucedinem vociſque grauitatem pariat, vel adſtringat. raucedo quidem deſtillationem maximè ſequi ſolet. quam ſi eiuſcemodi aqua pariat, alia quoque vitia præter hoc pariturum illam eſſe veriſimile eſt, quorum non meminit Hippocrates. adſtrictio vero terrenæ ſubſtantiæ ſoboles eſt, quali pluuias carere conſentaneum eſt rationi, quum ex eo quod leuiſſimum tenuiſſimumq; ſublatum eſt à Sole, ortum habeant. Verum non ſunt aquæ, de quibus agimus, niſi coquantur & percolentur, terrenarum ſordium expertes. His igitur qui non correctis vtatur, nihil mirum ſi in raucedinem vociſq; grauitatem incidat, terrena illa ſorde faucibus laryngiq; ſenſim dum bibuntur, inhærente. Nempe aſperitatem vocis ex inſtrumentorum aſperitate, grauitatem vero ex tar- C D

Digitized by Google

A do aeris interioris, qui materia eſt vocis ob craſſitudinem motu, fieri ex Ariſt. 11. probl. 17. docemur. ſi terrenæ igitur ſordes vocis inſtrumentis adhæreant, dum ipſa reddunt aſpera vocem aſperam; & dum eadem inutilis eius materiæ adhęſu anguſtiora fiunt, grauem efficiunt. ita vt hæc vitia non à diſtillatione, vt ꝓponitur, ſed à terrenis & craſſis ſordibus aquæ commiſtis pendeant. Eadem vero etiam eſt cauſa adſtrictionis. à terrena enim ſubſtantia adſtrictio eſt omnis. Rectè igitur coctionem, & percolationem pluuiæ aquæ Hippocra-
B tes corrigere eius vitia ſcribit, quod ita, terrenæ ſordes ſubſident, eorum malorum cauſa. Cur ergo niſi coquantur & colentur pluuiæ aquæ, vocem lędant, & adſtringant, ex his conſtat. Non deſunt qui id aquæ genus eiuſcemodi vitia parere dicant, non abſolute, ſed vbi putreſcere cœperint. Cæterum, licet, vbi putredinis aliquid concepere, tũc maxime faucibus ab earum prauo halitu infectis inſigniter lędi poſſe vocem rationi conſentiat; Hippocratem tamen de ipſis antequam pu-
C treſcant, id pronunciare apertum eſt. Neq; alia eius euidentior eſt cauſa, quã terrenarũ ſordium copia. cui coquendo, & ꝑcolãdo, conſulitur. Sed vnde eę in pluuia ſordes, cuius mater id tantum eſt, quod tenuiſſimum ac leuiſſimum à Sole trahitur? An à ventis, quibus tota hæc inferior aeris regio perpetuo agitatur, ſublato puluere aer inficitur; vnde turbulentus ſępe cernitur? Pluuiæ igitur quum fiunt, cum ijs quoque ſordes illæ deterguntur. Nempe poſt pluuias, quaſi expurgatus ab ijs ſordibus & ablutus aer, longe nitidior & purior ap-
D paret. in pluuijs vero quæ decidere, terreni & fœculenti non parum ſubſidere obſeruatur.

Aqua-

Aquarum ex niue grandine: glacie, rore, & pruina, ortus, eſſentia, & effectus. CAP. XXVIII.

A

TRanſeamus nunc ad aliarum quæ ex aere ortum habẽt, aquarum ſpecies, nempe quæ ex niue, grandine, rore ac pruina. Et eſt quidem harum omnium materia eadem, quæ & pluuię. ſed nimis craſſior quam pluuię, & grandinis craſſior quam niuis. quare tardius diſſoluitur nix quam pluuia, & niue tardius grando. Ad gignendam pluuiam vapor humidus denſatur tantum, ad niuem congelatur, ad grandinem denſatur prius in pluuiam, mox coagulatur. Sicut autem pluuię ortus, vt diximus per ſe in media eſt aeris regione, per accidens in ima ob antiperiſtaſim, ita, & grandinis. at niuis aut in media, aut paulo altius. quare eodem tempore in altiſſimis montibus nix cadit, in inferioribus locis pluuia. Roris autem ortus ex vapore eſt humido, qui à temperato ſolis calore, maxime inclinante die excitatus, à moderato etiam noctis frigore prope terram denſatur. Quæ autem roris, eadem pruinę quoque materia, & effectrix cauſa. Sed hæc ex craſſioribus quam ros vaporibus, & frigore maiori. ſubſtantia etiam eſt lentoris non experti. vnde ea confricatæ manus pingui quodam perunctę videntur. tanta autem illi frigiditas eſt, vt flores germinaq; recentia plantarum arefaciat, prorſusq; tabefaciat, exuſtionis cuiuſdam relicto veſtigio, quam vredinem vocant. ex quo illam rore calidiorem facile aliquis exiſtimet. ob id vero etiam magis, quod qui frigidiori tempore noctu iter faciunt, ſi naribus, auribus, facieiq; pruina inſideat, non multo poſt pruritus illis partibus incidit inſignis, non obſcuro caloris ſenſu. Cęterum quum pruinam ab ingenti frigore habere ortum certum ſit, quis illi iure caloris effectus tribuat? Arefactio autem proprium eſt ſiccitatis opus. & quum acci-

B C D

dere

Digitized by Google

A dere hæc ſoleat per vehementem tàm æſtum quàm frigus. ſi per æſtum, à calore eſt, alimẽtarium primo ſuccum, mox vero & connatum humorem abſumenti. ſi per frigus, ab eo eundem ſuccum exprimente, innatumq; calorem extinguente. à pruina igitur plantę exareſcunt frigoris vi, non caloris. ſic Plinius lib. 18. cap. 18. vredinem omnem frigore tantum conſtare affirmat. Quod autem de prurítu ex ea proponitur, eandem habere cauſam, quam perniones, probabile eſt. ſcili-
B cet denſata à violento frigore cute, prohibetur acrium vaporum perſpiratus. hinc pruritus & calor. Quum præter pluuias tot in aere vaporis ſpecies gignantur, accidit his quidem ſingulis ex aeris varietate frequẽs varietas. quod ſicuti pluuiæ aquæ hyemali frigore in glaciem vertuntur, qui mox ſuperueniente calore liqueſcit, ita niues calore diſſoluuntur, mox & frigoris acceſſione congelantur, ac rurſum funduntur calore. ita vt viciſſim (communi cum aquis quoque alijs conditione quæ ex terra fiunt, de quibus non multo poſt agẽdum)
C nunc frigore concreſcant, nunc calore liqueſcunt crebra in alterutrum mutatione. vnde aduentitia illis & inconſtans tum in ſubſtantia tum in qualitatibus, tum in effectibus natura. Ita quidem, quæ ex niuibus diſſolutis aquæ fiunt; quia (vt Hippocrates quoque admonet) dum ſoluuntur, quod in ipſis leneac dulce eſt diſperditur, eo ſuperſtite quod grauiſſimũ ac turbidiſſimum, ſunt etiam craſſiori ſubſtantia & impuriori, ac frigidiori; atq; ob id minus coctili, minuſque ad alẽdum apta. eo autem magis, ſi poſt diſſolutionem rurſum in glaciem co-
D gi frigorę, & diſſolui calore accidat. nẽpe, in glacie maiorem frigiditem ſubſtantiæ denſitas parit, ita quæ aqua ex glacie fit diſſoluta, maiora ſemina retinet frigiditatis: vnde & ex earum vſu vitia illa homini accidunt quotquot ex impuritate, & frigiditate aquarum proueniunt, de quibus ſupra: ſane autem, quæ de glacialibus aquis ratio eſt, eadem & de ijs qui ex

gran-

grandine conſiſtunt. eſt.n. grando non aliud quam glacies, ſimiliter, vt glacies, impura, & in qua terrę ſordes variæ (quas ſcilicet ventus ex terra in aerem excitat) non ſecus atque in glacie non raro ſpectantur. Eſſe ergo has omnes ſubſtantia concoctu difficiliori, & temperamento longe quam pluuias aquas deteriori apertiſſimum eſt. Ac de rorarijs, aliquid eſt quod quis dubitet. Si enim ros, vt dictum eſt, ex vapore humido tenuiori, atque à moderato tum frigore conſiſtit, eſt quidem etiam tum ſubſtantiæ purioris tum magis moderati temperamenti quam pluuia, quæ ex craſſioribus vaporibus & in frigidiſſima aeris regione ortum habet. Verum, etſi roris tenuiorem quam pluuiarum materiam eſſe probabile eſt, quam.ſ. veſpertinus calor trahit minus efficax, quam vt craſſiores vapores extollat, quos meridianus attollit calor; quia tamen qui rorarijs aquis vti velit, eas vt ex plantis colligat oportet, ex quibus varia illis & temperies, & odor & ſapor neceſſario comparatur, non vnius naturæ dici ros abſolute poteſt, neque vniuerſim pluuijs vel anteponi in ſalubritate, vel poſtponi. Eſt ergo rorarijs aquis natura plantis ex quibus colliguntur, in ſubſtantia, qualitatibus, atque effectibus ſimilis. ita & à calidis minus frigidę ſint, à frigidis frigidiores, ab odoratis, ſapidis, ſalubribus, odoratę, ſapidę, ſalubres; à contrarijs contraria prædictę natura.

Aquarum quæ in terra naſcuntur varietas.
CAP. XXIX.

NVnc ad aquas, quarum in terra ortus eſt tranſeundum. ſunt autem illę fontanæ, putealis, fluuiatiles, lacuſtres. addi, & maritimas, quarum vt, reliquarum in hoc orbe rerum, quotidianum quoque eſſe ortum, certum eſt. Sunt & ſtagnantes, ſed harum neque ex aere, neque ex terra abſolute; ſed

Digitized by Google

A ſed ex utriſque ortus eſſe poteſt. Diſtinximus autem à fontanis puteales, fluuiatiles, & lacuſtres, licet hæ ſingulæ, nõ ſecus ac fontanæ, ſuos habeant, à quibus emergunt fontes, communem loquendi uſum ſequuti, qui obtinuit, ut fontanę illę uocentur, quarum una tenuis origo eſt, & quę fluunt. propterea puteales, quia non fluunt, fontanę non dicuntur. Fluuiatiles ẽt licet fluant, longe tamen ampliores, & aliquando plures habent, unde ſcaturiunt atq; augentur, fontes. lacuſtres uero creberrimas ſuo in alueo habent ſcatebras, nec fluuunt.

B

Fontium cauſæ principes. CAP. XXX.

DE fontanis igitur agamus, eodem, ut in ſuperiobus inſtituto, facto à cauſis, effectrice, & materia principio. fontes materiam habent non unam. licet enim fiant ex uaporibus in terræ uiſceribus genitis, frequentiſſime: aliquando tamen & ex aere; nõnũquã ẽt ex humore, uel à pluuijs, uel à flumine, vel à mari, excepto. Ex uaporibus, in profundis terrę cauernis, C Solis aſtrorumque reliquorum calore excitatis; dehinc in frigida loca delatis, à frigiditateq; condenſatis. Ex aere, qui per ſenſiles inſenſileſque terræ meatus in concaua loca, ſaxorum maxime commiſſuras, receptus, ab eorum frigiditate in aquã uertitur. Ex humore uero, cum à pluuijs, quas terra ſpongię inſtar per exiguos meatus, & per rimas altius in ſe recipit: tũ e fluminibus ac mari, non diſſimili ratione, per ſubterraneos canales tanquam per uenas longe lateque diffuſo. Fontes autem à pluuijs fluminibus quoque & mari naſci, aut certè au D geri, id manifeſto docet argumento, quod alicubi ſiccioribus anni temporibus exareſcunt, pluuijs augentur: & quod à Plinio obſeruatum eſt, insula parua eſt contra Timauum cum fontibus calidis, qui cum æſtu maris creſcunt, minuunturque. & in Delo fons cum Nilo eodem modo, & pariter cum eodem, decreſcit atque augetur.

De fontium origine. CAP. XXXI.

A

SEquuntur concauſæ, maxime autem locus, tum originis, tum tranſitus, tum quietis. Eſt autem fontibus origo e montibus frequentiſſime: tum e collibus: aliquando etiam in campeſtri planitiæ. Vbicumque autem eorum ſit origo, duo in ea ſunt obſeruanda: cum interior ſinus ac veluti vterus, in quo primus aquæ ortus eſt; tum os exterius, e quo erũpunt. Et quidem quum ab interiori ſinu præcipuam naturam ſortiantur, ſi exactam illius habere notitiam liceret, nihil ad aquæ cognitionem certius duceret. At interiores illos in montium imęque terræ penetralibus, ſinus penetrare, quamuis effoſione metallorum, & lapſu montium aliquando accidat; ſæpe tamen non licet. Coniectura nihilominus certi aliquid aſſequi poteſt, qui vicinorum locorum naturam diligẽter intuetur. quã obſeruans Hippocrates aquas damnat, quæ ex petris ſcaturiunt, quæ prope aquas calidas, & vbi naſcitur ferrum, aurum, argentum, ſulphur, alumen, bitumen, nitrũ. Qua ſententia quum earum rerum obſeruationem nobis proponat quas foſſiles vocant, ad huius loci illuſtrationem faciũt, quæ in ſuperioribus, de ſe[illegible] foſſilium varietate, ex quibus aquæ miſtæ fiunt.

B

C

Varia in interiori fontium origine obſeruanda, ab Hippocrate propoſita. CAP. XXXII.

D

SEd age ſapientiſſimum præceptorem audiamus. Is igitur in libro de aere aquis, & locis eas ex fontanis aquis probat, quę ſublimibus locis, & terreis collibus naſcuntur, improbat quæ ex petris ſcaturiunt, vt quas duras eſſe neceſſe ſit. addit, quæ iſthic vbi calidæ aquæ exiſtunt; aut vbi naſcitur

ferrum,

Digitized by Google

A ferrum, argentum, aurum, ſulphur, alumen, bitumen, aut nitrum, quod hæc omnia violentia caloris naſcuntur. Quæ ſententia quæ proponit, pertinent alia ad interiorem ſinum ac veluti vterum in quo aquæ ortus eſt; alia ad exterius os e quo foras aqua ſcaturit; alia ad vtrumque. Et quæ interiorem quidem ſinum ſpectant, alia eius materiam, alia ſitum ſpectant: materiam, an terrea, ſaxoſa, alteriuſue ſic generis: ſitum vero an ex ſublimi, an ex depreſſo loco. Quæ ad os eruptio-
B nis pertinent, ad aquæ exitum pertinent, ſecundum varios mundi cardines. Ad vtrumque vero aquarum calidarum, metallorum, concreti ſucci alicuius vicinia. Hi ex breui illa ſententia fontes quū ſe offerant in fontanis aquis obſeruandi, plurimum quidem noſtram de fontium natura inueſtigationem adiuuabit, ſi ſinguli eodem, quo propoſiti ſunt ordine, explicentur, Primum igitur in eo quod eſt de interioris ſinus materia, eas damnat, quæ ex ſaxis. Contra tamen, & Vitruuius, & poſt eum Plinius, lib. 8. cap. 1. lib. 31. cap. 3. quæ ex
C ſaxis rubris, & quæ ex ſilicibus prodeunt, ſapore ac ſalubritate, ſcribunt cæteris præſtare. ſed & ratio docet, ex ſilicoſis, .n. & tophaceis, arenarijs, calcarijſque, atque alijs fere quibuſque ſaxis, omnis alienæ qualitatis expertibus, nihil videtur poſſe aquis accedere, quod eas vitiet. Proximum ſaxoſo ſolo eſt glareoſum, tum ſabuloſum, tum arenoſum, tum terreum. Vitruuius igitur de puteorum (qui ſunt fontes non aperti) bonitate agens, quę aquæ in glareoſis naſcuntur, egregia eſſe ait ſuauitate. ita, & quæ in ſabulo maſculo, arenaque, & carbun-
D culo. at quæ in ſabulo ſoluto, eſſe quidem tenuem; ſed, ſi inferioribus locis inuenitur, limoſam, & inſuauem. De terra etiam ſcribens, in creta eſſe ait tenuem, & exilem, & non alta copia; & non optimo etiam ſapore. Subdit, in terra nigra ſudores & ſtillas exiles inueniri, quæ ex hybernis tempeſtatibus collectæ in ſpiſſis & ſolidis ſubſidunt, eæ habent optimum

mum

mum ſaporem. De terreis quoque agens Hippocrates, optimas eſſe ait, quæ ex ſublimibus locis & terreis collibus fluunt: nempe eſſe has & dulces & albas, & vinum modicum ferre, & hyeme calidas fieri, æſtate vero frigidas, quod ex profundiſſimis locis proueniunt. Hæc quum illi ſcribant, cur Hippocrates quidem aquas quæ ex ſaxis oriuntur improbet, obſcurum eſt. licet.n. rationem afferat, q. neceſſario ſunt duræ: quid tamen illud ſit durum, non conſtat. An ergo duritiei nomine, aſperitatem ſignificat, quam aliquæ crudiores aquæ ita habent, vt tractatæ, manum aſperam relinquant? Nam hæc nota eſt aquæ concoctu difficilioris: & quæ ex aſperis locis, qualia ſaxea ſunt, prodeunt, eius aſperitatis participes eſſe conſentaneum eſt. An etiam frigiditatem inſignem intelligit? Sunt enim quæ ex ſaxoſo ſinu erumpunt, frigidiores (hoc Vitruuius illis tribuit) at quæ tales ſunt, duriorum alimentorum inſtar coctioni ſunt rebelles, vt poſtea explicabitur. Non immerito igitur, etiamſi forte in reliquis, ſaxei fontes inculpabiles ſunt; duritiei tamen, id eſt, aſperitatis, & frigiditatis nomine, eorum aquæ malæ ſunt; quia duræ, ideſt coctu ſunt difficiles. propterea rectè eas damnat Hippocrates. Si frigiditatem demas, ex ſaxis cuiuſcunq; generis (vno fortaſſe excepto gypſeo) quum illis neq; odoris neque ſaporis quidpiam inſit, nihil fortaſſe vitij aqua contrahit, & non temere commendatur à Vitruuio. Licet enim ex molli, quale arenarium & tophaceum, præterfluentem aquam terrenæ ſordis aliquid poſſe deradere, negare non liceat; ſecernitur illud tamen, & ſubſidet. Non immerito igitur quę ex ſaxis ſilicibus prodeunt, probantur magis; quod ob eorum duritiem nihil ſordium deraditur. Cur autem rubra ſaxa magis probentur, aliqua ratio eſt. quum enim colorum varietas pro varia perſpicui atq; opaci commiſtione fiat, ſicut inter colores, opaciſſimus, & qui aſpectum minus reliquis excitat, eſt niger,

terræ

A terræ aſcriptus; ita omnium maxime perſpicuus & aſpectabilis, flauus, qui in igne. poſt hunc albus, qui poſt flauum in tenebris maxime aſpectum mouet; & aeri atq; aquæ tribuitur. ruber igitur, vt igneam inter colores ſaxi naturam prodit, (qualis ſcilicet in ſaxis non exuſtis eſſe poteſt) ita, quum etiã coctionem in aqua meliorem ſignificet, non immerito aquæ bonitatis argumentum ex eo deſumitur. non præter rationẽ igitur rubra ſaxa præferuntur. Cur etiam quæ in glareis naſcuntur, ſuaues ſint, non obſcurum eſt. ex ipſis enim nihil eſt B ſordium, quarum putredine & ſapor & odor vitiari ſolet. Eadem ratio eſt de ſabulo craſſiori, & duro quod maſculum vocant. De carbunculo, ijs non accedimus, qui ipſum arenã eſſe aiunt, ex terreno bitumine in lapidem non durum mutatam; quum (vt poſtea oſtendetur) prauæ ſint aquæ prope bitumen: carbunculoſæ autem à Vitruuio & Plinio probẽtur. & carbunculoſum ſolum vbi confractum ſit, Columella lib. 3. cap. 11. ab vſu vineę non repellit, à quo prorſus alie-
C nũ eſt bituminoſum. Eſt igitur Carbunculus, vt notat Varro, lib. 1. cap. 11. terræ ſpecies, quæ ſole perferuet, ita vt radices ſatorum comburat. quare dura eius materies eſt, in qua exceptus à ſole calor exurit. Itaque prodeuntes ab eiuſcemodi ſolo aquas, non temere proponunt. Si probatur aqua, hiſce, quos diximus, fontibus orta; iure etiam quæ ſoluto, & tenui ſabulo, præſertim imis à Soleq; non illuſtratis, & à vento non perflatis locis, oritur, vitioſa eſt. facile enim tale ſabulum tali in loco in limum abit. propterea limoſa eſt aqua, & inſuauis.
D Quod ſequitur de terra creta, ſuſpectum habemus. quia, ſi creta eadem eſt cum argillacea terra; ſeu figulari creta; in hac, Plinius aquam ſemper dulcem eſſe ait. Sed neq; id, quod de terra nigra ſcribitur, probare poſſumus. ſi hæc enim, vt plerïq; conſentiunt, vel exuſti, vel putris plurimum habet; quomodo ex ea optimo ſapore eſſe poſſit aqua? Illud vero etiam

Digitized by Google

mirum, quod ſequitur, aquæ ſtillas quæ ex hybernis tempeſtatibus collectæ in ſpiſſis, & ſolidis ſubſidunt, habere optimum ſaporem. quum certum ſit, hybernas pluuias crudiorē fonti materiam ſuggerere, & ſaporem optimum non niſi ex optima eſſe coctione. Verum incidiſſe hoc loco in Vitruuio mendum, tum ratio, tum Plinius docet, qui hac de re ſcribit poſt eum, ac fortaſſe ex eo. Cretoſum profecto terræ genus adeo denſum eſt, vt ſordes non admittat. quod experientia quotidiana Venetijs probat, vbi, ne ciſternę, in quas pluuiæ aquæ recipiuntur, maritimum humorem recipiant, creta denſiori muniuntur. Sed & Plinius, quæ in creta naſcuntur, cōmendat. Commendatio autem aquarum, duplex. copia, & bonitas. cretoſæ deeſt copia. quare Vitruuius in eam tenuem atque exilem ſtillam eſſe ait, & non alta copia: quod Plinius quoque, cretæ ſpem ſemper adimi affirmans. non deeſſe autē bonitatem, vt ratio docet, ita & Plinius in argillacea terra ſemper dulcem eſſe aquam teſtatus detrahenda igitur negatio eſt in Vitruuio. In eo autem quod de nigra terra dubitatur; diſtinguenda eſt prior periodus à poſteriori. vt prior ſit de nigra, in qua ſudores & ſtillæ exiles inueniantur, id eſt (vt Plinius) ſcaturigines non ſint perennes. poſterior ſit vniuerſim de aquis puteorum, de quibus agit, ſeu fontium, quorum ex pluuijs ſit ortus: doceatque, etiam ex hybernis pluuijs collectas, ſi modo in denſam ac ſolidā terrā receptæ ſint, optimo eſſe ſapore. nempe, licet rationi conſentiat, quæ ex frigidiori ſunt materia, minus eſſe ſuaues; ſi tamen per denſum, ſolidumque ſolum percolentur, fieri poteſt, vt, relictis in eo ſordibus, quod ad fontis materiam colligitur, ſit purius: hoc vero etiam, à calore, qui in terræ viſceribus maior ineſt hyeme quam æſtate, concoctum, in aquam erumpat ſaporis iocundi. Accedamuſ iam ad Hippocratem, qui iure eas cōmendat, quæ ex terreis collibus fluunt. à tranſitu enim per

A denſiorem (qualis fere eſt collium) terram, par eſt, aquæ puriorem ſubſtantiam, propterea & candorem comparari. Sed quod ait eas vinum modicum ferre, ita intelligo. ſicuti vino commiſta aqua vini vires frangit, ita & aquæ vinum vitia corrigere. Vt igitur vinum generoſum aquæ fert plurimum, imbecillum non niſi exiguum; ita aqua magis vitioſa, plus vini quærit, quam cui minus ineſt vitij. Quæ igitur ex ſublimibus locis ac terreis collibus fluunt, & albæ, & dulces ſunt; parum (vt ait) vini ferunt, quia nihil aut
B parum illis ineſt vitij, excepta fortaſſe frigiditate interiori, quæ pauco vino corrigitur. ſecus ſi nitroſæ, amaræ, ſi fœtidæ. tunc enim plus vini & quærunt & ferunt. Fortaſſe etiā non importunus eius ſententiæ ſenſus hic erit. ſicuti vinum, aquæ parum ferre dicitur, quod minime generoſum eſt, & pauca aqua addita ita ſuperatur, vt non vini amplius, ſed aquæ ſit ſapore; ita & aquam parum vini ferre non iniuria dixeris, quæ à pauco vino ſuperatur, quæ ſcilicet non immo-
C dice frigida eſt, vt vinum inſigniter refrigeret; ſed quo refrigeret addi debet multa. eſt autem hoc tenuitatis ſubſtantiæ indicium, ob quam in minimas partes diuiſa, à vini caliditate naturaque ſuperatur, niſi maiori addatur menſura. ſecus quam in craſſæ, crudæque ſubſtantiæ aquis accidat; quæ non facile aut permiſcentur vino, aut ab eo ſuperantur. Quod ſubdit, has aquas hyeme calidas, æſtate eſſe frigidas, quia ex profundiſſimis locis proueniunt; cauſam habet contractionem caloris in interiores terræ partes hyeme, & diffu-
D ſionem in exteriores æſtate. de qua re antea diximus. Hactenus de materia, in interiori fontis ſinu obſeruanda. Præter eam erat & ſitus. cuius vim intuitus Hippocrates, aquas iure commendat, quæ ex ſublimibus ſunt locis. quæ enim ſublimia ſint, magis & à Sole illuſtrantur; & ventis patent ſuo motu impetuq; aerem exercentibus, illic maxime corruptioni pu-

tredinió; expoſitum, vbi non mouetur; propterea & inſalubrem, & aquam contractu ſuo vitiantem. Ad hunc locum pertinet, quod Auicennas in fontana aqua quærit, vt fons in terra ſit libera: & non hoc ſolum, ſed vt etiam fluat; præterea que vt Soli, & ventis pateat. ſcilicet (vt arbitror) vt non ſit ſub tecto, ſed ſub diuo, & libero aere: neque hoc tantum, ſed ita libero, vt Soli ventiſque ſit expoſitus. Nempe, ſicut aer qui non difflatur, putret; ita & aqua. Non ſat autem eſt difflari aquam ſed perflari etiam ventis oportet; vt, ſi quæ ſint putridi aeris veſtigia, ventis diſpergantur. debet etiam à Sole illuſtrari, quo inchoata coctione aliqua à Sole, aptior ſit, vt meliorem in ventre coctionem ſuſcipiat. A B

Obſeruanda in exteriori fontis ore. Hippocratis locus explicatur. CAP. XXXIII.

PRoximum erat caput, eorum, quæ ad os fontis pertinẽt. Huius autem loci eſſe diximus fontis exitum ſecundum varios mundi cardines intueri. Sic Hippocrates libro de aere, aquis, & locis, vbi de ciuitatum ſitu agit, earum ſitum vt Orientem vel Occidentem ſolem, atque vt Meridiem aut Septentrionem ſpectãt; ac prætereа ventorum quibus perflantur, aut à quibus protecti ſunt, naturam expendit. & ex vtriſque de aquarum natura fert iudicium. ita vt duo maxime ſpectare illum conſtet, aſpectum Solis, & ventorum afflatum. illum, vt cuius beneficio calore harum rerum natura ſeruatur: hunc vero, vt, qui, quum ſit aeris ſoboles, non ſecus atq; aer corpora his omnia variæ afficit, tanto in ijs vires ſuas altius imprimens, quanto efficaciori motu atque impetu illis fit obuiam. Vt igitur neque ſolis idem ſemper aſpectus, neque idem ventorum aflatus, ita neque aquarum natura. Certum autem eſt nullam eſſe orbis C D

partem,

A partem, à qua, & ad quam aliquis non reſpiret ventus; quare ſicuti ſolius orbis in quatuor principes partes, ortũ, occaſum, ſeptentrionem, & meridiem diuiſio eſt; ita & ventorum. Nempe, quum inter ſolſtitialia puncta, inter quæ ſol diuagatur, medius ſit æquinoctij circulus, dum is ab ęquinoctiali linea non diſedit, ortus & occaſus ęquinoctialis nomen habet. vbi ab ea ad Cancrum flectitur, æſtiuus; vbi ad Capricornum, hybernus dicitur. ita vt tres ſint ortus atque occaſus, æquinoctialis, æſtiuus, atq; hybernus. His vero etiam tres reſpon-

B dent venti. Ab æquinoctiali ortu flat Apeliotes, ſeu ſubſolanus. ab æſtiuo Cecias qui & Heleſpõtius. ab hyemali Eurus, qui & Vulturnus. Eſt autem occaſus quoque eodem modo triplex. & ab æquinoctiali flat Zephyrus, qui & Fauonius. ab æſtiuo Argeſtes, qui & Caurus. ab hyeme Lips, qui & Aphrycus. Non diſſimili modo à reliquis duabus orbis partibus Septentrione ac meridie, totidem ſpirant venti. A ſeptentrione princeps Aparctias, qui priuato nomine Septẽtrio dicitur.

C Huius lateralis orientem verſus eſt Boreas, (aliqui Meſin Ariſtotelis ponunt.) Occaſum verſus Thraſcias ſeu Circius. A meridie vero princeps Notus eſt, qui & Auſter. tum lateralis vnus ad Orientem, Phœnicias, qui & Euronotus: & lateralis alter Libonotus, inter Aphricum & Auſtrum medius. ita vt hactenus duodecim ſint venti. quatuor principes & laterales octo. quibus ad nauigationis vſum recẽtiores alios quoque lateralibus illis intermedios ad numerum vſque trigintaduum obſeruarunt. Sed vt præter inſtitutum noſtrum eſt in

D his inſiſtere, ita ad hunc locum hoc ſatis eſt, tum ventos prout à varijs flant orbis cardinibus, naturam ſortiri aliam atq; aliã. ita vt alij ſint calidi, alij frigidi, & ex calidis temperatiores Orientales, Meridionales æſtuoſi. ex frigidis ſeptentrionales frigidiores Occidentalibus. tum ab his & locorum, & fontiũ maxima ex parte pendere varietatem Hippocrates lib. de aere aq. & loc. Sed iam ad ea accedamus, quæ priuatim de fon-

tibus. Aquas maxime omnium laudat, quarum fontes ad ſolis exortus, præſertim æſtiuos, ἐῤῥώγασι erumpunt. erumpere A autem eſt oriri. an ergo eas præfert, quarum origo ab eadem eſt parte, qua Sol oritur? Si hoc quidem velit, ſtatuamus primum, ſit ne in planitie, aut in monte, aut in colle fontis ortus. atq; an eius fluxus ſit recta in occaſum, vel ad latera in meridiem, aut in Septentrionem. ac, ſi quidem in planitie ſit ortus, recta autem fluat, non eum Sol niſi primo, quo oritur, & poſtremo, quo occidit, tempore, rectis radijs ſpectabit. ſin vero in monte aut colle, non niſi in occaſu: intercepta ſcilicet ab B eorum dorſo matutina omni illuſtratione. quis ergo illi à Sole vſus? Quando igitur habere ab Orientis parte ortum, nihil aut parum commodi fontanæ aquæ affert, emergere ad oriẽtem intelligendum eſt, non ad orientem naſci, ſed illic habere ortum, vnde in orientem ſit fluxus. Sic Rufus apud Oribaſium, 5. med. coll. cap. 3. & in fragmento de aquæ bonitate Galenus fontanas aquas ad orientem vergentes cæteris præferunt. quæ feruntur in occaſum aut partes alias, non ita. Verum, cur orientales laudatiores; maxime quæ ad orientem C æſtiuum? Neceſſario has eſſe ait Hippocrates ſplendidiores; & odoratas, & leues; Rufus vero præſtare humiditate, tenuitate; & moderate refrigerare, ac calfacere. Pendent hæc omnia à moderata coctione, quæ moderatum ſequitur Solis, & ventorũ Oriẽtaliũ calorẽ. Nempe rarefacta mediocri ex Orientis Solis caliditate, aqua, quicquid nocturnum ac matutinum, ideſt vaporoſum & craſſum illi inerat, attenuatur, & coquitur, & diſſipatur: terreum vero aptumq; ad perturbandum ſubſidet, fluentiſque aquæ motu euerritur: quod ſplen- D dorem conciliat. à moderato etiam calore non abſumuntur tenuiores aquæ partes, vt à meridionalis Solis æſtu. quare eſt illa quidem etiam humidior ac tenuior. temperatur etiam à benefico calore innata aquæ frigiditas; vnde & in calore, ac

frigi-

Digitized by Google

A frigiditate mediocris eſt. habet à coctione etiamnum gratiã in ſapore & odore. non, quod optimæ aquæ inſit vel ſapor vel odor; ſed quod alieni ſaporis odoriſue nihil retinet, qualem ſordities putredoque malæ coctionis comes ſolet parere. Inſunt hæc igitur fonti exorientis Solis radios excipienti; meritoque cæteris eas aquas præfert Hippocrates, quæ in æſtiuũ fluunt ortum, quod illic magis Sol viget. Subdit, ſecundum habere locum quæ inter æſtiuos Solis ortus atque occaſus emergunt, magis autem quæ ad orientes: tum tertio, quæ inter occaſus æſtiuos atque hybernos: & quarto, quæ inter ortum & occaſum æſtiuum, maxime autem quæ ad Auſtrum. Quo loco magna dubitatio eſt, quod quas mereri ſecundas laudes dicit, eaſdem quarto loco ponit, & eſſe ait primas. Verum, ſi rem expendamus; quæ quidem inter ortum & occaſum æſtiuum feruntur, ad ſeptentrionem pertinent. vt enim ab occaſu æſtiuo Caurus eſt, ita ab ortu ęſtiuo Cęcias. inter Caurum vero, & Cęciam Septentrio cum lateralibus Circio, & Meſe ſeu Borea. quæ igitur ad Septentrionem vergunt, vbi frigidus & ſiccus aer, ventique ſunt conſimiles, minus ſordibus ſcatent: quare & dulces, vt ait Rufus, id eſt, alieni ſaporis expertes ſunt. ſed eędem immoderatè frigidæ, quod eas Sol non niſi oblique ſpectat. Sequuntur tertio quæ inter occaſus æſtiuos atque hybernos fluunt, nempe occidentales. vt enim ab æſtiuo occaſu Caurus eſt, ab hymali Aphricus; ita inter hos medius Zephyrus. Has Rufus violentas eſſe ait refrigeratione & duritie: quare & raucitates, & laterum dolores, & conuulſiones parere: non immerito. Quæ enim minori temporis ſpacio à Sole illuſtrantur, quam vt bene concoquãtur, ſuccedente noctis frigiditate, vt craſſis, frigidiſq; vaporibus aeris inficiantur, neceſſe eſt. hinc ab earum vſu, veluti à nocturno aere, deſtillationes, pręthereaque raucedines, & mala alia quæ deſtillationes ſequi ſolent. quales laterum dolores

(margin letters: B beside "ter occaſus æſtiuos"; C beside "& Meſe ſeu Borea"; D beside "& conuulſiones")

& conuulſiones. Subdit quarto & poſtremo loco, quæ ad Auſtrum, & quæ inter ortum atque occaſum æſtiuum ſcaturiunt. Quam ſententiam quum certum ſit aduerſam eſſe ſuperiori, qua ſecundo loco quæ inter ortum & occaſum æſtiuum ſcaturiunt, laudabat; corrigendam eſſe, ea vox admonet, quæ de auſtro. Agit hic procul dubio de meridionalibus. (reliquas enim iã abſoluit) rectè igitur ꝓ θερινῶν, χειμερινῶν pro æſtiuis ortibus, & occaſibus hyemales legentur; vt eæ peſſimæ iudicentur, quæ ab auſtro & collateralibus illi ventis feruntur. Sunt autem ij Libonotus atq; Euronotus. ille proximus Aphrico, qui eſt ab occaſu hyberno: hic proximus Euro; qui eſt ab hymali exortu. Has autem Rufus quoq; ait magis eſſe ſalſas & calidiores, & ad meiendum non idoneas, ſed ad deſcenſum per inteſtina præſtantiores. Cur autem ſalſæ ſint, apertum eſt. vt enim in mari, ita & in fontibus, diſſipatis ab immoderato calore, qualis eſt meridionalis Solis, tenuibus, ac dulcibus partibus, relinquuntur terrenæ, exuſtæ, & ſalſæ. calidiores autem ſunt ob pertinacem æſtum. ad meiendum nõ idoneę, quod craſſiores ſunt, quam vt in anguſtiores meatus vrinarios permeent. Sed habent hæc aliquid dubitationis. tum quod ait ſalſas non eſſe ad meiendum idoneas, quũ contra lib. de affectionibus, ſalſis rebus tribuatur quod vrinas cieant. tum quod eaſdem ait aluum mouere, & proximis tamen verbis Hippocrates mentiri eos dicit, qui ſalſas aquas ſecedere per aluum, & ſoluere arbitrantur; quum contrariæ ſint ad alui egeſtionem, quia indomitæ ſunt & coqui non poſſunt, proptereaque venter ab ipſis aſtringatur magis quam liquetur. Verum ſalſorum, & alimentorum, & aquarum vſum acriores quidem vrinas reddere ad eaſque reddendas ſtimulare, norunt qui iſchuria laborant. ſalſas tamen aquas per ruinas reddi, aut earum copiã cieri, rarum eſt. illud igitur docemur in lib. de affectionibus. hoc vero à Rufo. De vſu au-

tem

A tem ad ſubducendum, aliqua ſunt quę perturbent, tum quod in libro de dieta ſcribitur ſalſamenta in alimentum ſumpta ſiccare, attenuare, & plerumque aluum mouere. eſt etiam in libro de affectionibus, ſalſis aluum excitari, & nitroſa ac ſalſa ventrem mouere paſſim Galenus affirmat. Sed neque, cur ſalſa non ſubducant, apta ratione Hippocrates probat, ob id dicens, quia indomita & incoctilia. contra enim quæ coctionē ſubterfugiunt, aluo corrupta deijci, experientia eſt quotidiana; & alimenta, ſi non coquantur, purgare ait Ariſtoteles. An
B ergo recenti quidem vſu ſalſas aquas ſoluere, dum irritant, negare non licet? diuturno vero, quo vniuerſum quoque corpus exſiccatur, aſtringere verum eſt?

Obſeruanda in fontium origine, & interiori, & exteriori. CAP. XXXIIII.

TErtium erat, ſi quid vtriq; & interiori fontis ſinui, & ex-
C teriori ori commune ſit, expendere. Eſt illud igitur vicinia rerum, quibus vitiari aliquo modo aqua poteſt. Itaq; eos fontes dānat Hippocrates, qui ſunt prope aquas calidas. lib. de aere aq. & loc. Cur id? Quia quæ ſponte calidæ naſcuntur, non ſunt ſulphuris aut bituminis expertes, quorum ſuccorum aliena prorſum ab alimenti natura materia eſt. Subdit eos quoque qui ſunt prope ferri, auri, argentiq; fodinas. Quo loco illud quidem conſtat metallica omnia habere pro materia ἀναθυμίασιν ἀτμιδώδεα, exhalationem vaporoſam,
D vt vocat Ariſtoteles, id eſt, calidam, & humidam; 3. meteor. cap. 6. (non tamen ſine terræ, & ſicci commiſtione) quæ à frigore vt ab effectrice cauſa, non tamen ſine cœleſtis caloris ope, denſatur. ita vt iure affirmare liceat, vbi illa ſint, caloris eſſe non parum. propterea que non temere Hippocratem aquas prope metalla damnare ob calorem. Sed quod vio-

lentum

lentum calorem illis locis tribuit, niſi violentiæ nomine perennitatem intelligas, difficile eſt. vt illud quoque quod obijcere Hippocrati aliquis poſſit de ferreis, aureis, argenteiſque aquis, quas aliqui frigidas, aut etiam temperatas, atque ad alimenta quoque vtiles eſſe aiunt. Si enim hæ calidæ actu naſcuntur, (id quod eſt ex bituminis, ſulphuris, conſimiliſue materiæ alterius accenſione, & conſeruatione caloris) vt ipſæ quoque caliditatis alienæ participes ſint, neceſſe eſt. ſin frigidæ; non ſine concretorum ſuccorum participatione ſunt, quales cum metallis vniuerſim naſcuntur: vnde & quodcumque metallum igniatur, vel ſi ipſum etiam aurum, ſemper fœtidi aliquid expirat. Nihil igitur mirum, ſi aquas metallorum ſedi vicinas Hippocrates vt æſtuoſas, ac potui inutiles damnat. non ille tamen vel has à medicamentis; vel fluuiatiles quibuſcum aurum argentumue reperitur, à potu reiecturus: At vero in hac metallorum mentione, quid de plumbo, ære, ſtimmi, hydrargyro, quæ metallica ſunt? Damnat eas etiam quæ prope loca ſulphuris ac bituminis, prætereaque nitri: quid de calcantho, auripigmento, ſandaraca & ſale? An fontes vbi hæc reperiuntur eiuſdem ſunt vitij? Sunt quidem. Sed grauiſſimo huic Authori ſat fuit capita hæc maxime obſeruanda indicaſſe, aquas calidas, metalla, loca vbi concreti ſucci ſunt, ſiue liquabiles igne, vt ſulphur & bitumen; ſiue fuſiles humore, vt nitrum. ita vt de reliquis, quicumque poſſint ad hæc capita pertinere, lectoris ſtudioſi ſit, idem coniectari. Atque hæc quidem de Hippocratis ſententia cui tamen aliqua ſunt, quæ non temere adiungas. Tum enim præter res ab eo propoſitas, aliæ ſunt, quæ ſui vicinia aquas inficiunt; tum præterea ab illis præter æſtuoſum calorem, alia quoque vitia contrahunt. Corrumpuntur enim nonnunquam ab obſcuro ex terra halitu, non illi diſſimili, quo in terremotu aperto terræ hiatu aliquo aer inficitur peſtilitate. ita vt & fontes, A B C D

A & lacus aliàs ſalubres, lethali veneno inficiantur cum inſigni piſcium, quos alebant, ſtrage. Sed terreo etiam ſæpe ſucco variorum generum ita aqua cõmiſcetur, vt pota venas meatuſque corporis reliquos, præſertim anguſtos, cum animantis pernicie obſtruat ſuperioribus annis boui, qui eiuſcemodi ſucco infectam, non multis abhinc ſtadijs biberat, ſuppreſſa eſt vrina. quare macello eſt traditus habebat is totos renes calculis plenos, qui pyritem lapidem prorſus referrent. Quod

B autem præter æſtuoſum calorem, cuius Hippocrates meminit, alia quoq; aquis afferant vitia, apertiſſimum eſt. Si enim præter inſtitutum, quod nobis hic non eſt de miſtis aquis, aut earum effectibus agendi, liceat quod proponimus, exemplis illuſtrare, quæ aquæ cum auri, argenti, plumbi, ſtimmi, hydrargyri venis commercium habent, qui in metallis verſantur, ſatis norunt, quomodo capiti ita infenſæ ſint, vt, qui ijs vtuntur, & ſtolidi fiant, & gutturoſi, & in neruorum duritiẽ tenſionemque facile incidant. quæ vitia omnia quum ex cru-

C di ſucci ſint copia, afferunt frigiditatis potius quam caloris argumentum. Non ita quidẽ quibus cum ferro vicinia aut miſtio eſt. Notum eſt enim Villenſes in Lucenſi agro, quas ferreas eſſe perſuaſum eſt, quotidiano etiam in parandis cibis, & & diluendo vino vſu, non obeſſe; prodeſſe potius ventriculo infirmo ipſum denſando: iecinori & renibus calidioribus refrigerando: renibus & veſicæ detergendo: vlceribus veſicæ deſiccando & dẽſando. at non carere tamen has vitio illi experiuntur, quibus anguſtior eſt ex pituitoſis excrementis re-

D ſpiratio: quibuſue Lien aut viſcus aliud duro tumore opprimitur. imo & quibus caput paulo imbecillius eſt: quos miro modo ſomniculoſos ſegneſque reddunt. Solent & æratę ad varios corporis vſus commendari, maxime ad oculorum claritatem, ad oris fauciumque vitia aliqua corrigenda; & ad vlcera cuicumque parti inſederint, præſertim ſerpentia. At ne-

que

Digitized by Google

que earum tutus eſt vſus, quæ calcanthi medicamenti acrioris naturam tenent. quod præter æſtum, quem inter concretos ſuccos maxime omnium infert, erodente etiamnum facultate inſigni præcellere non obſcurum eſt.ita vt aquæ eius participes, licet aliquibus morbis vtiles,dum humores tamen ac ſanguinem acriorem reddunt, in quotidianum potum nõ ſint aptæ. Eiuſdem fere iudicij ſunt aquæ auripigmento infectæ. vt enim acres ſunt; ita neque faucibus, neque ventriculo, neque reliquo corpori innoxiæ. De alumine quomodo aſtringente vi ſua partibus corporibuſque omnibus, quæcumque fluxionibus tentantur, ſit ex vſu,ſatis eſt notum.quibus tamen anguſtiores meatus ſunt,& qui febribus ex obſtructione patent,aquis quæ illius aliquid retinent,læduntur. Sed aquas quoque quibus bitumen ineſt caput ſenſuſque omnes viſum autem maxime, lædere; & ebrietatem etiam parere epotas,obſcurum non eſt. quas tamen aliquas curare morbos conſtat. Ita & quæ ſulphureę ſunt naturæ, ventriculum euertunt,licet in articulorum morbis non inutiles. De ſalſis vero & nitroſis, ſi cum cibis veniant, quomodo & ſanguinem inficiant,& pruritus, & dyſenterias & alia mala excitent, cuiq; notum eſt. Ita vt ſtatuere liceat, vtiles non eſſe potui aquas quibus cum propoſitis rebus ſit vicinia. A B C

Obſeruanda in fontium tranſitu & quiete.
CAP. XXXV.

HActenus ea percurrimus quæ in fontium origine obſeruanda. Reſtat vt de tranſitu & quiete, aliqua. Plurimum intereſt ad aquæ virtutem ac vitium, quali loco recipiatur, & per quem tranſeat. huc vero eadem pertinent quæ de materia ſinus & oris fontium diximus. Si ſolum, per quod fertur, ſit ſordidum aut purum, petroſum, terreum, D

areno-

Digitized by Google

A arenoſum, limoſum. ſi prope calidas aquas, metalla, concretiue ſucci genus aliquod. imo & ſi, prauorum animalium, aut ſtirpium aliquid in ijs naſcatur, aut degat. quæ non eſt fuſius vt proſequamur. Prætereundum tamen illud non eſt, Auicennam primo Can. f. 2. d. 2. cap. 16. fontanas præferre quæ ſuper lutum fluunt. addit rationem, quod eius ſordes luto adhærent; vnde fiunt ſplendidiores. At hæ, licet forte puriores, vt propoſita Auicennæ ratio perſuadet; ſæpe fœtoris alicuius participes obſeruantur. luti ergo nomine intelligere eũ

B non aliud putamus, quam quod Hippocrates, lib. de aere aq. & loc. qui e terreno colle fontes quærit. quare, ſubdit, id quod lutum vocat, eſſe oportere non fœtidum neque lacunoſum. Adde quod in hac ipſa quærit, vt celeri fluxu fluat, id quo fœtor maxime corrigitur. Sunt hæc igitur, tum in via per quã fluunt fontes, tum in loco in quem recipiuntur, obſeruanda. At priuatim in alueo, ſiue illum ſibi aqua cadens, ſiue ars parauerit, plurimi refert, anguſtuſne an amplus, profundus aut

C ſublimis, multæ an paucæ aquæ capax. In profundo plus aquæ in eius imo ſiſtitur. quæ diutius quieſcens corruptelæ alicuius particeps redditur, non ſecus ac ſtagnantes aquæ. frigiditatis illa etiam & humiditatis & craſſitudinis eſt maioris. minus enim in eam vel Solis radij, vel aeris vis penetrat, quibus coqui & attenuari ſolet. Contra quæ minus profundo alueo recipitur, cuius imum Solis radij acrius feriunt, ſublata ex ea à Solis calore dulciori parte, minus eſt ſuauis. mediocris tum altitudo, tum amplitudo laudatur, ſi ab alueo iugis

D ſit effluxio, magis autem ſi ad alueum per aſpera, confragoſa, prçcipitiaq; loca feratur. quum id certum ſit, per ea, aquarum craſſitudinem, duritiemque, ſi quæ inſit, corrigi: quę non corrigit lapſus per plana & lenia, maxime qui lentus. Sanè autem ad fontium tranſitum id quoque ſpectat, quod eſt illis interdum permare tranſitus. non vno enim loco obſeruatur,

emer-

emergere è mari medio fontes, qui dulces aquas fundant. A
quod profectò vt rarum, ita mirum. Quomodo enim ex eodem vado tàm diſſimilis aquę ortus? & quomodo ab immenſitate maritimę, dulcis non corrumpitur? Verum aliunde, & ex vicinis montibus collibusue, dulcis eſſe originem conſtat. Ex ijs ergo non modo dulcis aquæ continuitas, ſed impetus quoque à ſpiritu aereq; multo commiſto continenter ſuggeritur. ita vt adiuuante etiam aquæ tenuitate, per craſſiorem maris molem integro corpore, viribus, & ſapore, facere ſibi viam poſſit. B

De fontana aqua eſſentia. CAP. XXXVI.

NVnc ad eſſentia tranſeundum, in qua, quod ad ſubſtantiam & qualitates pertinet, quæ de aquæ eſſentia generatim dicta ſunt, eadem in fontibus obſeruanda. Aliqua tamen huc priuatim ſpectant. & horum alia de eſſentia (vt ita dicamus) nempe quæ ſpectãt ad qualitates tum primas, C
tum ſecundas: alia ſi non de eſſentia, ad illam tamen conſectaria: quantitas, perennitas, & motus. Namque de qualitatibus id mirum, aliquos eſſe fontes qui nunc calidi ſint, nũc frigidi. Iouis enim Hamonis fontem interdiu frigidum, noctu feruere author eſt Plinius lib. 2. cap. 103. Sed idem quoq; ait Solis fontem in Troglodytis circa meridiem & dulcem, & maxime frigidum; mox ſenſim tepeſcere, ad noctisq; mediũ feruere, & amaritudine infeſtare. De quantitate autem, quid ſit in cauſa, vt alij aquæ plurimum, alij parum fundant, & alij D
eodem modo ſemper, alij non ſemper, ſed alij certis alij incertis temporibus creſcant aut decreſcant. Inopum enim fontẽ in Delo eodem quo Nilus modo pariterque cum eo creſcere, & decreſcere litteris commendatum eſt: vt etiam in inſula contra Timauum calidos quoſdam fontes cum maris incremento,

A mento, & decremento. Sed & perennitas non omnibus eſt fontibus. quare huius quoque varietatis ratio quęritur. Poſtremoq; quum fontes alij ſtatim atque orti ſunt, quieſcant; alij fluant; & alij valido; alij inualido motu moueantur, dignum ſcitu eſt quid huius rei ſit cauſa: quantumque ad aquæ laudē, aut vitium pertineat multiplex hæc varietas, quam propoſuimus. Age ergo hęc expendamus. Quæ de caloris ac frigoris viciſſitudine ſcribuntur, an quemadmodum fontibus
B optimis accidit, hyeme calidis eſſe, ob caloris in interiora terræ reuocationem, æſtate frigidis ob eiuſdem foras euaporationem; ita Hamonis fons contracto per noctis frigus calore, calet; expanſo interdiu foras, friget? Quod etiam de Troglodytico aiunt, an eadem quoq; eſt nocturni caloris, & diurni frigoris ratio? & hæc eadem mutati quoq; ſaporis eſt cauſa? Quia enim amarus ſapor terrenum, & exuſtum vaporem ſequitur, an hic denſata noctu aquæ ſuperficie non exhalans, ſed in ipſa aqua retentus cum calore, amarore aquam inficit?
C contra rarefacta aquæ ſubſtantia interdiu, cum caliditate, quę difflatur, ſaporis quoque corrigitur prauitas, remanetq; fons, & frigidus, & dulcis? Cur autem fontes alij plus, alij minus aquæ fundant, & alij ſint, alij nō ſint perennes; eſt à ſoli in quo fiunt natura; & à materiæ ex qua fiunt copia atque inopia. Qui enim montes colleſue duriori, denſioriq; ac minus ſpongioſa ſunt materia; minus in illis tum vaporum exſuſcitatur, tum pluuiarum excipitur. Copia autem eſt illis fontibus longe maior, quibus non ab vna cauſa eſt ortus. quum enim (vt
D antea diximus) duplex fontiū ſit ortus, alter ex vapore, aereq; in terræ ſinibus à frigiditate denſato, alter ex humore tum à pluuijs in terram excepto, tum à mari, fluminibus, lacubuſq; per ſubterraneos meatus diffuſo; quorum ortus his omnibus eſt modis, ſunt illi quidem vberrimi: tales autem ſunt ſeptentrionalibus frequentes, quibus, & cauernoſi montes, & niues,

& maria: hi vero etiam ſunt perennes, & ad incrementum A
pluuiarum, fluuiorum, aut mari quibus vicini ſunt, increſcunt; ad decrementum decreſcunt, vt Inopus cum Nilo; fonteſque in inſula Timauo oppoſita cum mari. quibus vero vna eſt in montibus generatio, non adeo quidem vberes, ſed perennes ſunt tamen, at qui à ſola pluuia, minus large fluunt, cum pluuijs augentur, non raroq; ſicciori aeris conſtitutione exareſcunt. Quod erat poſtremum de motu, habet ita res, vt putamus. Quæ cum impetu exiliunt, id ab aere obtinent, quem B
plurimum commiſtum habent: cuius vi non raro ſupra oris, e quo emergũt, altitudinem attolluntur. Contraria earum ratio eſt, quæ leniter ſcatent. quaſi enim ſola naturali grauitate impellantur. Quæ igitur cum impetu, & ſtatim ab ortu fluunt, tenuioris magiſq; aereæ ſubſtantiæ argumentum præbent. maioremq; ad puritatem, ac ſalubritatem apparatum habent: quum ipſas certum ſit, & minus putredini eſſe obnoxias, quæ nouæ aquæ acceſsione continenter mouentur: & ſiquid ſordis in ipſas incidat qua vitiari poſſit, id continuo flu C
xu abduci. His ſi ea coniungantur, quæ de fluxu in varios mundi cardines, atque de aſpectu Solis, & ventorum afflatu paulò antea dicebamus, explicata fontium eſſentia videtur. De eorum autem effectibus nihil eſt, quod præter ea ſtatuamus, quæ de aquarum tum ſimplicium, tum miſtarum effectibus generatim priuatimq; in ſuperioribus.

De fluuiatilibus aquis. CAP. XXXVII.

D

AD fluuios nunc tranſeundum. Quorum quum ex fontibus ſit ortus, aquarum quoq; fluuiatilium eadem generatim ratio eſt, quæ fontanarum. Sicuti tamen flumina priuati aliquid habent præter fontium naturam, ita & fluuiatiles præter fontanas. In quo maxime à fontibus flumina differũt,

eſt

A eſt aquarum colluuies, quam ex multis tum pluuijs, tum niuibus, fontibus, lacubus, ſtagnis, fluuijs etiam, atq; omni genere ſordidarum & aquarum & corporum aliorum, & ex uicinis ripis, & ex longinquis etiam regionibus promiſcue excipiunt. id quod eorum aquas fontanis tanto deteriores facit, quanto, quæ recipiunt, plura, diſsimiliaque magis, & minus ſunt pura. Ita quidem ex materia uaria & ſæpe uitioſa quam commiſtam habent, primum earum uitium eſt. alterum eſt ex aquarum copia. ob quam concepta in ijs frigiditas cruditasque per noctem, interdiu à Solis calore niſi inſigni, nõ corrigitur: ſi uigeat calor, ob ſordes multas quas habet commiſtas, facile putredinis aliquid conquirit. quare neque odoris neq; ſaporis ſunt boni. Sunt illæ etiam frequentiſſime turbulẽtæ: & ſi aſpectu claræ, longe plus tamen quam fontanæ fœculẽtæ ſunt; ita vt calfactæ plus terrenæ ſordis quam illę, maxima ex parte deponant. His, qui reliqua in fontanis penes originem tranſitumq; in ſuperioribus obſeruata adiecerit, in C ſingulorũ fluminum natura cognoſcẽda quam minime aberrauerit: & qui maximorum fluminum aquas minorum aquis abſolute præferunt, à ratione diſſentire intelliget. quum illud certum ſit, flumina, quo maiora ſunt, eo plures diſſimilis naturæ aquas excipere, quales, vt diuinus ſenex ait, diſſident. componere autem diſſidia illa non facile animalium calor poteſt. Fuere tamen, vt refert Auicennas 1. Can. t. 2. d. 2. cap. 16. ex veteribus qui commendarint Nili aquas, fluminis alioqui inter alia maximi. tum ob longum iter, ex quo ſcilicet attenuãtur; tum ob ſoli per quod defluent, bonitatem. eſt enim arenoſum & minime ſordidum. tum quia à meridie in ſeptentrionem illi eſt fluxus: quare à meridiano Sole attenuatę terrenas ſordes deponunt; & frigido ac ſicco aeri ventoq; ſeptentrionali occurrentes temperantur. Sunt vero hæ, vt Rufus apud Oribaſ. 5. med. coll. 3. ait, dulciores quoq;. tũ quarto ob aquarum copiã, ob quam, quia à Solis caliditate etiam inſigni non

immoderate calent; non etiam abſumuntur tenues, & aereæ A
partes. quare non amareſcunt. Ita inter maximorum fluminũ
aquas non temere Niliacæ commendantur. Romani medici
Tyberis aquas ſummis efferunt laudibus, Et is tamen inter cæteros fluuios ac riuos, qui in eum plurimi influunt, Albulas, nõ
longius quam tredecim miliaria Roma diſſitas excipit, ſulphuris & aluminis non leuiter; ſalis vero etiam aliquantum participes; adeo autem fæculentas, vt qui illi immerguntur ſtipites, aut ſtirpes, lapideo cortice obducantur. Sed in vrbe quoque, & fimus iumentorum, quibus innumerabilibus ea ciuitas vtitur; & ſordes variorum generum aliæ; nunquam non B
proijciuntur in Tyberim. Aiunt etiam eas aquas non niſi anni dimidio reddi puras. id quod terrenas partes lentore multo præditas illi commiſtas eſſe plane docet. ita vt ſuſpecta ſint
quæ de earum virtute ſcribunt. Quod enim maximorum virorum, qui illis vſi ſunt authoritate, ſalubres eſſe probant; quæ conſueta ſunt inſuetis minus mala eſſe tantum probant. Et quod longo tempore incorruptæ perſtent, ex alumine fortaſſe eſt cuius acida natura putredini obſiſtit. Nobis, qui Bononię agimus, Rheni aquas Tyberinis præferre merito liceret, C
hic enim fluuius ad Apennini radices in Piſtorienſi Ethruriæ ditione fonte puriſſimo ortum habens, mox riuis aliquot limpidiſſimis ex Apennino itidem ortis adauctus Bononiam allabitur, alieno aquæ genere nullo commiſtus, præter quam Porrectanis aquis, quæ illum triginta quatuor fere abhinc miliaribus non magno riuo ingreſſæ, ſimulque rapido per ſaxa curſu abreptæ, ita franguntur, vt ab ipſis licet aluminis, nitri, D
ſulphuriſque particibus, alieno ſapore odoreue nullo infectus ſalubrem quotidie ſui vſum præbeat. Neq; prætereundus eſſet Addua nobilis Inſubriæ fluuius, licet non maximus, qui ex Lario ortus atq; illi innatans, ductu per ſaxa, & præcipitoſa loca perpetuo, neq; alienis aquis ſordidis vſquam inquinatus Laudem Pompeiam patriam noſtrã alluit, glareoſo & areno-

A ſo prorſuſq; illimi vado, auri ita feraci, vt ex eo nō paruus quotānis ſit cenſus, optimorū autem piſcium alumnus. Eius aquæ ſplendidiſſimę ſunt, alieni omnis vel odoris, vel ſaporis expertes; ſtatera putealibus, quæ tamen etiam optimæ illic & leuiſſimæ ſunt, leuiores. quæ repoſitæ, non multo poſt, etiā non calfactę, tenuioris arenę tantillum deponunt, eo depoſito ſi alio in vaſe reponantur, nihil habēt præterea quod deponant. Sed redeamus ad fluminū aquas. quas quum Auicennas 1. Can. f. 2. ſum. 1. doc. 2. cap. 16. eo magis probet, quo ab origine lon-B gius receſſere; contra Auerrhoes 5. Coll. 38. quo magis abſunt, magis damnat. vterq; tamen rectè, ratione diuerſa. Quo longius diſceſſere, eo, motu agitationeq; tenuiores redditæ, ſunt ſalubriores. Quo minus; eo ſordium minus ſuſcepere. Vtrumq; autē ad aquarum virtutem ſummæ pertinet. Reliquum eſſet de fluuiatilium aquarum effectibus & eorū cauſis diſſerere. Sed ex ijs quæ de fontanis dicta ſunt. quicquid ad horum generatim priuatimq; naturam pertinet, aſſequi nihil C erit difficile. Ad lacuſtres ergo & paluſtres tranſeamus.

De Lacuſtribus aquis. Cap. XXXVIII.

Lacum omniū, ſicut & fluminū, ortus eſt ex fonte aliquo perenni, vno, aut pluribus. Id in ijs mirū, quod, quū nunquam ipſis noua aquarū generatio intermittat, vix tamen vnquā ripas excedāt. Sed emittunt pleriq; flumen aliquod, quo aquæ copia ſubtrahitur, & ſicut à vaporibus ortū habent per ſubterraneos meatus ſublatos etiā in montiū ſumma, in quo-D rum planicie aliqñ reperiūtur; ita per alios itidē ſubterraneos deorſum ad propinqua lōginquaue loca aquarū vberiores ſepe propagines diſtribuunt. Motu omnes agitantur aliquo ex flatibus, qui ab intimis aquarū ſcatebris erūpunt. ijs vero aliqui adeo violentis, vt tēpeſtates maritimis non diſſimiles patiantur. æſtum tñ non patiuntur, vt maria; quod non ea ſunt aquarū craſſitudine, q̄ ad ęſtū requiritur de qua in ſuperiorib,

Alicubi lacus ſalſos, nitroſos, amaros, alieniq́ue alterius ſapo- A
ris eſſe ſatis conſtat. quare & potui prorſum inutiles. neq; illi
hic à nobis diligentius tractandi. Multi dulces in potum ho-
mini vſurpantur, non malo vſu, vt propterea ſuſpicione non
careat, quod Hippocrates eadem quæ & paluſtrium, & ſta-
gnantium ſunt aquarum vitia, æque aſcribat lacuſtribus. qui-
buſcum tamen plurimum eſt diſcriminis. Quum enim la-
cus, perennes, ut diximus, fontium ſcatebras habeant, aſſi-
duoque motu agitentur, fluxuque omnino non careant; diſ-
ſimilis prorſum ab ijs naturæ ſunt paludes & ſtagna. quorum B
& collectitiæ ex pluuijs fluminibuſque aut utriſq; ſunt aquę;
& nullus eſt uel motus uel exitus. Sed & uadus his cœnoſus,
limoſuſue; lacubus arenoſus, ſabuloſus, glareoſus. Vliginoſa
quoq; frequenter paludum ſtagnorumq; ſuperficies eſt, qua-
lis non eſt lacuum. qui etiam aquæ tenuitate, leuitate, clarita-
te, odoreq́; ſæpe fluuijs utilibus non diſſimiles ſunt; quales nõ
ſunt illorũ. quare & piſces hi alunt ſapidiſſimos atq; optimos;
illi peſſimos. Quod igitur lacuſtribus cum paluſtribus & ſta-
gnantibus Hippocrates commune facit; quod neceſſario & C
calidę, & craſſæ, & præter optimarum aquarum morem par-
ticipes alicuius ſint odoris, lacuſtribus neque perpetuum eſt,
neq; etiam frequens. imo quum lacus pleriq; motum fluxum-
que habeant, eo auertitur & Solis exuſtio, quam ille pro cau-
ſa affert; & putredo alieni odoris ac ſaporis cauſa, ſtagnantiũ
paluſtriumq́; aquarum aſſiduus comes. Neque etiam lacus
omnes adeo concreſcunt frigore in glaciem, aut perturban-
tur. Itaq; non ſunt quidem generatim lacuſtres aquæ fluuia- D
tilibus bonitate æquales; non illæ tamen prorſus damnandæ.
Earum autem virtus aut uitium ex animaduerſione tum ſub-
ſtantiæ, tum qualitatum, ac reliquarum conditionum facile
intelligetur, quæ de fluminibus, priuſque de fontibus, atque
uniuerſim de aquarum natura antea ſunt explicata. quæ hic
præter rem ſit repetere.

A

De paluſtribus & ſtagnantibus. Hippocratica ſententia expenſio. Cap. XXXIX.

AD paluſtres ſtagnantesque accedamus. quarum naturam & vitia quum Hippocrates lib. de aere, aqu. & loc. fuſe proſequatur, expēdere quæ ille ſcribit operæprecium eſt. „ Eas ergo æſtate calidas, & craſſas, & odorem habentes eſſe „ ait. prætereaq; eiuſcemodi, quæ, quum non fluant, nouo au„ tem imbre ſemper augeantur, atq; à Sole exurantur, neceſ„ ſario coloris ſint praui, & bilioſæ. hyeme vero glacie cōſtri-
B „ ctæ, & frigidæ, & perturbatæ ob niuem & glaciem; ita vt pi„ tuitoſiſſimæ ſint, & ad raucedinē inferendam efficaciſſimæ. Quibus, quod primum, æſtate calidæ ſint, in cauſa eſt quies, ob quam caliditas à Sole ac putredine inducta confirmatur: vt contra in ijs quæ mouentur, noua aura, atque aere ſubinde ex motu excitato caliditas quaſi flabello abigitur. Ab eadē craſſitudo eſt. Quum enim ex imo, & à Sole, & ſponte nunquam
C non in aquas eiuſcemodi, terrenæ partes, craſſioresq; halitus trahuntur; quos attenuare ſolet motus, eos quies craſſefacit. Ineſt illis etiam ex putredine quieſcentium aquarum aſſecla, odor, non ille quidem bonus, ſed qualiſcunq; ſit, in aquis, quibus in potu eſſe vſus debet, importunus; vt qui illas minus ſimplices eſſe docet. Quod ſubdit coloris eas eſſe praui, & cauſam affert quia non fluunt, ac nouo imbre ſemper augentur, & à Sole exuruntur; nihil quidem dubium eſt, ex Sole quoque trahente ab imo in ſuperficiem ſordidas partes atque halitus,
D tenuiores autem diſſipante, colorem aquarum vitiari, quia vitiatur etiam ſubſtantia. At non minus tamen ſitæ opacis locis aquæ alieni coloris fiunt: vireſcunt enim. vt propterea nō ſit vitiati coloris per ſe cauſa, Sol; ſed quies. Minus autem id efficere poſſunt frequentes, quos ſubdit, imbres, qui potius nouitate corrigunt vetuſtatem. Hæc de natura. Quod de-

hinc de effectibus has aquas ſcribit biliofas, obſcuram habet cauſam. Quomodo enim aqua frigidæ atque humidæ naturæ corpus in calidum ſiccumq; humorem vertatur? Verum quæ putria ſunt, non ſunt caloris ſiccitatiſque alienæ expertia. hoc vero aquarum genus putredinis calorisq; tum ex putredine, tum ex Sole eſt particeps. vt propterea prompte in bilem, æſtiuo præſertim tempore, & calidiori in iecinore, aut ventriculo qui bili ſcateat, degenerare poſſit. habet id etiam aquarum genus inſignem craſſitudinem, ob quam hypocondrijs anguſtioribusq; venis hærere facile poteſt. quare prohibito difflatu, ad putredinem nouam concipiendam, atq; ſi incaleſcere accidat, ad gignendam bilem pro tenuiori ſui parte tenuem, pro craſſiori craſſam, magnum habet apparatum: nō temere igitur id ſcribit Hippocrates. quamquam à craſſitudine illa, vt in pituitam quoque & in atram bilem tranſeat, non difficile eſt. Vnde & duri ventres & magni ſplenes, & alia vitia, quorum proxime ille ipſe author meminit. Quod ſubdit eaſdem hyeme glacie conſtrictas & turbidas, ob niuem ac glaciem pituitoſiſſimas eſſe, atque ad raucedinem inferendā efficaciſſimas; apertam habet rationem. Concreſcunt illæ glacie facillimæ ob quietem, & caloris ab aquæ imo penuriā. atque vbi diſſoluitur glacies, euaneſcentibus tenuioribus partibus, quod ſupereſt, craſſius, grauiuſque eſt. Merito igitur aptiſſimæ ſunt ad gignendam tum craſſam pituitam plurimam; tum, ob terreas ſordes, quas multas commiſtas habent, raucedinem; vt pluuiæ quoq; aquæ. Ex pituita autem craſſa nihil dubium eſt, vbi illam calida viſceris alicuius intemperie exſiccari accidat, eius humoris plurimum gigni, (ex quo & ſtrumæ & lienum tumores) quem atrum vocant. Eius tamē humoris mentionem prætermiſſe dixerim, vt neceſſario conſectarij ad craſſæ pituitæ exaſſationem. qui enim huius humoris ex illo ob colorem ortum eſſe poſſe negat, refellit quotidiana obſer-

A B C D

A obſeruatio,qua,vt lienes ex aquę potu intumeſcere videmus; ita pituitam quæ proxime ex aqua fit, in eo ipſo viſcere, ſiue quia cum atro humore,qui in illo exundat,commiſcetur,ſiuę quia ab eius calore exuritur,in verum atrum humorem verti- „ fateri cogimur. Subdit bibentibus,ſplenes ſemper eſſe ma- „ gnos & plenos, ac ventres duros & tenues, & calidos: hu- „ mores vero & clauiculam & faciem attenuatam: in ſplenem „ enim colliquari carnes,& propterea graciles reddi. Quibus non inaniter illis ea vitia tribuit, ſi bibantur. quamuis enim

B aquarum prauitas,quomodocumque in vſum veniant,homini noxia ſit;quia tamē alio omni modo quam potu aſſumptæ tum minori copia, tum caſtigatiores ſumuntur, minus lędūt. fere enim præter potus vſum, vel alijs cibis commiſtæ earum vitia corrigentibus; vel coctæ ſumuntur.coctione autem tum craſſitudo,tum reliqua vitia ſi non abolentur, caſtigantur tamen; propterea lienes & magnos & plenos earum potu euadere, rectè notat.ſcilicet lienis ſubſtantia laxior eſt, quæ inu-

C tiles ſuccos aliunde facile admittit; & id etiam viſcus ob laxitatem minus firmo naturalis caloris robore; ita vt quod in ipſum, ſiue vt alimentum, ſiue vt excrementum fertur,minus vel concoquat, vel diſſipet. hinc fit, vt leui negotio non ex craſſis modo aquis, quales ſunt de quibus agimus;ſed ex ampliori & tenuiori & diſcoctarum vſu facile intumeſcat. quod illi ſciunt,qui in febribus plurimo earum potu ſibi indulgent. In quo autem lienem non modo magnum,ſed etiam plenum fieri ait, reſpicit in magnitudine, totius ſubſtantiæ molem; in

D „ plenitudine, meatus. Addit τὰς γαστέρας, ventres quoq; ea- „ rum aquarum potu reddi & duros,& tenues,& calidos: hypochondria tota,vt puto, ſignificans.nempe,quæ & meſaraicis venis,& iecore,& liene,craſſo eo ſucco infarctis tactu dura ſentiuntur. Sunt autem tenuia quoque,& calida. calida ingrato calore, qualis ex putredine obſtructionum comite: te-

nuia vero, gracilia: quales humeros quoque & clauiculas, & faciem eſſe ait. alimentis enim prauę aquæ ſucco infectis, corpus vniuerſum male nutritur, & tabeſcit. gracilitas autem primum ſe prodit in thorace, excarni, cæteriſque corporis partibus graciliori, maxime ad clauiculas & anteriorem partem, cuius muſculi ſunt exiles. Et eſt hoc quidem in omni tabe, corpori vniuerſo commune; maxime autem faciei, vt quæ inter cæteras minime carnoſa eſt. Sane autem, quod ſubdit, has partes ob id graciles fieri, quia in ſplenem carnes colliquantur, improprie quidem eſt, ſed non abſurde; quaſi quod alimentum, quod in reliqui corporis vſum cedere oporteret, totum in lienem effundatur: non illi diſſimile, quum fiſco lienem aliqui comparantes aiunt, quemadmodum tota Ciuitas diteſcente fiſco depauperatur; ita liene tumeſcente corpus reliquum gracileſcere. Non eſt tamen lienis tumor ſolidum, vt fiſci, incremẽtum. neq; dici poteſt ipſum quia intumeſcat, melius nutriri: qui, non ſecus ac reliquum corpus, excrementitio ſucco repletus humoris ad alẽdum opportuni eſt inops. A B

„ Iam vero, quibus huiuſcemodi aquarum potus eſt, eos & „ edaces & ſiticuloſos eſſe, par eſſe ait. quod obſcurum eſt. quia contrarias cauſas ſitis atque edacitas ſequuntur. ea caliditatem & ſiccitatem; hæc frigiditatem, nunc humiditati cõiuncta, ſi ſit ex acida pituita; nunc ſiccitati, ſi ex atro humore. aquis autem ijſdem contrarias ineſſe facultates non reſpõdet rationi. Verum; an frigiditas, quæ per ſe aquæ eiuſcemodi ineſt, acidæ pituitæ aut etiam atri humoris cauſa edacitatem parit; ob putredinem autem, eo nomine, quo bilem quoq; eiu- „ ſcemodi aquæ accumulant, ſitim excitat? Subdit τὰς κοιλίας „ ξηροτάτους, ventres ſiciſſimos habere, tum ſupra, tum infra; „ ita vt medicamentis fortioribus egeant, hunc vero morbũ „ eſſe familiarem, tum æſtate, tum hyeme. Quo loco quam cauſam hæc ſiccitas habeat, & cur morbum appellet, non ſa- C D

tis pa-

A tis patet. Quod enim aquarum genus pituitoſiſſimum antea dixit, & diſtillationibus procreandis aptiſſimum, quomodo ſiccitatem alui pariat? Et ſi hæc alui aſtrictio familiaris eſt, & eſt ſymptoma; quomodo ſit morbus? Sed craſſa ac lenta pituita, & vomitu difficile redditur; & inhærens inteſtinis reliquiarum cibi deiectionem remoratur inſtar glutinis. vt propterea nõ niſi detergente valido, à loco cui inſidet, auelli poſſit. ſecus eſſet à tenuiori pituita. cuius exundantia ariditas æ-
B ſtate corrigitur, & augetur hyeme. A pituitæ igitur craſſitudine hoc malum eſt, quod morbum appellat veterum more, quicquid homini moleſtiam ac triſtitiam infert, vocantium
„ morbum, vt in libro de flatibus notatur. Ad hæc autem his
„ hydropes plurimum fiunt, & ij lethaliſſimi. æſtate enim dy-
„ ſenteriæ multæ accidunt, & diarrheę, & quartanæ febres
„ diuturnæ. hi autem morbi producti eiuſcemodi naturas in
„ hydropes deducunt, & interimunt. & hæc quidem ipſis æ-
„ ſtate accidunt. Hyeme autem iunioribus peripneumonię
C „ & furibundi morbi. Senioribus vero ardentes febres pro-
„ pter ventris duritiem. Si aquæ paluſtres, & ſtagnantes ſunt (vt hactenus docuit) tum biliosæ, tum pituitoſæ; habentque qui ijs vtuntur ſplenes tumidos & duros; & ſunt edaces, ac bibaces, atque aluo aſtricta; non immerito eiuſcẽ naturæ hominibus à prauorum omnis generis excrementorum copia ob ſiccitatem alui retenta in corpore, tandem diarrheę, dyſenteriæ, ac quartanæ febres accidunt. quarum contumacia ac diuturnitate, viſcerum quæ nutritioni dicata ſunt la-
D befactato calore, hydropes accidunt omnis generis, & ij, ob virium, quæ in calore ſitæ ſunt, languorem lethaliſſimi. hi vero æſtate, quando, & externus calor humores fundit, & liquat, & interior ab exteriori caliditate foras diſtractus minus intus viget, minuſque valet coquendo.
„ Fiunt ergo his hi morbi generatim æſtate. At hyeme

„ iunioribus ait, & peripneumonias, & furibundos mor- A
„ bos fieri; ſenioribus vero ardentes febres ob ventris duritiem. ſcilicet, quibus ob aluum aſtrictam inutiles ſucci qui quotidie ex alimentis fiunt, quotidie non excernuntur, congeſta per multum tempus excrementa tandem in eas partes irruunt, quę minus reniti aptę ſunt. eiuſcemodi autem eſt pulmo laxa fungoſaq; ſubſtantia, & ob eam ſemper patens fluxionibus in iuuenili ætate calidis, in ætate alia frigidis. Rectè ergo iunioribus inflammationes pulmonis accidere ait. ab his vero etiam conſentiente cerebro, fiunt furibundi morbi, vt B
ſubdit. Quod ſeniores ardentes febres incurrere ait, non de proprie ardentibus, quæ ex flaua bile, ſed de improprie ardentibus, ex ſalſa pituita intelligendum. aut etiam ardentes vocat magis quam ætas ſenilis ferat æſtuoſas cuiuſcumq; ſint generis. nempe duplicis putredinis participes, cum eius quæ ex humoribus corruptis in venoſo genere, tum illius quæ ex retentis fęcibus in inteſtinis. Addit alia ex paluſtribus & ſta-
„ gnantibus aquis vitia. Mulieribus (ſcribens, oboriri æde- C
„ mata, & leucophlematiam, & quod in ventre vix conci-
„ piunt, & difficile pariunt. magni autem ſunt fœtus & tumi-
„ di, qui dehinc ex alimento tabidi & deprauati fiunt. purga-
„ tio autem à partu mulieribus non fit vtilis. Pendent hæc omnia ex mala ſanguificatione ac nutritione. cuius ſoboles ſunt tumores frigidi generis varij, tum corpus totum occupans leucophlegmatia, tum ædemata quæ quum varias partes obſidere ſoleant, & qua parte his conſiſtant nõ exprimat, inſiſtere cruribus conſentaneum eſt, quibus à fonte caloris D
maxime longinquis & minime aliarum concoquentibus ſępe inſiſtunt. Et ſunt hæc quidem vitia etiam ſexui alteri communia. ſed ob fragiliorem naturam, muliebri frequentiora. Alia mala mulieribus peculiaria ab eadem cauſa accidunt, quæ ad conceptum partumque pertinent. Ad conceptum

quod

Digitized by Google

A quod vix concipiunt. culpa eſt immoderata vteri humiditas ac frigiditas, cauſa ne in eo retineatur ſemen. Fit ab eadem aliquando mentita conceptio, tumefacto ex flatibus vtero: quem affectum vteri hydropem vocant. Accidit his quoque vt, quum conceperint, difficulter pariant. quod mirum videtur, quum humiditas partus faciat faciliores. Sed pariendi difficultatem facit fœtuum magnitudo, & tumor. cauſa vt vteri os immoderatius extendatur. ſcilicet, vt in hu-
B midiori ſolo plantæ luxuriant, ita in humidiori vtero fœtus. ex hoc autem id etiam fit, vt cui molliori eſſe corpore contigit, licet ab ortu quandiu lacte alitur, & proficiat, & plene nutriatur; mox tamen vbi à mamma disiungi, & ſolidiori cibo vti oportet, tabeſcat; nō diſſimili ratione atque in plantis, quæ ſi humidiori ſolo ortæ in ſiccius transferantur, exareſcunt: ſicco alimento minus facile, vel in ſeipſas attracto, vel concocto, agglutinato, atque aſſimilato. Deprauari aūt et eiuſcemodi fœtum Hippocrates ait. quod idcirco euenit, quia, quū
C molliori ac minus firmo conſtet corpore, prægrauatæ pondere partes, aliæ atque aliæ distorquentur. Addit mulieribus ex eiuſcemodi aquarum vſu poſt partum purgationem accidere non vtilem. Fit vero id, tum ob humorum frigiditatē craſſitudinem, & lentorem, ob quem hærere in vijs ſolent, tū ob corporis frigiditatem, cauſam vt minus pateant meatus, à „ quibus & per quos vteri purgamentis eſt tranſitus. Præter „ dicta mala addit, pueris ramices, & viris variçes, atque in „ tibijs vlcera generari: & huiuſcemodi naturas longęuas eſ-
D „ ſe non poſſe, ſed debitum tempus morte præuertere. Quo loco, ramex quidem ſiue ſit omenti, ſiue inteſtini lapſus in inguem aut ſcrotū, ſiue aquæ collectio, aut adnata caro in ſcroto, non fit ſine peritonei vel ruptione uel dilatatione, quam ſuperflua humiditas peperit. Accidit hoc igitur uitium, ut ſuperiora quoque, ex eiuſcemodi craſſis & coctu ac diſtribu-

tu con-

tu contumacibus aquis. pueris autem frequenter ob mollitiem. A Viris uero uarices atque in tibijs ulcera. uarices à multo craſſoque ſanguine earundem aquarum ſobole: Vlcera autē à ſeroſo putrique humore, quem imbecillus extremarum partium calor concoquere, corrigereq; non poteſt. Quod hos longęua non eſſe vita ait, cauſam habet nutritionem ex earū aquarum vitio irritam. Ita vt quum tot ex earum vſu mala pendeant, quot diximus, præcipuis corporis partibus infeſta, rectè colligat poſtremis verbis Hippocrates, ipſas ad omnia B eſſe pernicioſas.

De maritimis. Cap. XXXX.

FVit maritimarum quoq; aquarum aliquando in dulcium penuria vſus homini in potum, atq; ad coquendos cibos, vt propterea de his aliqua dicere par ſit. Harum alias alijs minus amaras aut ſalſas eſſe plane conſtat. Omnes tamen, quum ex ſubſtantia ſint craſſa, exuſtarum partium C ac terreſtrium plurimum participe, & ſapore ſalſo atque amaro, & fœtenti odore, nihil obſcurum eſt, eſſe ad alendum hominem aut à ſiti vindicandum prorſus inutiles. imo experimēto quoque adeo illi eſſe aduerſas obſeruatum eſt, vt quibus vel ob bonæ aquæ inopiam, vel aliam ob cauſam bibere illas contigit, ventriculi primum perturbatione, mox & immoderata ſupra infraue purgatione ſubſequuta, etiam e vita exceſſerint. at vrget non raro neceſſitas, ita vt dum ijs minori cum periculo vtendi, hominum induſtria ſatagit, non vna D terrenas ſordidaſque ac ſalſas partes ab ipſis ſeparandi inuenta ſit ratio, de qua ſuo poſtea loco.

A

De putealibus. Cap. XXXXI.

Reliquum eſt vt de putealibus, ac ciſterninis aquis agamus, quarum ex pluuijs, fluminibus, lacubus, paludibus, ſtagnis, ac mari materia eſt. Sunt autem putei quaſi latentes fontes, ſed eo à fontibus diuerſi, quod illi proximam ſui materiam habent, ut ſuo loco diximus, uapores; quare in
B ſummis etiam montium planiciebus oriuntur. ſponte etiam & erumpunt, & mouentur. Contra puteales ex aquis alijs per terræ meatus deriuatis ortum habent: quare ea ſoli profunditate oriuntur, quæ eſt ad aquarum à quibus deriuant, libramentum: ita ut puteorũ uadus illarum uado reſpondeat. Non niſi arte etiam hi deteguntur; Neque niſi ab externa cauſa mouentur, hauſtu & agitatu. Quomodo locus ad effodiendum puteum idoneus inueniatur, & quæ ad eius rectã conſtructionem pertineant, fuſe à Vitruuio & Plinio doce-
C tur. quod noſtrum non eſt inſtitutum proſequi. Quum autẽ principiorum ſuorum naturam naturalia quæque corpora retineant, ad putealis aquæ uirtutem plurimum facit, qua nam ex materia ſit eius ſcaturigo, fluuiali, an lacuſtri, paluſtri, ſtagnanti, maritima. tum per quale ſolum tranſeat, & in quali ſit defoſſus loco puteus. atque hæc eodem modo ut in ſuperioribus de fontanis, ſunt obſeruanda. Puteales autem aquæ iure uniuerſim ſtatuendæ ſunt fontanis inferiores; & ob materiam, quam, vt diximus, fontanæ habent aeream, tenuiſſimã;
D puteales aquam craſſiorem, & ſępe ſordidam, ſubſtantiæ ac naturæ minime laudabilem; & quia in illa perpetuo motu & putredinis fomes, & ſordes auehuntur: hæc loco vno concluſa niſi arte moueatur, non ſecus atque concluſus aer, putret. Quam ob rem non iniuria Rufus apud Oribaſ. 5. coll. med. cap. 3. eam damnat, vt quæ pota minus eſcam madefacit, mi-

minus in corpus alimenta diſtribuit, minus ex renibus & veſica permeat. Sunt hæc autem craſſitudinis, quæ illi ex materia & quiete comparatur, effecta. Sed his tamen incommodis conſulitur, tum ſi per ſolum optimum percoletur, & apto ſit loco; tum crebro & verberatu, quo putredo arcetur, & hauſtu, quo aqua aquæ, recens veteri ſuccedit; tum perſpiratu, vt qui in puteo aer eſt, libere difflet, nec corrumpatur, quem concluſum putreſcere, & aquæ putredinem communicate neceſſe eſt. quare ad perſpiratum aperto cœlo puteum eſſe præſtat; profundiorem autem, vt ne Solis æſtiuiq; caloris vim aqua ſentiat. id quod illud quoq; efficiet, vt æſtate ſit frigida, hyeme calida: quod inter optimarum aquarum eſt dotes. Et habet quidem aliquid controuerſiæ, puteos ne magis aut minus profundos eſſe præſtet. hi enim illuſtrari à Sole poſſunt, & puriori ſunt aere. cuius puritas aquæ quoque confert. Sed certum eſt minus profundos, eſſe calidiores æſtate, hyeme frigidiores. quod illis laudem demit. Neque tamen profundis puteis, præſertim latioribus ſi aperto ſint cœlo, vnquã deeſt ab intimo vſque aquæ vado aeris motus. quum, & vnde aqua ſcaturit non ſcaturiat ſine motu; & ille ipſe aeris motus, profundo quoque aeri non deſit, quem à primi mobilis motu habet externus, & ſummus. Adde etiam, quod huic vſui cõſulitur, tum frequentis hauſtus, tum continui ſtillicidij ac verberatus diligentia. Qui ergo putei ſtudioſe fuerint conſtructi & ſeruati, aquas reddent in aquarum genere maxime probabiles, vt ſtatuit Plinius.

A

B

C

D

De ciſterninis aquis. Cap. XXXXII.

PVtealibus affines ſunt ciſterninæ, artis ipſæ quoq; inuenta. ab illis diuerſæ, quod in puteos aquæ, ſponte, vbi excauati ſunt confluunt; in ciſternas arte ducuntur. puteorum

materia

A materia ſubterraneæ ſunt aquæ; harum fere pluuiæ.aliquãdo tamen etiam, vt Venetijs, fluuiatiles; quæ eaſdem in foueas inuehuntur, in quas pluuiæ recipiuntur expurgandæ, & percolandæ. In ciſternis conſtruendis, eadem quæ in puteis diligentia ſi ſeruetur, non ſunt hæ putealibus inferiores; imo etiam ſuperiores ob pluuiæ aquæ tenuitatem. quamquã, quæ excipere & niues & glacies ſolent, & quæ pluuias ex ſordidis tectis locisque habent, minoris ſunt probationis. vt quæ aluos duras facere poſſint; & ſint faucibus inutiles; quod ijs plus li-
B mi, pluſque animalium inſit, quæ tędium faciunt. ac propterea dignæ ſint, quas medici non æſtimarint, vt author eſt Plinius lib. 31. cap. 3. ſunt enim hæ paluſtribus ſtagnantibuſque, & ſubſtantia, & qualitatibus, & pigritie, quare & facultatibus non diſſimiles.

Tranſitus ad vſum aquarum. Cap. XXXXIII.

C ABſoluta aquæ generatim ſpeciatimq; natura, nunc de potabilis aquæ vſu agendum. Qui quum eſſe poſſit vel intro ſumendo, vel foris admouẽdo, de poſteriori, poſtea. Nunc de priori: qui quum ſit duplex, vel ad coquenda alimẽta, vel ad potum; eius nunc vt in potum tantum venit, vſus expenditur. Quæ rurſum quum in potum veniat, nunc ſimplex, nunc miſta, nunc frigida, nunc calida, nunc cruda, nunc cocta. Vniuerſim quomodocumque ea in potum vtendum ſit, poſita eſt vtendi ratio in obſeruatione tũ ipſiuſmet aquæ,
D tum eius qui illa vſurus eſt. quare ſunt hęc duo capita ante omnia aperienda. Itaque in aqua id ſemper curæ eſſe debet, vt talis in ſubſtantia, qualitatibus, copia (adde & tempore, & ordine) deligatur, qualem eius qui vſurus eſt, ſtatus poſtulat. qui quum non ſemper ſit idem, non ſemper etiam qualiſcumque aqua, etiam ſi optima, eſt opportuna.

Sic alicubi Hippocrates, lib. de aere aqu. & loc. quibus ventres molles, humidi, & pituitoſi ſunt, ijs nō dulciſſimas, leuiſſimas, & ſplendidiſſimas, (quæ ſcilicet ſunt optimæ) ſed duriſſimas, indomitas, & ſubſalſas conuenire ait. de qua ſententia poſtea. Nunc autem quum aquarum variæ ſint differentiæ, vt oſtendimus, & aliæ alijs vni vel alteri homini comparatæ ſint ſalubriores; primum quidē quæ in aquarum genere optima cenſeatur, ita vt vniuerſim hominis naturæ ſit aptiſſima, quærendum. tum quia ſæpe optimæ penuria eſt, quomodo in illius defectu ex mala parare liceat non malam, quambreuiſſime videndum. ac tertio, quum illius etiam quæ optima eſt, vſus, nunc frigidæ, nunc calidæ, magis, aut minus, quæratur; quæ refrigerandi aut calfaciendi ſit ratio, aperiendum. Accedendum dehinc ad hominis qui illa vſurus eſt ſtatum, & quæ cui ſtatui conueniat explicandum. A B

Aquæ potabilis optimæ conditiones.
Cap. XLIIII.

C

SI quis ea percurrat, quæ iam antea de aquarum eſſentia, & effectibus propoſita ſunt, facile potabilis aquę optimę conditiones aſſequetur. Præfertur cæteris in primis quæ ſubſtantia eſt tenuiſſima, & leuiſſima. talis Plinio lib. 31. cap. 3. eſt aeri ſimillima. atque ob tenuitatem prompte caloris & frigoris vim admittens facile caleſcit & facile refrigeratur. quare facile etiam coquitur. Et ſi autem Hippocrates 5. aph. 26. aquam ſcribens quę celeriter calet & refrigeratur leuiſſimam eſſe, celeris calfactionis & refrigerij cauſam aſcribere videtur leuitatem; vera tamen & proxima cauſa eſt tenuitas. tenuitati autem proxima eſt leuitas. ob leuitatem vero non eſt grauis; tum ventriculo, vt interpretatur Galenus; tum ad ſtaterā. nempe quæ hoc modo leuiores ſunt, ventriculo etiamnū ſunt D

leuio-

A leuiores. Et aquas quidem alias alij eſſe re ipſa leuiores diſſimulat Plinius,ſcribens perrarum eſſe aliquam alia leuiorem: id docent tamen tum ea flumina,quæ in lacubus ſupernatant, vt Abdua in Lario, Ticinus in Verbano, Mincius in Benaco; tum præterea Arabum Medicorum experiméta. ſi quis enim ex lino,aut coto contextum pãnum vetuſtum in binas æquas partes diuidat,diuiſaſq; diuerſis aquis imbuat, mox & valide expreſſas eodem in loco ſuſpendat, vt exſiccentur, eas quidẽ neq; æque cito exſiccari,neq; vbi exſiccatæ fuerint, æque graues obſeruabit.quæ igitur celerius exſiccatur, & quæ exſiccata minus ad ſtateram eſt grauis,aquam,ex qua fuerant imbu-
B ta,minus terreni elementi participem prodit,& meliorem.Eſt & puriſſima,ac ſordium omnium expers.proptereaq; merito. ſubſtantiæ, ſimplici aquæ elemento proxima quare lentore quoq; caret,eo ſcilicet qualis ex ipſa præcipue, vbi ferueſacta refrixerit,ſubſidere non raro, & parietes eius in quo ſeruatur, vaſis,inficere obſeruatur,terrenæ ſordis multæ nota. alioquin
C lentor vnius eſt aquæ proprius,cuius proprium eſt, vt terram agglutinet;ſed non euidens ſenſu. Quæ autem euidentem cum lentorem habent, neq; puræ, neq; tenues,neque leues ſunt. Hypochondrijs autem,imo toti corpori ſunt inutiles. Ad ſubſtantiam putreſcendi quoq; facilitas ac difficultas pertinebat. Quo loco quum corrumpendi facilitas cauſam habent maxime ex qua aqua fit,tum ſorditiem,cum multiplicitatem, ac præterea minus exactam coctionem;de optimæ aquæ natura eſſe vt minus facile corrumpatur, certiſſimum eſt. At
D pluuias tamen aquas cæteris præfert Hippocrates, quas ille ipſe putredini ſcribit eſſe obnoxias. Et hanc illarum ad putredinem promptitudinem,non vitiũ, ſed virtutem eſſe Paulus lib. 1.cap. 50.contendit,quod eſt in libello quoq;de aquis, qui Galeno aſcribitur. An ergo pluuiatilis crudæ id vitium eſt, non cocte,& percolatæ,qualẽ Hyppocrates lib. de aer. aquis

& hoc in vſum vult duci? Et talem Celſus lib. 2. cap. 30. quoq; A
intelligit, vbi cum ijs refert, quæ tarde putrent? Et in diacodij
cõpoſitione eam quęrit Galenus 7. de comp. med. per loc. cap.
2. quum ob id pluuiatilẽ ſumi ait, quia minus putret? Eſt qui-
dem non à ratione diſſentaneum, coctione ac percolatione, vt
puriores redduntur, ita & minus faciles, quæ putredine cor-
ripiantur pluuiatiles relinqui. At qualeſcunq; illæ ſint, eſſe
eas tamen cæteris, vt corrumpantur aptiores, nulla dubitatio
eſt. nempe, quum ex fontanis, fluuiatilibus, ac putealibus non
paucæ in longis etiam nauigationibus perſtent incorruptæ; B
pluuiæ vix in dies paucos, & non niſi crebra coctione ſeruan-
tur. Non eſt ergo in pluuijs virtus, ſed vitium promptitudo
ad putreſcendum, quæ ſi illis non ineſſet, longe eſſent lau-
datiores. merito tamen ab Hippocrate commendantur, ob
tenuitatem, ac leuitatem, & quia ſunt dulces. Ad eſſen-
tiam ſpectant etiam qualitates, tum primæ, tum ſecundæ:
in primis autem frigiditas, atque humiditas. Eſſe ergo, aquæ
optimæ frigiditas debet, qualis in vſum ducta animalibus C
non obſit. quare non ſumma, qualis aquæ ſimplici aſcribitur;
ſed qualem ferre innatus calor poſſit, ab aeris, atq; ignis com-
miſtione moderata. In fontanis, & putealibus, vt hyeme ca-
leant, æſtate frigeant. requiritur. reliquæ aeris ſequi conſtitu-
tionem debent, quum illud laudabile ſit, vt cito caleant, &
cito refrigerentur. potabilis autem aqua optima, poteſtate
refrigerat, atq; humectat. quo thermales maritimæq; à pota-
bilibus diſtinguuntur. In ſecundis qualitatibus, aſpectu co-
loris omnis expers eſt, quæ optima eſt, quia color miſti eſt cor D
poris accidens, aqua vero quo ſimplicior, eo melior. Sicut
autem in miſtis, quæ coloris expertia ſunt dicuntur alba; ita
ſimilitudine quadam aquam quoque albam dicunt. Sed prę-
ter candorem habere debet etiam ſplendorem; vt ſcilicet
aſpectui ſit, ſicut aer, peruia; quam ob rem quum inter
aquas

Digitized by Google

A aquas aliquæ ſint lacteo colore, quia eæ opacæ ſunt, coloremque eum ob terræ albæ commiſtionem nactæ ſunt, improbiſſimæ ſunt. Sint etiam odoris omnis, & ſaporis expertes. ſiue enim grati, ſiue ingrati ſint; alienæ ſubſtantiæ miſtionem ſequuntur. pluuiarum quidem odor malus (de qua re antea diximus) vaporum putrium, ex quibus fiunt, ſequuntur commiſtionem, reliquarum vero concreti ſucci, aut terræ, aut rei alterius acceſſionem. Adde his etiam aſpectum Solis, & ventorum perflatum. quæ enim in meridiem
B fluunt, & ab auſtris perflantur, neque odoris, neque ſaporis ſunt boni. contra quæ in orientem. Ad qualitates mollities quoque pertinet, tactu obſeruata. quæ enim tractatæ manus aſperas relinquunt, licet alioqui in reliquis laudabiles, duræ ſunt, prorſumque extra optimarum cenſum. molliores vero ſæpe terræ alicuius, aut etiam ſucci commercium ſequuntur. Sed has produnt; & ſubſtantiæ craſſitudo, & opacitas, & ſæpe alia. præter propoſitas igitur conditiones mollities, quo-
C que moderata in optima aqua requiritur: temperatæ, loci in quo oritur, & per quem tranſit, & in quo quieſcit, naturæ; temperatique caloris ſignificatrix. Hæc de optimæ aquæ eſſentia. Quod autem ad id, quod eſſentiam conſequitur, pertinet, inter primas bonitatis notas eſt motus: vario ille quidem modo conſideratus in ea, quæ ab aere, atque in ea, quę à terra eſt; in vtraque tamen dignus obſeruatione. In ea, quę ab aere, quia quæ cum tonitru decidit ea, quæ ſine illo, eſt laudabilior. de cuius rei cauſa iam antea. In ea quæ ex terra,
D quia quæ cum fluxu, & eo magis præcipiti eſt, tenuior eſt, minuſque apta, vt putreat. Quod autem ad effectus ſpectat eadem ſitim facile compeſcit, vim ſcilicet, qua refrigerat, & humectat, ventriculi ori altius ob ſui tenuitatem imprimendo. ob hanc vero etiam, atque ob puritatem, prompte, & coquitur, & in corpus vniuerſum diſtribuitur vt alat; nihil re-

tardante, vel craſſitudine, vel lentore, vel frigiditate. quare ea epota, neq; grauantur, neq; inflantur hypocondria. hæc etiam in anguſtiores meatus delata vrinas, ſudoreſq; prompte excitat, nec aluum, aut mouet. aut aſtringit, quamuis ſit aliqua de pluuia, cæterarum, vt ait Hippocrates, optima, dubitatio, quam non deſunt, qui aſtringentis eſſe facultatis dicant. de qua re ſuo loco antea, vbi de effectibus pluuiarum. Inter effectus autem aquæ extra hominem, plurimum ad eius laudes pertinet, ſi animalia plantaſue gignat, atq; alat ſalubres. Illud etiam certum eſt, quæ buffones, quæ ſerpentes alunt, eſſe deterrimas. quum enim alantur ſimilia ſimilibus, quæ aquæ venenatæ naturæ animalia ſeruant, & alunt, habere eiuſcemodi naturæ non parum neceſſe eſt. Conſtat etiam aquas, in quibus legumina durioreſue res aliæ facile coquuntur, tenuiores eſſe alijs, & non aſperas: vt eas quoq; quæ vinum prompte diluunt, de qua etiam re in ſuperioribus.

Ratio aquas malas corrigendi. Cap. XXXXV.

NVnc quando optimarum aquarum non vbique copia eſt, & vbique tamen neceſſarius eſt vſus, quo pacto ex non bonis, ſi non optimam, at talem tamen apparare liceat, quæ non ſit mala, inquiramus. Vetuſſimus aquas corrigendi modus, cuius Ariſtoteles meminit, fuit per cereum vas, bene occluſo ore, immiſſum mari. per eius enim exiles meatus ſe ſe intro immittere tenuiores, & dulces aquæ partes excluſis ſalſis, quæ craſſæ ſunt, & terrenæ. Quod nobis ſemper fuit difficile, obſeruantibus eam eſſe ceræ denſitatem, quæ tenuiſſimi cuiuſque liquoris egreſſum prohibeat e vitrea, aut alterius materiæ phiala, quæ cera ſit obturata. fictile igitur pro cereo, & κεραμινὸν, non autem κήρινον, ſcriptum fuiſſe veriſimile

erat,

A erat, niſi eadem vox paucis verſibus repeteretur. Verum, ſi cerei vaſis experimentum verum eſt, & in eo immiſſo in mare dulcis aqua colligitur, alia fortaſſe ratio eſt quam percolatio: nempe incluſi in eo aeris conuerſio in aquam, maris frigiditate. Quæ ſi vera ratio eſt, vitrea quoq; aut ærea, aut denſioris qualiſcunq; materiæ lagena, mari immiſſa idem fiet. Sed quicquid hac de re ſit, primus ſeparandi dulce à ſalſo modus eſt percolando. Ad hunc is fere alius pertinet, quo tanquam viſco aliquo aquæ ſordes excipere, ad puritatem illi comparā-

B dam aliquibus ſtudium fuit. Sic ex veteribus medicis non deſunt, qui aquæ farinam inijciant, & quod Plinius lib. 24. ca. 1. & lib. 31. cap. 3. alij nitroſas, amaras, & ſalmacidas aquas polenta mitigabant, ita vt intra duas horas bibi poſſent. ita autē in deſertis rubrum mare petentes vtiles eas feciſſe, ipſa etiam polenta veſcentes. Verum quamquam de aquarum ſorditie aliquid hoc pacto detrahi probabile eſt: in ipſis tamen vt farinæ, qui commiſcetur, ſaporis aliquid remaneat, neceſſe eſt.

C imo etiam vt eius ſplendoris non parum pereat, qui aquæ optimæ comes eſt. Præferendi ergo duo alij ſunt modi, qui in problematibus proponuntur ſect. 23. 18. & 20. alter per aquæ calfactionem, alter per motum, id eſt, tum agitationem, tum loci mutationem. vtriq; rationi conſentanei; quum caliditate diſgregatio fiat diſſimilium, & congregatio ſimilium; agitatione autem attenuatio. vtriq; vero ſuccedit craſſiorum partium ſubſidentia, ex loci autem mutatione fit, vt ſubſidētibus ſordidis, & terrenis, in alium locum ſynceriores, & minus ſal-

D ſæ tranferantur, tanto ſemper puriores, quanto ſæpius contigerit vt ſine ſedimento transferantur. Ab his alij duo modi non recedūt, quos ex Rufo Oribaſius docet, prior eſt, vt aqua in fictilibus vaſis elixetur, atq; vbi nocte refrigerata fuerit, rurſum calefiat, alter vt foueę ex altiſſimis locis ad decliues ex ordine fodiantur: coniectaq; in ijs terra dulci ac pingui, qualis ad

Digitized by Google

fictilia facienda vſu venit, per eas aqua ducatur. Subdit ille etiam ex Diocle (Darij ſcilicet Medico) modum quo exercitui cœnoſas prauasq; aquas dicitur expurgaſſe, nempe eos de coquendo ad tertias, iniectis ouorum albuminibus, & argillæ ſemiſextario ſingulis ſextarijs confuſo, mox autem transfuſis aquis. Et tot quidem modis, quum corrigere aquas veteres ſtuduerint, non id tamen placet, quod Diocli, vt coquantur aqui ad tertias, & minus quod Plinio lib. 31. cap. 3. vt ad dimidias, quum ſatis apertum ſit, multa decoctione, quod aquis tenuiſſimum ineſt, abſumi, ita vt large calfieri eas tantum ſatius videatur, id quod eſt ſatis ad crudas craſſasq; partes coquendas, & attenuandas; ad rarefaciendumq; ac tenues à craſſis ſeparandum, nempe vbi refrixerit tenuiores partes ſuperiorem locum tenent, quæ ſine agitatione, & ſola inclinatione vaſis, in alterum vas dehinc transfuſæ, ſunt lõge quam prius meliores. Sane autem præter propoſitos aquæ corrigendæ modos, vtebantur veteris etiam colis, nunc ſimplicibus, nunc duplicibus vel triplicibus de qua re ex Athenæ Oribaſi⁹ 5. med. coll. cap. 5. ſunt vero, & duo alij non contemnendi per diſtillationem; tum rudem, quam per filtrum vocant; tum artificioſam, vi ignis. Prior eſt per laneam lineamue linguam aquæ immerſam, quam per ſtillicidia ſeu ſtacta intellexiſſe Atheneum arbitror, per hanc tenuiſſimæ tantum ac leuiſſimæ aquę partes relictis craſſis, & grauibus, in ſubiectum vas aliud ſtillant; ita vt ex Lymphato vino ſola eliciatur aqua, ſuperſtite vino. Poſterior iam nulli non cognita eſt, per ſublimationem nuncupata, quanquam hæc niſi balneo, & moderato igne, & à perito viro fiat, raro eſt ſine aliquo igneæ effumationis veſtigio.

A B C D

Aqua

Digitized by Google

A *Aquæ refrigerandæ modi.* Cap. XXXXVI.

QVod ſi in curandis morbis frigidiori calidioriue aqua ſiue ad potum, ſiue ad externum vſum aliquem ſit opus; ſi talis deſit, quomodo illi quam habemus, frigiditas caliditaſue comparari poſſit, videamus. primum autem quomodo frigiditas. Galenus 4. in ſextum epid. 10. tres docet modos. Primus erat, Aegypto vulgaris, aquam antea calefactam, in
B teſtaceo vaſe ad feneſtram vento aduerſam, Occidente Sole ſuſpendendi, vt ibi per totam noctem refrigeſceret, quam dehinc auferebant ante Solis ortum, & humi aqua aſperſæ deponebant: frigida folia toti vaſi circumponentes, vt acquiſitum frigus diu ſeruaret. Et quidem quod hic aqua prius calefacta ſumitur, reſpondet rationi. quod in ipſam calore rarefactam frigus celerius atque altius ſubit. An vero igne, an etiam ſole calefiat, nihil intereſt. Sed morem fuiſſe exponendi
C di calido aeri, docet Athenęus ex Proſagoride lib. 3. cap. 21. vbi in Antiochi regis nauigatione refrigerādæ aquæ hoc fuiſſe artificium ſcribit, vt interdiu aprico aeri, noctu vero (prius tamen excolatam) ſub die in fictilibus hydrijs in altiori domus parte exponerent: per totam dehinc noctem vaſa exterius irrigantes; moxque in diluculo, ſubtracta rurſum fœce, inter paleas collocantes. Hæc quum ille author ſcribat, non modo aquæ refrigerandæ modum docet; ſed etiam (quod præterit Galenus) rationem qua purior & ſanitati aptior red-
D datur, in eo quod de fœcis ſubtractione & percolatione meminit. Quod autem addit de repoſitione in paleis, in eius locum Galenus frigida folia vaſi toti circumponit. pertinet autem hoc ad frigiditatis conſeruationem. licet. n. neque paleis, neque qualibuſcumque folijs inſignis actu ſit, vt in frigidiori aqua, frigiditas: poſtquam tamen ab eius frigidæ vicinia, ipſa

quoque frigus cõceperint, ſeruare illius poſſunt frigiditatem, arcendo ambientis aeris calorem. Alter erat refrigerandi modus, idem vas in puteum aut torrentem immergendo bene quidem operculo munitum, ne quid aquæ ſubeat; ſed aliqua tamen parte inane, vt aer incluſus refrigeretur, idemque aquam viciſſim refrigeret. Tertius niuem (ſi eam habeamus) vaſi circumponendo. His ad primi imitationem accedit quartus alius, cuius meminit Plutarchus, 7. ſympos. 5. ſi vas illud in puteum demiſſum non immergatur aquæ, ſed in aere ſuſpendatur. ſit autem aqua calida, vt antea: adde, & vas ſine operculo. refrigeſcit enim. Et quintus non diſſimilis tertio, ſi glaciem habeamus, illam vel circum, vel ſupra infraue, aut alio quouis modo prope vas ponendo. Et alius, quo ſiſtitur vas in frigido quouis loco, ſiue ſpecu, ſiue cella ſubterranea, quam Sol non attingat. Hunc modum non prætẹrit Athenęus, lib. 3. cap. 21. ex Semo Delio ſcribens in inſula Cimolo fuiſſe refrigeratoria loca excauata, in quibus æſtatis tempore vaſa fictilia aqua tepida plena deponerent, poſtea nulla re niuibus differentia ea exportarent. Veteres niuem etiam liquatam bibebant, non per ſanitatem modo, vt apud Atheneum ibidem 2. auct. 37. ſed etiam in morbis, vt ex Celio Aureliano conſtat. in ſyncope enim niuis liquorem dat potui. nunc etiam glaciem vino immergunt. Hactenus refrigerandi modos recenſuimus. quorum aperta eſt ratio cur refrigerent. à frigidi enim vicinia, quæ frigida non ſunt refrigerari nihil eſt mirum. In eo tamen, quem de ſuſpenſione in aere putei diximus, aliquid eſt dignum ſcitu. Nempe, ſi aeris illius, qui in puteo, frigiditas ab aqua eſt; vnde ab ea non adeo frigida, vaſis aqua tam inſignem recipit frigiditatem? Verũ ab aquæ putealis frigore, non aer ſolum puteo contentus, ſed & putei parietes refrigeſcunt. qui ob denſiorem materiam frigus adeo tenaciter retinẽt, vt ab ijs, & aerem putei, & vaſis,

atq;

Digitized by Google

A atque aeris, & aquæ in eo contentæ corpus, ſupra aquæ putealis frigiditatem refrigerari, non ſit mirum. Sunt & alij præter propoſitos modos duo, quorum quum abditę ſint cauſæ, digna res eſt in qua paululum immoremur. prior eſt Plinij lib. 31. cap. 3. qui aquam tactu gelidam fieri pollicetnr, ſi expreſſa in altum, aut e ſublimi deiecta, verberatu corripiat aera. Hoc vero difficile eſt. Quid enim refrigerat? Non aer, natura minus quam aqua frigidus. Non motus, quem calfacere etiam in aqua vulgatiſſimum experimentum eſt, quo, quæ
B frigidior eſt, ne iumentis pota abſit, agitatur. Sed priuata hęc eſt Plinij obſeruatio, vt puto, in frigido & opaco loco. in quo, ſi aqua minus frigida de ſublimi deijciatur, aut in ſublime exprimatur, ab aeris illius frigiditate refrigerari poſſe, valde probabile eſt. at abſolute, ab aere qui hanc aut ſimilem aliam refrigerantem cauſam glaciei, niuis, aut ventorum ex glacialibus niuoſiſue locis flantium non habeat, quomodo gelida fiat, non aſſequor. Alter modus eſt ex nitro & aqua:
C tum maritimis nautis; tum principum aulis, vbi nix & glacies deſiderantur, frequens, atque euentus certi. commiſcent enim nitri partem vnam cum aquæ quatuor. & vbi diſſolutum illud eſt, quicquid in ea aqua immittitur, friget vt gelu. Hoc autem quomodo fiat, obſcurum eſt. Calidum enim & ſiccum tertio ordine eſt nitrum. à quo propterea effectus, non frigiditatis, ſed inſignis potius caliditatis eſſent expectandi. Verum, an quia nitrum actu frigidius eſt, propterea aquam magis refrigerat, ipſi minus
D frigidæ permiſtum? At non ea in nitro tactu percipitur frigiditas, quæ aquæ ſuperet frigiditatem. An nitro, tum quia aqueum, tum quia calidum, tenuiſſima eſt ſubſtantia. ob id in intimum aquæ corpus penetrans ab ea foras frigiditatē trahit? Nihil minus. quia per omnē aquæ ſubſtantiā permeans in omnem eam æque agit. ita vt non ab internis

modo

modo ad externa; ſed contra etiam ab externis ad interna frigiditatem concitet, partes omnes æque frigidas reddens. An potius, quia nitrum, vt calidũ eſt, inſtar calcaris vim dat aquæ agendi quicquid poteſt? poteſt autem aqua plurimum, quum natura ſit frigidiſſima? At quum tanta nitri moles aquæ cõmiſceatur, ipſum non minus ſuas vires exerere, quã alias promouere, rationi conſentaneum eſt. An huius frigiditatis cauſa eſt antiperiſtaſis? quia à nitro calidiori aquæ frigiditas intro impulſa foras dehinc maior prodeat? At in antiperiſtaſi quod pellit non illi cõmiſcetur, quod pellitur. hic autem permiſto cum aqua nitro, eorum quoque qualitates permiſcentur. Neq; etiam calfaciendi facultas. quæ eſt in nitro, contraria eſt frigiditati actuali, vt aiunt, quæ eſt in aqua. Quid igitur? An hic effectus aquæ corpulentiam ſequitur? Redditur enim craſſa & denſa nitro commiſta. quare ſicuti in ignito ferro calor acrior eſt quam in accenſa palea, ob denſitatem; ita in denſiori aqua frigus magis viget, quam in non denſa. At craſſitudini quidem & denſitati plurimum hac in re tribuendum eſt; ſed alia fortaſſe ratione, acutius. Aqua frigiditatem illam inſignem ſenſim conquirit, dum illi nitrum ſenſim commiſcetur. commiſcendi autem modus eſt, vt lenta primum, mox crebra & celeri circumductione ligneę ſpathę agitetur. In circumductione illa, dum diſſoluitur nitrum, aer etiã, quo aquæ ſuperficies, & conſequenter intima ſubſtantia caleſcere ſolet, amouetur & euaneſcit, nouo aere ſubeunte, qui non ita calidus eſt ob excitationem & cum eo commiſtionem vaporum ab aqua, qui non ſunt calidi. Fit ergo id ex aqua & nitro miſtum corpus frigidius. Fit vero & denſius & craſſius. vnde noui in ſe aeris calorem non admittit. At ſingulis elementis inſitum eſt, vt, ſi à contrario non oppugnentur, maiores vires ſumant, & exultent. In illo igitur miſto corpore, aqua, prohibito inimicæ caliditatis ingreſſu, vires conquirens maiores

ad

A ad ſuum ſummæ frigiditatis gradum redit. Verum, dixeris, ſi craſſitudini denſitatiq; aſcribi hoc opus debet, quocumque igitur ex concretis & aqua liquabilibus ſuccis, quale ſal, calcanthum, alumen, aquæ permiſto, idem frigiditatis effectus ſequetur. Arbitror ſuccos reliquos non tam prompte aqua diſſolui, vt nitrum. modus autem ad id frigoris culmen perueniendi eſt, vt prohibeatur aeris ambientis calidi in intimam aquam ingreſſus. hoc vero non fiet, niſi celeri circunductioni cita quoq; eius materiæ diſſolutio, & celeris aquæ incraſſatio
B accedat. Sane alios quoq; refrigerandi modos habemus ex veteribus. Namq; & glaream & laminas plūbi ductiles aquæ iniectas eam reddere frigidiorem Plutarchus 6. Sympoſ. 5. ſcribit. & Plinius etiam ex Pythagora lib. 24. cap. 13. & 27. plantis quibuſdam hanc vim tribuit, nempe flori Aquifoliæ arboris, & Coriaceſię ac Callicię. Sed de plantis ſua ſit apud authorē fides. Quod vero de glarea Plutarchus, illi nō rńdet ſenſus ptinacius quidē glarea, quia denſa eſt, frigus, vbi id ex-
C cepit, ſeruat, ſicut ēt calorem, at eius tñ in qua eſt, frigiditatē, non intendit. Sed neq; eius problematis, quam affert rationē, admittunt Peripatetici; glaream quia plurimum in ſe aeris cō tineat, refrigerare, aerem enim calidum, non aqua etiam cum Stoicis frigidiorem cenſent, quod ſenſus quoq; & ratio docet. Quid vero? Si incluſus glareæ aer frigiditatis eſt author, vbi plus aeris plus etiam erit frigoris, in conſtructo igitur ex pumice alueo ſeruaretur aqua ſummi frigoris, inuento quidem ad frigiditatem aquæ comparandum, de qua agimus, omniū
D facillimo, ſi modo effectus reſponderet. De plumbo non aliam cauſam ſtatuere licet, quam, quæ de glarea. Nam ipſum quoq; ſi Sole feriatur, caleſcit, & quæ per ipſum aquæ ducuntur, non ſunt adeo frigidæ. Sed, & plumbo, & ſuperioribus (excepta niue, & glacie) omnibus, longe maioris ad refrigerandum vſus eſſe poteſt hydrargyrum, quod inter frigida miſta cor-

ſta corpora primas tenet, tactu adeo ſemper frigidum, vt caleſcere non poſſit ſine diſpendio (in aerem enim calfactũ abit,) id etiam ſui frigiditate adeo æſtatis calori obſiſtit, vt dolijs inditum vinum dilutiſſimum, omniumq; imbecillimum ſeruet ab acore. Aiunt qui in Hiſpania diutius egere, Iſpali frequentia eſſe terrea quædam vaſa in quibus ſine vlla arte alia, aqua celeriter inſigniterq; refrigeſcat. Quali autem ex materia ea conſtent, non referunt. Sed, ſi à vaſe eſſet frigiditas, a metallicis quibusq; aqueæ naturæ, & tactu vniuerſim frigidioribus, quam ſint terrea, plus eſſet ſperandum. Verum vt ne à uaſe, ſed à nocturno aere, quemadmodum apud Aegyptios, frigus id comparati credamus, hoc plane demonſtrat, quod ea vaſa ſummis in domorum tectis ſub die locari audimus, quo loco aqua diurno calore qui illic maxime viget, rarefacta, nocturnũ frigus, quod viciſſim excellit, facillime excipit. Sic ibidem Betis flumen interdiu calidum, ad auroram eius eſt frigiditatis, quæ mordeat. A B

Aquæ calefaciendæ ratio. Cap. XLVII. C

AGe nunc ad calfaciendæ aquæ rationem accedamus. Quum calidæ vſus ſit duplex, vel enim ſumitur, vel foris admouetur, quę quidem foris admouenda eſt, parum intereſt quomodo calefiat. non ita quæ ſumenda. At quę ſumitur, vel ſimplex, vel miſta ſumitur. ſimplex autem vel ſeorſum, vbi quis ſolam ipſam bibit, vel cum re alia, vt ſi cum vino aut lacte. miſtam autem eam intelligimus, cũ qua aliquid D
eſt decoctum, vt ſi hordeum, cinnamomum. De ea quæ ſumenda eſt, calfaciendæ ac decoquendę modo, hæc eſt Hippocratis ſententia. 6. epid. ſect. 4. tex. 10. Aqua decocta tum quidem vt aerem admittat, tum vero ne plenum ſit, & operculum habeat. Huius propoſitum eſſe arbitror, docere dupli-

A duplicem coquendi modum. alterum aperto vaſe in quo coquitur, alterum ſine operculo. Nempe coquendi aquam ſcopus eſt, vel ad aliquid vitij ab ea detrahendum, ſiue in ſubſtãtia, ſiue in qualitatibus; vel ad alicuius rei vim illi adijciendã. Dum coquitur, halitus ab ea prodeunt, pro ipſius virtute aut vitio, varij: à praua praui, quos retinere non oportet. in hac igitur coquẽda, vas, in quo coquitur, ſine operculo eſſe oportet, vt in aerem praui illi halitus libere diſſipentur. plenum, an non plenum aqua ſit vas, in ea coctione nihil intereſt. At, ſi

B quid in aqua coquitur, à quo ipſam nouas vires conquirere oporteat; tũc quidem neque ſine operculo eſſe vas debet; ne rei quæ in ipſa coquitur, vapores viresq; abeant in aera: neque prorſus plenum, quia locus non eſſet vapori, qui coquendo excitatur. Hæc igitur docere Hippocratem breui illa, & mutila, & obſcura ſententia facile opinamur, qua de coctione, vi ignis facta, agitur. Eſt tamen & alia calfaciendi aquam ratio, tum feruido Soli exponendo, non importuna ſi in potũ

C venire illa debeat; tum in fimo, aut calce, ad alias potius res quam ad aquam, & ad alios vſus quam ad potum. Ad aquæ eius, quæ in potũ ſumebatur, coctionẽ, veteres æreis vaſis ſubiecto igne vtebatur, quod legere eſt apud Atheneum lib. 3. cap. 21. ex Eupoli. quo modo aqua vix fumoſæ exhalationis eſt expers. longe purior eſt, quæ nunc in phliala vitrea, aut etiam fictili, igni opponitur, caloris reflexu coquenda. & hac etiam laudabilior, quæ ſuo in vaſe immittitur alteri vaſi aquę pleno, ſubiecto igne. quam coctionem in duplici vaſe appel-

D lant. At vero coctionis terminus non ſemper idem. nũc enim magis, nunc minus coquitur. vtro modo coquatur, aptiſſima redditur aqua, vt ſiue frigido aeri exponendo, ſiue aquæ, niui, glaciei, immittendo; ſiue alio quouis ex antea propoſitis refrigerandi modis, refrigeretur. coctione enim fit rarioris ſubſtantiæ, quare & aptior in quam promptius, altiuſque frigus ſubeat.

ſubeat. At vtro modo cocta ſit in potum vtilior, aliquid eſt controuerſiæ. Si rem ſpectemus, Quod coctione poſt caliditatem primum acquiritur, eſt raritas, tum diſſimilium partium diſgregatio, & congregatio ſimilium: qua terrenis grauibuſque partibus deorſum delatis, ſuperiores puriores remanent. fit etiam tenuium partium diſſipatio in aerem, vt effumatio, & aquæ diminutio apertum facit. At, quo diuturnior fit coctio, maior etiam fit tenuium conſumptio, ita vt terrenæ, & craſſæ magis exuberent. craſſitudo autem in aquis vitium eſt. longa igitur decoctio inutilis. Hoc dictat ratio, contra tamen Auicennas torpidos, & craſſioris ingenij medicos vocat, qui coctionem afferre aquæ vitium putant incraſſationis. quum ſemper attenuet, neq; craſſe fieri poſſit aqua. Verum qui eius ſcriptoris diſputationem bene expenderit, eum intelliget non aquam plurimum decoctam illi, quæ minus, ſed coctam crudæ comparare. hanc enim ſi mala ſit, ſublimatione, & deſtillatione corrigi dixerat. ſubdit corrigi etiam decoctione. quam qui damnant, quia per eam tenues partes abeant, ratione quam diximus improbat. qua conſtat crudam aquam coquendo reddi meliorem. At ſi quis plurimam coctionem mediocri compareт, nulla ratio eſt, cur non ſit damnanda nimia coctio, qua tenues partes immoderate effluunt, maiori relicta craſſitudine, ſi non euidenti ad aſpectum, vera tamen, quam alienus ſapor in ea ſuperſtes prodit: & ratio demonſtrat, quum eædem ſemper terrenæ partes in ipſa per decoctionem plurimam reddita pauca remaneant, quæ in ipſa erant quum eſſet multa, ante coctionem.

obſer-

A

Obſeruanda in natura corporis ad aqua potum Hippocratis ſententia expenditur. Cap. XXXXIII.

NVnc, vt de eius ſtatu dicamus qui aqua vſurus eſt in potum, offert ſe Hippocratis in lib. de aere aqu. & loc. ſententia, qua aquas quæcumque ſalſæ ſunt, & indomitæ, & duræ, vt omnes quidem bibant, non eſſe ait bonas; eſſe tamen ali

B quas naturas, & morbos, quibus tales aquæ commodæ ſint. quod poſtea explicat. Qua ſententia tria nobis proponit capita in aquarum vſu obſeruanda: aquæ delectum, ſunt enim malæ nonnunquam bonis ſalubriores: naturas, id eſt, corporum ſtatum naturalem: & morbos, id eſt. eorundem corporum ſtatum præter naturam. His, ſi aerem quoque & capita reliqua addamus rerum, quæ tum neceſſario, tum non neceſſario nobis occurrunt, obſeruatæ in iis quæ aſſumuntur, quæ ſunt, quæ extrinſecus incidunt, quæ euacuantur, & retinen-

C tur, iam ſumma eorum capita poſita erũt, quæ ad aquæ vſum obſeruare neceſſe eſt. Sed de aquarum delectu iam antea egimus. nunc de reliquis. Corpora igitur quum alia ſana, alia ægra ſint; & quæ ſana: alia firme ſane, alia infirme, quæ neutra vocant; de firme ſanis ea eaſdem authoris ſententia eſt,
„ Quicumque ὑγιαίνει καὶ ἔῤῥωται ſanus eſt & valet, (qui ſcilicet
„ præterquam quod actiones conſuetas obit, firmæ etiamnũ
„ eſt ſanitatis) nihil diſtinguere, ſed bibere ſemper eam quæ
„ præſens eſt debere. non diſſimilis Celſi lib. I. cap. I. pronũ-

D ciato, quo ſtatuit ſanum hominem, qui & bene valet, & ſuç ſpontis eſt, nullis debere ſe legibus obligare. Nempe qui tales ſunt, ob innati caloris robur aquas concoquere; &, ſi quę illis ſint vitia, ſuperare facile poſſunt, & ſolent. quamquam nullus eſt, qui ex diuturno prauæ aquæ vſu tandem non lędatur. At in eo qui ſanus quidem, ſed non prorſus firmę ſanitatis, aliud

ſtatuen-

ſtatuendum. Vt autem pateat cui corpori aquæ vſus conueniat, ſpectanda in corpore ſunt temperamẽtum, habitus, ętas, ſexus, conſuetudo, vitæ ratio. Temperamentum ſi à medio recedat per frigidum, aut humidum, aut vtrumque illi potus aquæ, vt vnam, vel alteram, vel vtramq; adauget qualitatem, damno eſt. contra ſi per calidum, aut ſiccum, aut vtrum que, corrigendo eſſe vtilis poteſt. Eſt temperamenti varietas in corpore pro ætatis quoq; ac ſexus, & vitæ rationis varietate. Quamobrem pueris, iuuenibus, maribus, & ijs qui corpus valde exercent, longe magis quam prouectæ, ac ſenili ætati, aut fœminis, aut ocioſis, aquæ potus confert. De habitu, qui graciles ſunt, ſi cum venarum ſint amplitudine, ſunt ij quoq; calido ac ſicco temperamento, & calore acriori: qui propterea aquæ potu adiuuantur. contra quibus anguſtæ venæ. Qui duri & graciles, fului ac nigri, licet humidiori victu maiori parte illis vtendum ſit, quia ſiccis ſunt corporibus; paucus tamen illis eſt calor. quare ob frigiditatem minus illis aptus eſt aquæ vſus. Quibus vero craſſior habitus eſt, ſi carnoſus & denſus, illis caloris quoq; plurimum ineſt, & iuuantur. Si carnoſus & mollis, & rubicundo calore, quia illi humida natura eſt, plurimo tempore ſicciori victu vti conducit, & minus aquæ fert potum. Ita & qui pinguis, quum pinguedo frigiditatem ſequatur. Conſuetudinem autem, naturæ vires obtinere, nihil obſcurum eſt; tantiq; eſſe, vt, licet vel temperiei, vel habitus, vel ætatis, vel ſexus nomine, quia in frigiditatem pendeant, minus aquæ potns conueniat; qui illi tamen aſſueti ſunt, & ferãt, & minus lędantur. Et hæc in corpore vniuerſim conſiderãda. In partibus vero eſt quidem & temperamentum primo loco ſpectandum, quum ſingulę vt ſimili moderato iuuantur, & immoderato lęduntur, ita quæ frigida, aut humida ſunt tẽperie, aquę vſu nõ iuuãtur. Quare neq; neruis, neq; dẽtib. neq; oſſibus, neq; articulis, neque ventriculo, inteſtinis, aut vtero,

A nisi quum calore excedunt, generatim aquæ potus vtilis eſt. Iecinoris vero, lienis,& meſaraicarum venarum alia quoque priuata eſt ratio,in meatuum amplitudine,atq; anguſtia. quũ facile frequẽterq; ſequantur obſtructiones ex aquæ potu,prę ſertim,ſi vel craſſa ſit ſubſtantia, vel ſi frigidior ſumatur. Ad hunc locum ea Hippocratis ſententia pertinet, qua ſcribit. „ Quorum ventres duri ſunt,& apti,vt comburantur, ijs dul- „ ciſſimas, & leuiſſimas, & ſplendidiſſimas aquas prodeſſe.

B „ Quorũ vero molles,& humidi,ac pituitoſi, ijs duriſſimas,& „ indomitas,& ſubſalſas cõuenire,quia reſiccari maxime poſ ſunt. In qua tamen ſententia aliquid eſt obſcuri.Si enim aqua optima,qualem proponit, eſt etiam concoctu facilis,in venas potius,& vrinarios meatus permeabit,non autẽ in ventre mo ram ducet,ita vt aluum ſoluat.contraq; aluum potius ſoluent quæ non cõcoquuntur,& quæ ſalſæ,vt quæ, præter quã quod coctionem ſubterfugientes neglectæ relinquuntur in ventre, ſui etiam ſalſi acrimonia irritant ventrem, ſtimulantq; ad ex-

C cretionem. Verũ ventris durities.hablitaſq; vt exuratur, immoderatam caliditatem ſiccitatemq; ieoris frequenter cauſam habet. Huic igitur occurrit frigiditate ſua, & humiditate aqua,quæ optima ſit,quæ facile & coquitur,& coctione tenuior reddita pauca ducta mora in ventre per meſaraicas venas prõpte in iecur deducitur,contra quam indomitæ,maximeq; ſalſæ, aut ſubſalſæ, aut acres aquæ: quæ, quia terreſtres ſunt, neq; coquuntur in ventre,neq; in iecur tranſeunt, ſed hærent ita,vt non eo tantum nomine,quo ob terreſtrem ſubſtantiam

D non permeant in iecur, illius æſtui non ſuccurrant,ſed etiam tẽperamenti ſui ratione illi obſint,caliditatem ſiccitatemque fouendo,aut etiam adaugendo. Alioqui, ſi vnam aquæ cruditatẽ ſpectemus,ſalſas,& indomitas lõge magis, quã optimas aquas aluum ſoluere,omni caret dubitatione. Ita quidem pro corporũ & partiũ varietate aquę potus nũc vtilis nũc inutilis.

Rerum nonnaturalium obſeruatio in aquæ potu, quæ nobis, & neceſſario, & non neceſſario occurrunt. Cap. I L. A

ALterum erat caput non naturalium rerum, tum earum quæ neceſſario, tum quæ non neceſſario corpori occur runt. Itaq; aeris primum (ad quem & anni tempus, & regio refertur) ratio non eſt ab ea diſſimilis, quæ eſt hominis naturę. vt enim calidæ, ac ſiccæ naturæ non inutilis temperatæ aquæ eſt potus, vel etiam nonnunquam largior. ita calido ſiccoque aere, anni tēpore, & regione. Sic iubet Polybus vt hyeme paucum, & quam meraciſſimum vinum bibatur, vere dilutius, & paulatim, æſtate aquoſum & multum, autumno paucius quā æſtate & meracius. In ciborum autem obſeruatione plurimū intereſt, an cum cibis, an ante, an poſt eos ſit aquæ potus. quū ante cibos non ventriculum modo, ſed etiam iecur, & (ſi mul tum bibatur) aluum totam malefaciat. ſi autem frigida bibatur etiam vſq; adeo refrigeret, vt concoctrice vi euerſa, hydrops frequenter ſequatur. A cibo autem non obſcurum eſt, tum quomodo aliquando. aquæ & multæ & frigidę potus ſit vtilis, crapulam ebrietatemq; diſcutiat excitato vomitu, aut aluo: interdum etiam ſola frigiditate, repreſſis ne in caput lar gius effument, vaporibus, ventriculiq; calore confirmato, ad concoctionem: Tum quomodo ſitim quoq; ſedare ſui frigiditate atq; humiditate poſſit, quæ aliquibus ex caloris in cibos actione à ſommo eſt moleſtior. Eadem ſomnum quoq; non raro conciliat ijs, quos immoderatæ vigiliæ exercent, biliosi humoris vi, aut temperata, aut repreſſa, quæ à ventre in fauces cerebrumq; effumat. Poteſt aquæ hauſtus aliquando etiam aluum laxare, qui ex immoderato iecoris, aut renum calore durior ſit, liquefactis alui excrementis, idq; ſi obita iam in ventriculo ciborum concoctione ſumatur, vtiliter. prius enim ſumpta, ſemicocta alimenta præpropere deturbans malæ nu-

tritio-

A tritionis eſt cauſa. Imo vero laxiorem quoq; ex bile aluũ frigidæ hauſtus aliquando firmauit ſui frigiditate: validius vero etiam, addito punici mali ſucco, refrigerando aſtringendoque ac denſando meatum per quem in inteſtina bilis confluit. Sane autem, quum ſitim frequenter excitent motus tum animi, tum corporis, non exigui periculi eſt aquæ vſus à quocunque motu immoderato. Si animi adſit perturbatio cum metu, & mærore, in quibus fit caloris ſpirituumq; ad interiora contra-
B ctio, aquæ potu calor obruitur, magiſq; ad interiora repellitur tunc vſus alicuius erit, vini modici odorati hauſtus, quo & calor, & ſpiritus fouentur. Si cum ira, exiguus frigidæ potus, ſanguinis feruore compreſſo, irã quoq; ſedat. Sed corporis etiãnum motu vehementi, qualis eſt longum & arduum iter, armorum tractatio, equitatio, curſus, pilæ luſus, venus, tantus aliquãdo in corpore vniuerſo excitatur calor, vt ad eius temperationem non aliud quã frigidæ potio deſideretur. Itaq; aquę præſertim frigidæ potus eo tempore tãti periculi eſt, maximè
C autem ſi ſudores quoq; erumpant; vt nihil ſit pernicioſius. Nẽpe interiora adeo refrigerantur, & frigiditate craſſeſcunt humores, denſantur meatus, & inſitus calor, qui tũc foras diſtractus intus exiguus eſt, adeo ſopitur, vt vniuerſæ naturalis facultatis viribus in ſummum languorem lapſis, periculoſiſſimi accidant morbi, nunc acutie celerrimam perniciem, nunc obſtructionibus in viſcere omni inſuperabilibus genitis. vitam diuturnitate malorum miſerrimam, inducentes. Ad hunc locum balneæ quoq; pertinere poſſunt, quibus humorum ſpiri-
D tuumq; fit in exteriores partes motus, ſimiliter & inſẽſilis difflatus inſignis, aliquando etiam ſenſilis per ſudores euacuatio. vnde frigidæ non raro deſiderium. Eo tempore quum Aſclepiades frigidam inutilem iudicarit, Celſus lib. 1. cap. 3. id in ijs verũ eſſe ait, quibus aluus facile, ac non tuto reſoluitur; quiq; facile inhorreſcunt. perpetuũ autem non eſſe in omnibus, quũ

potius naturale ſit potione æſtuantem ſtomachum refrigerari A frigentem calfieri. quod tamẽ (ait) ita præcipio, vt fatear, ne ex hac quidem cauſa ſudanti adhuc, frigidũ bibendũ eſſe. In qua ſententia conſtat, niſi periculum ſit, frigidæ potu aluum ſolui, aut accedere horrorẽ, id eſt, cum eo febrẽ, ad æſtuantis ſtomachi refrigerium concedere, ſed poſt ſudorẽ. Quę digna ſunt vt expendantur. Cur. n. hæc? An ẽt ſi frigida non conuenit, calida poteſt dari? Itaq; balneo non parũ humorũ præſertim tenuiũ, plurimũ aũt ſpirituũ euacuatur, quod non ſine aliqua fit viriũ iactura. Huic igitur ſi forte accedat ex aquæ potu euacuatio B alia inſignis per aluũ, qualis facile ijs accidere ſolet quib. inteſtina ſunt debilia, in diſcrimine vita ponitur. Solẽt ẽt ex frigore aliqui horreſcere, & horrorem ſequitur non raro febris. fit aũt horror facillime frigidæ potu, refrigerato primum vẽtriculo, tum illi neruoſis muſculoſiſq; totius corporis partib. cõſentiẽtibus Recte ergo in quibus horum, vel vnius, vel alterius, vel vtriuſq; periculũ eſt à balneo veretur frigidã ob virium imbecillitatem, quæ alio tempore fortaſſe timenda non eſt, quum frigida non raro ob id maxime cõueniat, vt aluum, aut vomi- C tum, aut vrinas, vel ſudores ſoluat. Concedit ergo frigidã, vbi ex ea non immineant mala, quæ dixit. Sed cauet ẽt, vbi dari liceat, ne ſudanti adhuc detur. ſcilicet caloris ſpirituũq; reditũ in interiores partes expectans, ad virium conſeruationẽ, atq; ad auertendam repẽtinæ frigiditatis iniuriam. Verum, an hoc tempore, quo tuta nõ eſt frigidæ potio, ſiue ſoluto, ſiue adhuc perſiſtente ſudore, ad ſedandã ſitim dari põt calida? Profecto calidæ potione dum in habitum corporis iã laxum libere, ce- D lerrimeq; permeat, fore vt nouus ſudor excitetur, nihil dubiũ eſt. ſudorẽ aũt ſudori, ſi prior multus fuerit, ſuccedere minime tutũ eſt. Quibus igitur ſudorum ſat prodijt, à calida quoq; abſtinendum. Sitis vero, & inſtaurandarum viriũ gratia, ius aliqđ carniũ, aut certe ex vino offam dari lõge tutius eſt, atq; vtilius.

Obſer-

A

Obſeruatio morborum natura in aqua potu. *Cap. L.*

ERat tertio loco ad rectum aquarum vſum natura morborum obſeruanda. Si illi igitur ſint in intemperie, dulcium (de quibus agimus) aquarum potum, quia frigidæ, & humidæ ſunt naturæ, fore vt ſui qualitate ſimiles augeant intemperies, & diſſimiles oppugnent, nihil dubium eſt. At in
B morbis qui pertinent ad compoſitionem, non qualitate modo, ſed pro ſui quoque ſubſtantiæ varietate vario agunt modo. quare quibus craſſitudo, aut frigiditas, aut vtrumq; vitium ineſt, obſtructiones pariunt. quas tenues & temperati caloris aquæ potius aperiunt. Ab eiuſcemodi etiam aquis, quia difficulter coquũtur, & labefactatur viſcerum calor; non flatuum modo in ventre & generatio eſt, & concluſio; ſed aquoſi præterea humoris redundantia, malorum plurium author, maxime autem cachexiæ, hydropis, colici doloris, & deſtillationis in artus corporis varios multiplicis. Sunt in compoſitione quoque morbi, tumores. qui varijs corporis partibus, tum intus, tum foris accidunt. Qui ſi ſint cum caliditate, omnibus generatim confert aquæ potus; vt inflammationibus: maxime autem, ſi cum ſiccitate, vt in eryſipelate, herpete: Sin cum frigiditate, ſiue ab humore, ſiue à flatu, omnibus eſt aduerſus. Eſt & in ſolutione continui varius vſus. nam vulneribus quarumcumq; partium recentibus, ſiue cum inflammatione, ſiue cum periculo ne ea illis coniungatur, vtilis eſt; vt quo fluxiones non excitantur.

Digitized by Google

A

Dubitationes de aquæ potu in morbis. ac primum, an in acutis ſit ex vſu. Hippocratis locus expenditur.
Cap. LI.

ITa quidem quum de aquarum vſu in morbis ſtatuendum res doceat, ſunt hic tamen graues dubitationes aliæ atq; aliæ, quas præterire non licet. Primumque, quod de intemperiebus dictum eſt, quum in intemperierum calidarum genere ſint febres omnes, in ijs certe eo nomine quo febres ſunt, aquæ potus conuenit; in illis autem præcipue, quæ ex bile; cui maxime contraria eſt aqua. At in acutis, quos tamen omnes cum febri eſſe, pendereque ex bile certum eſt, Hippocrates 3. de rat. v. in ac. 40. nullum aquæ concedit officium, exem- B
„ plo in peripneumonia, in qua, vt ait, aqua neque tuſſim ſe-
„ dat neque ſputum educit, neque ſitim ſedat, ſed amareſcit;
„ atque in eo qui ſit biliosus in bilem vertitur. hypochondrio
„ præterea mala, imo peſſima & biliosiſſima eſt. vires maxi-
„ me labefactans, vbi in vacuitatem venerit. Adde quod lie- C
„ nem iecurque vbi inflammata ſunt, auget. Fluctuat etiam
„ & innatat. tarde enim meat quę ſubfrigida & incoctilis eſt;
„ neq; aluum deijcit, neque vrinas mouet. atque ex eo quoq;
„ nocua eſt, quod ſtercoris ſuapte natura ſit expers. Hęc quũ ſcribat, quia ad inſtitutum noſtrum locus ille maxime pertinet, operę precium eſt totam ſententiam expendere. Et primum quidem, quod vnius peripneumonię exemplo de acutis omnibus idem ſtatuat, mirum eſt. Non ne ardentes & biliosę febres reliquę, quę non ex partis alicuius inflammatione ſunt, aquę potu expugnantur? De ſiti, ſi non aqua ſedetur, at non ſine illa. Oxymeli profecto, & mulſa, ſeorſum ſumpta illam augent. aqua autem ſeorſum non raro ſedat. Quod eam damnat ob amarorem, hoc difficile eſt. quomodo enim D

A cuius natura eſt bili contraria. bilem gignit? Sit vero id etiam in bilioſis; non eſt tamen acutis febribus omnibus commune, neque corporibus. non enim in febre quę à ſanguine, aut cui pituitę aliquid ſit coniunctum, neque in non bilioſo corpore. Quod hypochondrio malum eſſe abſolute ait, in iecore calidiori ac ſicciori, imo & in ventriculo eiuſdem intemperiei, verum non eſt. Quod vires labefactari ſcribit vbi in vacuitatem venerit; obſcuriſſimum eſt. Vacua, κένεα, loca dicuntur, quæ inter coſtas, & ilia. ea ſunt viſcera, & inteſtina omnia, in quæ epota aqua ſemper venit: non ſemper tamen cum virium labefactatione, quas potius non raro, fracta quę in ijs eſt calida intemperie, adauget. Quod addit lienem iecurque ſi inflammata ſint, augeri, de vera inflammatione neceſſe non eſt. quum potius aquę refrigerio cohiberi inflammationem conſentaneum ſit. Fluctuationem autem & innatationem aquę in ventre, quam ſubdit, ſequitur frequenter aut vomitus, aut alui fluxus: Vterq; non raro febrem extinguēs.

C Tarditas vero trāſitus, quia ſubfrigida ſit, & incoctilis; & quia aluum non deijciat, neque vrinas moueat, optimis aquis non conueniunt. quę ſcilicet dulciſſimę leuiſſimę & ſplendidiſſimę ſunt: quas ijs quorum ventres duri ſunt, & apti vt comburantur, in lib. de aere aquis & locis, conducere ſtatuit. Quare neque id uerum, quod aluum non deijciat, neque etiam quod vrinas non moueat; quum optimæ aquæ, quæ & tenuiſſimæ, niſi frigidiores ſumantur (hic autem de ſubfrigidis agit) prōpte in ventre incaleſcant; & vbi incaluere, in venoſum genus prompte diſtribuantur; vnde non vrinas modo, ſed etiam ſudores vberiores earum potu prodire quotidie obſeruamus. Quod ſubdit aquam ſtercoris ſuapte natura eſſe expertem, ob dq; eſſe nocuam, ſuſpectum eſt, nihil enim neceſſe eſt quic- uid eſt ſtercoris expers, eſſe nocuum. falſum vero aquā eſſe ercoris expertem, quum alui excrementa diſſoluendo, alui

Digitized by Google

deiectionem quotidiano experimento promoueat. Ita quidem dictat ratio. Neq; Hippocratem aquam in acutis abſolute damnare arbitrandum, ſed quæ tum ſola, ſine vllo cibo alio, vt à veteribus aliquibus dabatur, vel quæ extra cibos parce, & paulatim datur. Nempe ſola parum habet, quod ſecedat in alimentum: quo fit, vt & corpus ob febris acutiem areſcens, accedente etiamnum inedia areſcat magis; & humores febrili itidem calore incenſi non madefacti alimento, in ignis naturam magis conuerſi, bileſcant magis. At ſi vel præter aquam cibi alij, vel ſi ipſa quoq; cum cibis alijs ſumatur, non corrumpitur, aut in bilem degenerat. & multa atq; affatim epota integris viribus in ventrem delata, eius temperare ardorem poteſt. ſæpeq; ſui copia ipſum irritans, vomitum, aut alui ſeceſſum promouet, cum bilis, quæcunq; illi occurrit, excretione. Adde, quod non de omnibus etiam acutis agit, ſed de ijs in quibus tuſſis moleſta eſt. quorum curatio per excreationem eſſe debet. quæ & actu calida, & poteſtate caloris non expertia præſidia requirit, quibus diſſecentur detergantURq; thoracis excrementa. In his ergo, aqua, quæ eſt poteſtate frigida, nullius eſt vſus: mala vero etiam ſi vel actu frigidior ſumatur, quum frigidum thoraci ſit aduerſum, & eius excrementa reddat craſſiora, excretuq; difficiliora; & tuſſim moueat: vel ſi eius vnius in potum ſit vſus. non enim ſola, vel coctionem poteſt adiuuare, vel ſputum promouere: quæ tamen facit ſi vel fauo mellis in ea macerato, vt in lib. de morbis præcipitur, vel ſi poſt oxymeli, aut mulſam, ſumatur; vt ſcribitur in loco quem tractamus. namque, quæ hoc pacto in undationem quandam patiens excrementi illius, quod oxymelite mulſaq; diſſectum, & à thoracis partibus, quibus erebat iam deterſum eſt, humiditate ſua irrigans ipſum motu excreatuq; facilius reddit. In hoc morborum genere, ſitim thoracis pulmoniſq; inflammatione excitatam,

vnius

mnius aquæ potus ſedare non poteſt. Sedabit excrementorũ illorum euacuatio. quà facta, illud etiam fit, vt frigido aere liberius inſpirato mitigetur eius viſceris calor, & ſiccitas, ſitis cauſa. In hoc ipſo morborum genere aqua, quæ non affatim, ſed paulatim, & pauca datur, facile etiam, ſiue ob bilis commiſtionem, ſiue ob immenſum viſcerum calorem, tum exurentem, tum putredine, quam coniunctam habet, corrumpentem, in bilem degenerat, & amareſcit. fiuntq; hæc omnia in hypochondrijs, in quę primũ recipitur. Ab alieni autẽ & biliosi humoris incremẽto, ſiue is in vẽtriculo, ſiue iecoris, ſiue in cuiuſq; alterius viſceris ſinũ cauitatemq; recipiatur, quis dubitet labefactari vires, corrupto ſanguine ſimul, & ſpiritibus, qui ſunt virium fundamenta, & duces? Reliqua vitia, quę proponit, ipſa quoq; accidunt ſi vel importune aqua ſumatur, veluti (quod ait) ſi quum pedes frigidi ſunt, ideſt, in acceſſionum principio: vel ſi paulatim, & pauca bibatur. qualia non accidunt, vbi affatim, & multa ſumitur; quod tunc irritata ob copiam facultatem, fiunt tum vomitus, tum alui deiectiones, aut etiam ſudores, quibus ſolui ſolet morbus. Hactenus quomodo aquam in acutis damnet Hippocrates. Nunc addendum, quod eodem loco ſubdit. „In acutis, in quibus de „forti capitis grauitate, aut mentis læſione ſuſpicio eſt, dan„dam, vel aquam; vel aquoſum vinum, ſupra quod tamen „aquæ exiguum bibatur, quo vini vis caput mentemq; mi„nus tentet. Qua ſententia vehementes quoq; capitis dolores intelligit Galenus. Sit author librorum de morbis in capitis affectibus nunc aquam mulſam aquoſam dat, nunc aquam in farina craſſa maceratam, nunc etiam vinum album aquoſum. & aliquando etiam aquam ſolam. Vt ex his conſtet, in affectibus quibuſq; capitis, ac partium, quæ in capite ſunt omnium, aquam commendari. à cuius natura parum abeſt aquoſum vinum. Sed hæc ſuo poſtea loco fuſius.

Quando

A

Quando aqua vtendum ſit multa aut pauca, calida aut gelida quod ab Hippocrate proponitur. Vſus calidi potus in ſanis. Cap. LII.

„ SVbdit, in quibus maxime vtendum ſit aqua,& quando
„ valde multa, & quando modica; & quando gelida,&
„ quando calida, partim antea dictum eſt,partim ſuo tempo-
„ re dicendum. Quibus verbis, quum id apertum ſit, fuiſſe veteribus in more, dare potui in morbis nūc calidam aquam, nunc gelidam; & vtriuſque nunc plurimum, nunc exiguum; ad rectam quidem curandi rationem non parum intereſſet noſſe, quando vna aut alia ratione ſit agendum. Quod quum hic author ſcribat ſe partim dixiſſe, partim ſuo tempore dicturum, vbi tamen hoc doceat, non conſtat. digna ergo hæc obſeruatio eſt, quæ hoc loco à nobis proponatur. Itaque de vſu calidæ, nihil dubiū eſt fuiſſe illam veteribus ſanis aliquando in delicijs, tum ſeorſum, tum vino cōmiſtam. ita vt Thermopolia extarent, & exteris & Romanis, in quibus eius non ſecus ac vini eſſet copia. Sed quæ (dices) ex ea voluptas? ſedare illa ſitim apta non eſt, quæ eſt appetentia frigidi atque humidi. Non excitare famem, quæ frigiditate potius quam calore adiuuatur. Non concoctioni auxiliari, quum calorem ventris facultatem diſſoluere potius, quam illi afferre robur, certum ſit. Eſt etiam calidæ potus præternaturam, quum potabiles aquæ maxima ex parte frigidæ naſcantur, qualium & animalibus omnibus eſt potus. Sed his accedat Auicennę authoritas. qui de frigidæ, calidæ, tepidæque aquæ vſu ex propoſito agens, vt frigidam ſanis ob id commendat, quod & appetentiam excitat, & ventriculum firmat, licet neruis & interioribus tumoribus aduerſa; contra calidam eo dānat, quod concoctionem alimentorum corrumpit, & enatare cibum facit, &

B C D

A cit,& ſitim non prompte extinguit,ad hydropemque ac tabẽ corpus diſponit. Addit is etiam,quæ tepida calidior eſt,ieiuno frequenter epotum, ventrem eluere & laxare; atque eius vim debilitare. Verum laborioſa (vt apud Atheneum Alexis) planta homo eſt,contrarijs ſibi vtens quãplurimis. optamus vt placentula adſit candida, & machinamur inde ius illi nigrum. Inſanus eſt in gulæ delicijs homo,& ſenſus voluptaſque non ex re vna omni homini eſt. Vt dulcia aliquibus nõ B placent, ſed amara,ita non frigida ſed calida. vt propterea voluptatis gratia calida vſos eſſe aliquos, non ſit à ratione alienum. Sed etiam non ſecus calida quam frigida aliquibus ſitim ſedat. licet enim maxima ex parte ſiccitati caliditas quoque coniungatur, vnde appetentia frigidi ſit atque humidi: eſt ſiccitas tamen non raro ſine vllo ſenſu caloris. in quo non eſt Platonis 4. de republ. iudicium contemnendum,ſitim nũc cum caliditate,nunc cum frigiditate coniungentis. Famem vero excitat quidem adulterinam immoderata frigiditas in bulymo,& frigida aqua voracem facit. Sed ad naturalem famem adiuuat exacta ciborum in ventriculo coctio, & eorum diſtributio: quam calore adiuuari,nullus merito neget. Nempe calore vniuerſi corporis calor fouetur.& quum aquæ commiſtione attenuentur, fundantur, diſtribuanturq; alimenta; ea magis efficit calida. quæ quum ſit tenuioris ſubſtantiæ, ſolidis cibis per minima confunditur longe facilius quam frigida. Ob eam ipſam tenuitatem promptius quoque in meatus corporis quoſque digeritur quare minus in ventre hæret; vrinas ſudoreſque longe magis promouet, ſæpe laſſitudinis,quæ corpori toti accidit,remedium. Eſt etiam leuior. quare ventriculo atque hypochondrijs minus grauis. At contra facultatem viſcerum diſſoluere ſolet caliditas potius quam confirmare,ita vt ne ipſa quoque calida aqua ſit vtilis ad coctionẽ. Verum hoc vitium eſt tẽporis, non caloris. propterea veteres

Digitized by Google

non tepidam ſed bene calentem bibebant; ita vt non inſulſe is apud Comicum de intenſiori caliditate comburente gutturem conquereretur, Ex quo id etiam plane conſtat, in antiquorum ſcriptis calidam aquam non eam fuiſſe, quæ non eſſet gelida; ſed quę plane calfacta eſſet, vel Sole; uel maxime igne. Id quod ex Aetio quoq; apertum fit, in oculi inflammatione vinum aqua calida temperare iubentis, quæ ſit fumi expers. Adde, ueteribus (quantum puto) per ſecundam ualetudinē calidæ unius non fuiſſe uſum; ſed cum uino; & tunc maxime, quum hilarius uino eſſent indulturi. Qui enim uinum generoſum epotum largius ebrietatem parere, & ad eam arcendā aqua opus eſſe noſſent; intuitos ea, ſi frigida adderetur, cruditates gigni, tranſijſſe ad calidam. & eam expertos minus mali parere, probato conſilio in eius deinceps cum uino miſtione perſtitiſſe. Sic crapulæ gratia fuere illis etiam balneæ. ſicut ætate noſtra ardentis aquæ potus crapuloſis crudisq; eſt frequens: quia calore cruditas ſiue à nimio cibo ac potu, ſiue ſine ullo externo errore, à uentriculi imbecillitate genita, corrigitur. Non infrequens enim eſt obſeruatio, eorum, qui, quū uentris flatibus doloribuſq; ob malam coctionem perpetuo torquerentur, ubi calido uini potu uti cepere, omni prorſum eiuſcemodi moleſtia ſoluti, meliorem multos iam annos; uitam uiuunt. Redeamus ad calidam. hæc uino miſta, etſi eius uehementiam frangit, illud reddens minus calidum, minuſque ſiccum ac generoſum; patefacit tamen ipſius uires celerius, ita ut nihil eo promptius ſpiritus, languidoſque ob illorum diſſipationem uires inſtauret. Sed etiam, quamuis aqua ſeorſum ſumpta natura ſua frigidis partibus, ut antea diximus, non ſit utilis; aduentitio tamen calore adiuta iiſdē partibus fit commoda. Quare Capiti, uentriculo, lieni, inteſtinis, utero, neruis, articuliſque uniuerſim utilis eſt, quibus frigida eſt aduerſa. Non tamen etiam iecinori, & renibus non

condu-

A conducit. iecinori dum caliditate humiditati coniuncta illius calorem fouens ſanguificationem adiuuat; meatusq́; aperiẽs ad promptiorem ſanguinis deductionem confert. renibus vero dum acquiſititia caliditate in ipſos celeriter delata naturalem ſui temperiem frigidam illis altius imprimit. id quod illi eas laudes comparat quas Trallianus ſribit, lib. 9. cap. 4. & 5. igneum calorem renum extinguendi, vt nihil eos adeo recrementis vacuos temperatoſq́; reddat, quo non amplius calculos procreare poſſint, quam tepida aqua ante omnem cibum epota. Quod poſtremo damnabãtur, quia eius naturalis non B ſit potus, neque brutis uſitatus, leue eſt. Non ſunt potabiles aquæ multæ natura calidæ, quarum brutis ſit copia. quæ calidæ ſunt & dulces, eas illa non ſpernunt. quare eorum opera calidarum multarum, etiam non dulcium uſus medicis innotuit: dum aliquibus interdum morbis laborãtia, calidis aquis, ut fortuito occurrere, uſa, conualuiſſe, obſeruatum eſt. Reliqua erat Auicennæ authoritas temperate frigidam laudantis, C improbantis autem & tepidam & calidam ratione uaria. Cæterum aſſiduum aquæ ſolius ſiue frigidæ, ſiue calidæ, aut tepidæ uſum laudare quis audeat? Quæ profecto ſubſtantia humidiori eſt, quomodo non alimentorum concoctioni ſit aduerſa; quæ, ut fiat, eget & diuturna illorum in uentre mora, & amplexu: quem lubricitas aquæ, flatuſque ex ea ſeu frigida ſeu tepida ſeu calida excitati impediunt? Rectè is igitur aquæ unius ſeu tepidæ ſeu calidæ potum damnat, ut quæ non modo ſitim non prompte ſedat; ſed facit & cibi enatatio- D nem ob flatus; unde & nauſea: & corruptionem ob prohibitum complexum; qui circa alimenta, ut fiat concoctio, requiritur. Ad quæ duo ſequi ſolent, nunc hydrops ex aquoſi excrementi affluxu ob malam concoctionem; nunc ex mala corporis uniuerſi nutritione, tabes corporis, quam hecticam uocant. Hæc uero uitia non ex tepidæ modo uſu frequentiori,

Digitized by Google

ſed etiam ex calidioris potu à ieiuno, accidunt. quod, quæ ſola ſumitur, ut alendo inepta, à uentriculo neglecta in aluum truditur: unde & uentris lubricitas eſt; ſuperſtite in uentriculo laxitate, quæ eius firmitati eſt aduerſa. deſantibus enim viſceri cuiq; ad robur opus eſt, non laxantibus. Itaque vitia quæcumque calidæ tepidæuè aquæ tribuuntur, illius ſunt, quũ ſola & plurima, & affatim bibitur; non ſi vino, vel oxymeliti, aut mulſæ, vt ab Hippocrate, vel cibis commiſta interpoſitaue, vel ſi paulatim & moderata copia ſumatur. Atque hæc quidem in ſanis. Quibus non præter rem ſit addere quę Celſus. Si pituita ſtomachus impletur, neceſſarium modo in ieiunio, mo[illegible] poſt cibum vomitum eſſe. Vtilem exercitationẽ, geſtationem, nauigationem, frictionem. Nihil edendum bibendumq; niſi calidum: & quæ Paulus, quibus frigida eſt cũ ſiccitate intemperies, eos calfacere & humectare oportere exercitatione moderata, & alimentis calidis ac humidis, ſomno vberiori, & vini calidioris potu. A B

C

Vſus calidi ac tepidi potus in morbis. Cap. LIII.

SEd & in morbis non infrequẽtem tepidæ ac calidæ vſum fuiſſe, plane ex veterum libris conſtat. Tepidæ autem nunc ad euacuandum per vomitum, nunc ad temperandum. De vomitu, innumera ſunt loca, quæ importunum ſit huc afferre. At cur vomitum tepida excitet, nõ excitet calida, quod omnes aſſerunt, non ita apertam habet cauſam. Quod enim aiunt ventriculo calidam tepida magis eſſe amicam, & quotidiana obſeruatio refellit, qua ventriculum conſtat tepida alimenta iocundius quam calidiora recipere; & ratio, quum tepida temperato in calore homini ſit ſimilior quam ęſtuoſo. Sed vomitũ excitãt quæ ventriculũ ſubuertũt. ſubuertũt aũt flatus. & hos vtraq; quidem tum calida, tum tepida excitat. D

Sed

Sed calida etiam diſſoluit. non diſſoluit tepida. ad vomitum A ergo rectè tepida quæritur, non calida. Neque illum tamen ciet tepida niſi multa. pauca enim neq; ſui ſubſtantia, neque flatibus ventriculo incommoda eſt, vt illum irritet. Quare Celſus lib. 4. cap. 11. in cholera morbo plurimum aquæ tepidæ ſtatim bibere oportere ait, & vomere. & Aetius lib. 4. cap. 50. ad ventriculi cruditatem aquam plurimam tepidam cogi ægrum imperat vt bibat, quo cibi penitus excernantur. Et in exceſſu purgationis à medicamento, idem author ex Oriba- B ſio lib. 3. cap. 118. ijs qui facile vomunt, aquam tepidam multam dat ad bibendum, vt immiſſo digito, aut penna vomāt. hoc vero bis & ter conſequenter faciendo. ex quo loco Oribaſij cap. 6. lectionem in 8. Coll. medicinalium, vbi ad nimiā ex medicamento purgationem ſiſtendam, ſcribit calidiſſimū potum propinandum, corrigendam eſſe, apertum eſt. tepida enim non calida vomitum ciet, vt diximus. 5. Coll. med. 30. Quare hic ipſe author in eadem opere calidam ſi detur in C principio annotationis vt vomitus cieatur, & copioſam & tepidam dandam ait. & ſimili modo, ſi propinetur, vt vehementem & ardentem ſitim extinguamus; ſique vna cum defluxionibus multi acres bilioſique humores in ſtomachum confluant. nempe quod eo tempore ſumitur non ſuperatur, ſed excernitur. ſcilicet debet aqua plurima ſumi, vt non ſuperetur à ventriculo, ſed excernatur. Ex hoc autem loco alius quoque tepidæ vſus apparet, & tollendæ ſitis, & vt diximus, temperandi. Cuius quoque gratia Trallianus lib. 12. cap. 6. D lib. 9. cap. 4. & 5. in tertianæ febris curatione poſt balneum tantum tepidæ aquæ ad bibendum dari iubet quantum æger velit. & in renum calculo ac veſicæ affectibus, vt paulo ante diximus, ſi ante omnem cibum tepida aqua ſumatur, in medio autem prandio frigidam ſorbeant; nihil renes adeo recrementis raucos & temperatos reddere pollicetur, ita ut ad tē-

peran-

perandum atque expurgandum tepida ualeat. Fuit autem ueteribus non tepidæ modo, ſed non calidæ uſus in morbis. Namq; in diaria febre ex ciborũ corruptione nidoroſa, Trallianus dat calidam, ut quæ poſſit partem humorum eluere, abſtergere,& ad inferiorem uentrem propellere: partem vero, ut in corpus etiam diſtribuatur, præparare: & præterea ſpiritum iam ſiccum incenſumq; temperare, & lenire, meatuſque laxiores efficere. Et Paulus lib. 3. cap. 37. quoque in diaria ex inedia poſt balneum conſulit calidam aquam ut bibant. & in ciborum faſtidium ob frigiditatem, præter uinum quod dat uetus ac conditum in potu, & hydrogarum, & decoctum aniſi rutæ ac petroſelini, dat aquam calidam communem ex pipere. Et Aetius lib. 4. cap. 44. in laſſitudine inflammatiua ſpontanea, ſoluta iam febre, à lotione in uictu aquæ potum præcipit, non frigidæ, ſed calidæ. Quorſum autem calidam, non tepidam? In nidoroſa ciborum corruptione, uniuerſi uentris à bile expurgatio quæritur. quam citra capitis & ſuperiorum partium iniuriam alui ſubductio facit; facere non poteſt uomitus, quo ſuperiora tentantur. quęritur etiam refrigerium atque madefactio uiſcerum ad gignẽdam bilem ob calidam ſiccamque intemperiem procliuium: quæ duo, aqua, licet actu calida, amiſſo aduentitio calore, ſui mora & per uiſcera tranſitu, ipſis natura ſua imprimit. ſed & ſimul ſpirituum acrimonia incenſioque temperatur; ſuperſtite meatum laxitate obſtructionis remedio. hæc igitur omnia efficere calida poteſt retenta; quæ non efficiet tepida, quæ uomitu reijcitur. Eadem ratio eſt & in diaria quæ ex inedia. Coniungitur enim illi ariditas. quam corrigere non poteſt tepida quæ euomitur, poteſt calida, quæ retinetur. Sed neque in inflammatiua laſſitudine alia ratione calidam probat Aetius, quam ad calidam muſculorum intemperiem corrigendam, atque ad excrementa, ſi quæ ſuperſint, per corporis ha-

tis ha-

A ris habitum vel ſudore, vel inſenſili perſpiratu diſſipanda, quę tepidam adeo vt vomitu reijciatur facilem, minus præſtare poſſe apertum eſt. Sed de his fuſius, vbi de priuato in ſingulis morbis potu.

De aqua gelida potu in ſanis. *Cap. LIIII.*

B TRanſeamus ad frigidum potum; Qui quum nunc moderatæ nunc intenſioris ſit frigiditatis, fuit, quidē vtriuſque per ætatem omnem, & ſanis, & ægris vſus nunc ſolius aquæ, nunc cum cibis potionibusque alijs. at non is ſine lege ac ratione. cuius quum ignarus ſit vulgus, & nihil intereſſe arbitratus frigido aut gelido potu vti, gelidam iam paſſim in delicijs habet. ita vt etiam non deſint, qui in morbis purgantia medicamenta non bibant niſi gelida, cum medicorum etiam aſſentatione. noſtræ quidem partes ſunt, quam C rectè illa ſiue ſanis ſiue ægris veniat in vſum, perſcrutari. Primum ergo quæ illam vniuerſim commendant, hæc ſunt, Quibus gelidæ aquæ potus (adde & refrigeratos cibos potuſque alterius cuiuſque modi) vſurpatur, ij voluptatem quidem ducem ſequuntur. At hæc facultatis animalis actio in ſenſu poſita appetentiam ventriculi ſequitur. cui, ſicut ad animalis vitam ſeruandā indita eſt alimenti potuſque appetendi vis; ita etiam ea appetendi talia, qualia vtilia ſunt. Quibus igitur ventriculus æſtuat, ſeu proprio æſtu, ſeu per D conſenſum pulmonis, iecoris, partiſue alterius calidioris, his non inſtauratio tantum humidi ac ſicci per potum, & alimenta, ſed etiam temperies per frigida deſideratur. huic deſiderio ſi ſatisfiat per frigida, voluptas percipitur, quæ non percipitur per calida. Sed præter voluptatem accedunt etiam

commoda non pauca. tum ciborum appetentia quæ ventriculi refrigerio ſuccedit; tum coctio, & reliquæ naturales actiones meliores, caloris in interiora ob aquæ frigiditatem reuocati confirmatique beneficio: tum corporis totius à calore languidi inſtauratio, cum ſpirituum qui calore immoderato diſſipantur, reparatione. Ad has vero etiam & viuidior corporis color ſequitur; & ſenſuum mentiſque actionum omnium vigor. Non immerito igitur in recta puerorum victus ratione Galenus primo tu. 5. primo eos non eſſe à frigidæ potione omnino prohibendos ſtatuit. imo à cibo plerumque, & per calores, ſi frigidam appetant, vti illa permittendum, potiſſimum fontana recenti, cui nulla qualitas inſit vitioſa. Sed & author libelli de renum affectuum dignotione, & curatione, in præſeruando à renum calculorum generatione, fontanam probat, quæ tamen ſit optima & natura frigida. præſertim ſi cito à præcordijs deſcendit. Quin & Celſus, lib. primo cap. 3. vbi expletus eſt aliquis, eum facilius ait concoquere, ſi quicquid aſſumpſit potione frigidæ aquæ includat, tum paulisper inuigilet, dehinc bene dormiat. Et Auicennas lib. 1. f. 3. cap. 8. quoque complexionibus temperatis aquam aptiorem eſſe ait quæ in frigiditatis fortitudine temperata exiſtit. lib. 2. tr. 2. cap. Et alibi facultates omnes naturales attractricem, retentricem, concoctricem, atque expultricem confirmari ait aqua frigida. Ex his frigidæ aquæ ſanis hominibus non mediocrem eſſe vſum conſtat. Quæ omnia, quum de temperate frigida vera ſint, apertum quidem eſt qui ætate noſtra niuis laudes ſcripſere, ea vidiſſe; ſed mala fide, de gelida eſſe interpretatos, quæ ſunt de frigida temperate. Nempe gelidam Galenum priori loco non proponere, ſatis ex eo conſtat, quia illic fontanæ frigiditatem quærit, quam idem alibi eſſe procul à gelu docet, vitium aquarum referens in frigidi-

Digitized by Google

A giditatis exceſſum, vt apertiſſime quoque in methodo, ſcri-
bens, ſeptimo meth. 6. Aquæ vitia omnia ex eius frigiditate
pendere, ita vt eius culpa tum in præcordijs diutiſſime more-
tur, tum fluctuationes excitet, & in flatum mutetur & cor-
rumpatur; atque ita ventriculi robur diſſoluat vt dehinc de-
terius concoquat. non multum autem digerendo per corpus
alimento conducat. Sed in libello quoque de renum affecti-
bus, non modo damnatur gelida, ſed etiam ſine ſuſpicione,
,, abſolute frigida non proponitur. Quum enim aqua vna
B ,, alia frigidior ſit, non omnibus (ait) frigidæ potum conue-
,, nire, ſed ſupra modum calidis, pinguibus, & carnoſis, habi-
,, tu ſiue naturali ſiue acquiſititio; & ijs qui ſe vehemẽter exer
,, cent, & conſuetis frigidam innocue potare. Qui autem ali-
,, ter ſe habent, minus ex ea bibant. At qui iuuenili ſunt æta-
,, te, & in rebus ciuilibus verſantur negociosius quam & exer
,, ceri ordine, & victitare queant; fontanam ijs ſumendam, re-
,, licta niuali. hæc ille. quibus gelidam apertiſſime relinquit.
C ,, Sed cur renuat, rationem ſubdit. eam enim, licet iuuenilia
,, corpora non ſtatim offendi videantur; noxa (quæ tamen
,, paulatim increſcit) non percepta: procedente tempore,
,, quum ætas inclinat, morbos difficulter ſanabiles, aut plane
,, incurabiles inducere in neruis, articulis, viſceribus. Neque
vero Celſus aliter ſtatuit. quũ crapnlam frigidę potione con-
cludit. dat enim frigidam, non gelidam. quam tamen ſi eſſe
velis gelidam, vnum aut alterum hauſtum excedere non
oportere, res ipſa admonet. quomodo.n. venter iam expletus
D multam recipiat? De Auicenna vero, prior quidem ſnĩa his
,, verbis in vulgata eius verſione ita legitur. Complexioni-
,, bus temperatis aqua conuenientior eſt quæ in frigiditatis
,, fortitudine temperata exiſtit. & cuius infrigidatio cum ni-
,, ue deforis fit, præcipue ſi nix mala fuerit, & in niue etiam

A

„ bona huiuſcemodi exiſtit diſpoſitio. quoniã quod ex ea re-
„ ſoluitur, neruis & membris anhelitus nocumentum facit,
„ & omnibus interioribus, neque tolerat eam niſi vehemen-
„ ter ſanguineus. quia ſi non illico nocumentum alicui fece-
„ rit, ſecundum longitudinem dierum faciet, & quum in an-
„ nis proceſſerit. Hæc ille. Quæ vnius fere, aut alterius puncti interpoſitione ſenſum legitimum, illi non diſſimilem qui in libello de renum affectibus, recipiunt. Primum igitur temperatis corporibus aptiorem eſſe dicens aquam quæ in fortitudine frigiditatis temperata eſt, excludit gelidam. Quæ ſequuntur, de gelida ſunt. quibus aquam niue refrigeratam neruis & ſpiritualibus partibus & viſceribus noxiam eſſe ait, ſiue nix bona ſiue mala ſit, maximè autem ſi mala. Quæ reliqua ſunt, (Neque tolerat eam, & reliqua) apertum eſt eadem eſſe quæ in lib. de renum affectibus. Poſteriorem autem Auicennæ ſententiam eſſe de gelida, aſſerere non licet, quum ſignatis verbis eam dicat omnes virtutes naturales confirmare, quæ eſt cum æqualitate. non eſt autem cum æqualitate, frigida; quæ gelida eſt. Nullus igitur eorum ſcriptorum, vt aiunt, gelidæ potum ſano homini vtilem ſcribit. imo potius omnes damnant, & quidem non immerito. Quum enim hominis & vita & ſanitas in caloris humoriſque conſeruatione poſita ſit; quæ profecto eorum euertere ſtatum poſſunt, vitam quoque & ſanitatem euertere poſſe certum eſt: ſeruare autem quæ ſeruant, & quæ ſi à moderato excedant, reuocare eos ad modeſtiam poſſunt: ſeruant autem ſimilia quãdiu eius qđ ſeruandum eſt, gradũ non excedunt & euertunt quæ illi valde ſunt contraria. Qualiſcunq; autem ſit ſani hominis ſtatus, eius calorẽ humoremq; nullus rectè dixerit, illius eſſe tẽperiei, q̃ gelidę aquę eſt; ita vt ab ipſa ob ſimilitudinẽ poſſint ſeruari; neq; eius, q̃ ignis, ita vt caloris ſiccitatiſq; ĩmenſę corrigendi

B

C

D

rigendi gratia extreme frigido atque humido vti oporteat.
A Nullus ergo ad naturalem calorem humoremq; ſeruandum vniuerſim ex gelido potu eſſe vſus poteſt in eo, qui ſit ſanus. Neque negare licet aliquibus viſcus eſſe quod vnum, aut plura intenſi caloris ac ſiccitatis, quorum naturæ niſi contraria ratione occurratur, augeſcente ſenſim intemperie labi in morbum neceſſe ſit. Quare aliquos obſeruare eſt gelidi potus vſu non lædi, eo intermiſſo non ita rectè agere. Atqui nunquam contrariarum cauſarum occurſu euertenda eſt na-
B turalis temperies; ſed ne excandeſcat tantum ſeruanda. Quod ſi etiam immutanda ſit, non violentis, ſed contrarijs moderatis ſenſim eſt corrigenda. immoderatum autem remedium eſt gelu, cuius continuatione non retunditur modo calor partium, ſed etiam extinguitur, maxime autem ventriculi, in quem primum recipitur; imo & gulæ per quam, licet breuiſſimo itinere, recipitur; vt luculenta Galeni lib. 7. cap. 8. de vtroque in methodo medendi eſt hiſtoria. Adde & lienis, quod viſcus, quum frigida humidaque intemperie labo-
C rat; id vitium magna ex parte cibo & potui frigido, qualis eſt aqua frigida, tribuit Alexander Trallianus ex Philagrio libro 8. cap. 10. Cęterum quamuis aſſiduus gelidæ potus ſanis generatim ſit inutilis, vt oſtendimus, non ille tamen alicuius vſus non eſt, ſi opportune vſurpetur. In vniuerſum enim, quod alicubi ſcribit Paulus, lib. primo cap. 70. qui cum ſiccitate calidi ſunt, prodeſt ijs etiam frigidæ potus. quod & Oribaſius, 5. ſinops. 51. 3. de morb. cur. cap. 2. qui à frigido
D potu iuuari omnes ait. qui aeres fumoſoſque ſuccos coaceruant. Aeſtuat etiamnum aliquando præter morem pulmo, ventriculus, iecur, renes, aut totum corpus, & ſitis urget. quod accidens ſæpe non minus quam morbus aliquis moleſtum, ſicuti in ægris, ita in ſanis negligendum non eſt. ita ut ad frigidum potum tranſire non vtile modo, ſed

Digitized by Google

etiam neceſſarium ſit. Quod vbi accidit, habenda animaduerſio eſt, & eorum quæ obſeruanda in aquæ potu diximus; & A
præterea quod, vt Oribaſius, primo Eupor. cap. 14. & fere Paulus lib. primo cap. 50. aduertunt, aquæ valde frigidæ à cibo bibendæ ſunt: ſed neque confertim, neque affatim, neque ſine viſco.

Finis Libri Primi.

B

C

D

A IOANNIS COSTAEI DE POTV IN MORBIS Liber Secundus,

Qui eſt de Vini natura, & recto vſu. deq; Fictitio
B potu vario generatim.

Potus ex plantis plerumq; artificioſus, aliquis tamen etiam ſpontaneus. Cap. I.

C HACTENVS de communiſſimo ex aquis potu. Nunc de eo,qui ex plantis. Eſt autem hic maxima ex parte artificioſus, aliquando tamen etiam quaſi ſpontaneus. Talis enim eſt liquoris illius collectio in harundine, cuius meminit in recẽtioribus hiſtorijs Ouiedus. atq; alterius quoque illius,qui ex arboris cuiuſdam, vt idem refert, radicibus copioſe ſcatet:non illi diſſimilis,qui ex vitibus, plantiſq; alijs quibuſdam vere poſt putationem prodit; licet hic vulnere
D aperire viam oporteat, vt aquam reddant, non ſecus atq; in fontanis aquis quo ex ſaxis in conſpectum prodeant, ſcalpello patefacienda eſt via. Illa vero prorſum ſpontanea, quam videre alij in inſula cui à ferro nomen eſt, omnis porſus potabilis aquæ inope. Arborem enim illic eſſe aiunt, ex cuius caudice, ramis,frondibus quotidie vna alteraue ante lucem hora

veluti ſudor diffluit, ea copia, quæ inſulanis abunde ſit ad potum. Eſt hic tamen illud obſcurum, ſit ne is liquor aliquid eius arboris, an potius ros. Arbori enim illi caliginem, ac veluti paruam nubem ſcribunt incumbere: quæ dehinc, ſecunda à Solis exortu hora, diſſipatur. quod rorem eſſe ſuadeat. Verum ijdem etiam vnam illam inter multas eiuſcemodi plãtas caligine obduci referunt. id quod liquorem illum non ex cõi aeris, ſed ex priuata eius arboris natura eſſe, argumento eſt. Non aliter autem in calabris, vbi manna nũcupata colligitur, quædam tantum in aliarum arborum vicinia mannam fundunt, priuata vi, fortaſſeq; peculiari cum aere, qualis non eſt cum arboribus alijs, proportione. Sed de eiuſcemodi potu, quem perquam raro dat caſus, neceſſitaſq; potius quædam, quam conſilium, huius non eſt loci fuſius agere. Redeamus ad artificioſos potus. atque in his ab illis exordiamur, qui ex plantarum fructibus fiunt, exprimendo: primumque à vino, nobiliſſimo inter liquores, nobiliſſimisque orbis gentibus frequentiſſimo.

A

B

C

Vini appellationes variæ. Vinum propriè, quid. *Cap. 11.*

VIni nomine & alias, & nunc ſucci varij, tum expreſſione ex fructibus arborum varijs, tum decoctione ex ijs & frugibus veniunt. nam & punicæ mali & cydonij ſuccus, & alicubi ex pomis, prunis, berberis expreſſus ſuccus num vinum appellatur, & ex hordeo decoctum Herodotus vinum dixit. & aquam in qua maceratæ ſint ficus, vetuſtas vinum dixit ficatum; & in qua palmulæ, phænicinum. & plura ſunt Dioſcoridi ex pytis, labruſca, roſis, myrtho, alijſq; pluribus tum muſto, tum aqua maceratis, vina. Sed ea ſingula non ſine adiectione materiæ, quam commiſtam habẽt, D

A vina appellantur. Hic de vino agimus, quod abſolute vini nomen habet. quod eſt vuarum expreſſus ſuccus à proprio calore concoctus feruendo, & percolatus. Expreſſus autem intelligimus, ſiue ſponte ſua, ſiue arte exprimatur. licet enim fere ſemper arte exprimatur; qui tamen ſuccus ex vicis ſponte ſe ſe prementibus effluit, quod lachrymam vocant, vinum etiam eſt. Coquitur vero is ſuccus, non igne vt ſapa (quanquam aliquando hoc quoque vſu venit) ſed calore, B tum naturali, qui in vuis eſt; tum aduentitio, à Sole; efficaciæ tantæ, vt ferueant illæ actu, & caleant. Vnde & coctione, liquidi ſucci, à corpulenta racemorum materia omni, fit ſeparatio.

Propoſitum, & ſcribendi ordo. Cap. III.

DE vino id, quod quærimus, & cuius gratia ſuſcepta hæc eſt à nobis opera, effectuum eſt cognitio, quos in C homine varios edit. Noſſe autem eos, & eorum cauſas, non licet, niſi ipſiuſmet vini eſſentia, a qua proxime illi pendent, animaduerſa. Atqui hæc à cauſis etiam alijs variatur, vt propterea de ijs quoque habenda ſit ratio. De eſſentia igitur primum agendum. tum de cauſis à quibus eſſentia immutatur. ac tertio de effectibus, qui ab vtriſque.

De Vini eſſentia ac primum de ſubſtantia. Cap. IIII.

D

AGe ergo, vt ab eſſentia exordiamur, quum eius natura in ſubſtantia & qualitatibus, præteeraque in ætate, ſit poſita; ad ſubſtantiam non ſecus atque in aqua, pertinet ſimplicitatis & compoſitionis, tenuitatis & craſſitiei, puritatis & turbulentiæ, lentoris & illi contrariæ qualitatis, grauitatis

uitatis ac leuitatis, facilitatis ac difficultatis ad coquendum, diſtribuendum, nutriendum, atque ad corrumpendum, obſeruatio. Qualitatum vero, tum primarum in calore, tum A ſecundarum in ſapore, colore, odore. Expendamus primo ſubſtantiam. Quod ſimplicitatem aut compoſitionem dicimus, eo refertur, quod ars varia illi adijcit non cõſueta. alioqui vix fit, quin vino cuique aquæ aliquid caſu incidat, ſiue à cœlo, ſiue dum vaſa quibus conficitur, tractantur. Sed aqua acceſſio, non compoſitionis; verum miſtionis potius nuncupationem habet. compoſitio vero, artificij eſt varij, vt ſuo B loco oſtendemus: & eſſe poteſt tam in ſimplici & meraco, quam in miſto vino. Prima igitur in vini ſubſtantia obſeruanda differentia eſt, ſit ne meracum, an dilutum. Quum autem dilutum dicimus, non intelligimus oligophorũ, quod etiam ὑδατώδες aqueum, notat Hippocrates. quum oligophorum poſſit eſſe etiam meracum & craſſum: & pertineat ad qualitates, vt ſuo mox loco. Sed id cui conſulto miſtum ſit aquæ tantum quod vini frangat vires. Altera erat differen- C tia tenuitatis & craſſitudinis, ſecundum quam cuicumque. Alteri vini differentiæ ſiue in ſubſtantia, ſiue in qualitatibus coniungatur, probatiſſima ſemper in vino eſt tenuitas: ita vt, quo tenuius, eo in bona valetudine laudabilius. eſt tamen etiã quum craſſum ad affectus corporis aliquos corrigendos quęritur, neque, quod mediocre eſt, improbatur. Sequebatur puritas & turbulentia, quæ differentiæ, licet diſtinctæ ſint à tenuitate & craſſitudine (poteſt enim vinum idem clarum eſſe & craſſum, & idem tenue ac turbulentum) turbulentum D tamen craſſi naturam ſequitur, contra clarum ad tenue magis accedit. Lentorem autem vino non deeſſe, plane oſtendit ſapa, quæ ex eo fit decocto. maxime autem in vino eſt prædulci. quod Ariſtoteles pinguiſculum eſſe ait. (ſunt autẽ pinguia etiam glutinoſa:) ſed in eo quoque quod in vappã

corrum-

Digitized by Google

A corrumpitur, euidens eſt lentor: nempe quicquid humidum corrumpitur, humido, quo conſeruabatur, foras extracto, lẽtum etiam fit, ita carnes quum corrumpuntur, glutinoſi quid præ ſe ferunt; & in aqua putreſcente, in ſuperficie lentum quid cogitur. ita vt contraria lentori differentia, in non corrupto vino fere omni ſit, præterquam in dulci. Erat inter ſubſtantiæ differentias grauitas quoque ac leuitas. quæ, ſicut in aqua, ita & in vino accipienda eſt, facta ad ventriculum
B potius comparatione, quam examine ad ſtateram. & in vinis tamen, quæ craſſiora ſunt, vt quæ terrenæ ſubſtantiæ plus retinent, ſunt etiam grauiora ad ſtateram. Pertinet ad hunc locum etiam facilitas, aut difficultas ad corrumpendum. atq; hæc non eſt parui æſtimanda. Sicut enim res aliæ pro generationis principijs, pro modo ſubſtantiæ, ac temperamento vario, corruptioni obſiſtunt, aut cedunt; ita & vinum quod
C ex optimis principijs, nempe materia atque effectrice cauſa, quas explicauimus, conſtiterit; non facile etiam corrumpetur. quantum autem ad hominis ſanitatem referat, ſint ne facilia aut difficilia corrupta alimenta, nulli obſcurum eſt, qui humores pro alimẽti ratione ſeruari ac corrumpi intelliget. Hæc de obſeruandis in vini ſubſtantia.

De temperamento. Cap. V.

AGendum nunc de qualitatibus, ac primum de primis, ideſt, de temperamento. Quod, quum alias non
D defuerint, qui frigidum eſſe ſenſerint, rationes quibus id ꝓbetur, par eſt vt afferamus, atque expendamus. Hæc igitur in Plutarchi Empoſiacis proponuntur. Quos ob ventriculi infirmitatem exolui, & egere corroboratiore accidit. quibus nihil calidi à medicis datur; ij dato vino adiuuantur. Sed & vinum cohibet fluxus, ac ſudationes inutiles, non minus, imo

vero

vero magis quam nix, habitum qui corrumpitur ſiſtendo at corroborando. Et ſomnum non ſecus vinum parit, quam ſomnifica medicamenta, quæ frigida cenſentur, vt mandragora & papauer. Reddit etiam meracum vinum homines hebetes ad concubitum: & eorum ſemen ad generationem inualidum atque inutile, quam adiuuare ſolent calida. Ac præterea, quæ mala homini ex frigiditate accidunt, ea ebrij quoque patiuntur; nempe & tremores, & grauitates, pallores, ſpirituum in artubus commotiones, linguæ titubationẽ, diſtinctionem neruorum, & ſtuporem. Et ebriorem mala curantur calorificis remedijs; operimentis balneo, inunctione, ac alijs quæ calorem à vino diſtractum atque è corpore fugatum reuocent. Sunt etiam vini amatores ſenibus ſimiles, nempe quos & caluicies, & canicies præproperi inuadit ob caloris indigentiam. Sed acetum quoque quod ex vino eſt, & ex eo vires habet, frigidum adeo eſt, vt inter ea, quæ ignem extinguunt ipſum primas teneat. Videmus quin etiã medicos inter fructus, vinoſis, ad refrigerandum vti potius, quàm alijs cuiuſmodi ſunt punica & mala alia. Prætereaq; vinum ex melle & aqua pluuiæ aut niue conficiunt, dulce, qđ in frigido eſt, ob affinitatem in auſtrum corrumpens. Sed & veteres Baccho ex reptilibus draconem, & ex plantis hederam conſecrarunt, tamquam alicuius frigiditatis ac gelu participem. Quod ſi quis obijciat qui cicutam bibere, eos miraci multum curaſſe, (quod certum caliditatis argumentum eſſe videtur) retorquentes argumentum dicimus, hoc ipſum medicamentnm, ſi illi commiſceatur vinum, lethali fieri, & eos velociter interficere, qui bibunt; ita vt ex hoc non magis probetur ipſum calidum eſſe, quia contrarium opus agat, quam frigidum, quia idem cooperetur. Cicuta autem, ſi non ob frigiditatem non etiam veſtræ eſt, quomodo ob aliam naturam aut facultatem magis poſſit eos, qui bibũt

interi-

A interimere, ſunt hęc igitur quibus vinum natura frigidum eſſe diſputabatur. Quę ſunt leuia. Quod primum ex ventriculi vitio, aut alia cauſa exolutis vinum datur, non ad refrigerium eſt, aut calorem; ſed ad ſpirituum inſtaurationem. alioqui vbi ex frigida ventriculi intemperie, crudiſq; humoribus exolui accidit; vino, ſi frigidum eſſet, nihil eſſet importunius. Ob eandem vero etiam cauſam, in immoderatis eiectionibus atq; in eruptione ſudoris inutili, vtile vinum eſt; longe diſſimili ratione, quam nix, quæ non ob aliud vſu venit, (niſi forte ab æſtu ſit exolutio) quam vt, denſata cute, minor fiat ſpirituum diſſipatio. Somnum autem, qui epoto vino ſequitur,
B
facit effumatio, & crudorum vaporum ſublatio in caput ex vini calore copioſior, diuerſo ab ijs modo, quæ refrigeratione nimia obſtupefaciunt ſenſus, calorem extinguendo potius, & humores, qui in capite ſunt incraſſando, quam pluri ſucco opplendo. Et vini quidem potus nimius infæcundos homines reddit, importuna frigiditati, quæ vini, non naturam, ſed copiam ſequitur, obruentem vim concoquentis caloris: at non
C
minus obeſt fluxilitas tenuitaſq; nimia, quæ illorum ſemini neceſſario comparatur, qui ſe non vini modo, ſed alterius cuiuſq; rei potu immoderate onerant. Ab eadem caloris cauſa eſt, vt ebrij temperati calidis addiuuentur, quod his ad exteriora calor reuocatur, fere obrutus in interioribus. & crudorum ſuccorum cumulus, quos vinolentia peperit, concoquitur, atq; imminuitur fouendo. Ab eadem caloris oppreſſione obtuſioneque canicies accidit præpropera. frigiditatis
D certe ſoboles; ſed à vino inducta, vt diximus, per accidens. caluicies vero cauſam habet non frigiditatem, ſed ſiccitatem. Quod autem acetum adeo refrigerantis facultatis ſit, non probat vinum, ex quo factum eſt, eſſe frigidum. quia in aceto non vini amplius natura eſt, corrupto iam inſito vini calore, & aduentitio obtinenti. Quod ſequebatur de vi-

noſi

noſi potus vſu,quorſum? An quicquid vinoſi ſucci eſt, id omne frigidum eſt? Sint vero alia; at tale,vinum non eſt.neq; medicis frigidi ſucci ſemper eſt vſus. Non magis ad rem eſt, qđ de potu ex mille,& aqua addebatur.quum, quod ita conficitur,non ſit vinum;neq; id etiam ſit plane frigidũ,neq; ex hoc verum vinum frigidum eſſe conſequatur. Non diſſimile eſt, quod de ſerpenti,atq; hedera ſequebatur. Quod veteres Baccho ſerpentem,atq; hederam dicarint,hoc indicio eſt refrigerio eſſe opus.quia calidius vinum eſt. Quare potaturi liberalius hedera coronabantur. De cicuta nihil obſcurum eſt,quod ſi eius,quę frigidiſſima eſt,noxas,merum curat,non curat niſi quia calidum.neq; tamen ſi idem cum illa ſimul hauſtum celerius necet,mirum eſt.non.n.id facit,quia frigidum, ſed quia caloris ſui efficacia mortiferam illius vim in principes corporis partes celerius promouet.Quando igitur vinum ſui natura frigidum non eſt,iure cum cõi hominum ſenſu medici philoſophiq; vniuerſim calidum id eſſe conſentiunt. ſic in Hippocrati 2. de dieta aſcriptis. De dieta libris, calidum, & ſiccum cenſetur.Sic & Galenus in d.ſimp.med.fac.cap.vbi ex propoſito medicæ materiæ naturam,priuatimq; temperiẽ inquirit, id vniuerſe calidum ſtatuit:primo quidem ordine muſtũ, tertio antiquum,ſecũdo quod mediæ eſt ætatis. pro caloris vero proportione,etiam ſiccum. Habent hæc tamen dubitationis plurimum.ac primum, de quo vino Galenus intelligat. Quũ enim vina alia imbecillia,alia mediocria, alia generoſa ſint;ſi de mediocri vino ea ſcribit,& hoc vetus tertio ordine calidũ eſt,vt ait,erit profecto generoſum vetus in quarto calidorum ordine ſtatuendum. calida autem eo in ordine venena ſunt. Sin vini voce id quod ſuo in genere excellit, ac potentiſſimũ ſumat,tunc vero vinum mediocre nouum, primo ordine calidorum erit inferius; quod mediæ ætatis eſt, calidum erit in primo,& vetus in ſecundo. Imbecillum vero quod eſſe debet

mediocri

A mediocri inferius, nouum, erit citra ordinem calidorum, & citra temperatum, atq; adeo frigidum; mediæ ætatis, temperatum; vetus autem in ordine primo calidorum. ita vt, quod Galenus ſcribit vniuerſim, vino non conueniat, vt ille illi tribuit, vniuerſim. Sed ſecundo etiam id explicatione dignum erat, vnde nam ea ſit temperamenti mutatio, vt quod dũ muſtum eſſet, erat minus calidum; ſecunda, ac tertia ætate fiat calidius. Eſt & tertio valde anceps quæſtio de qualitate altera, ſitne vinum ſiccum, an humidum. Sunt quidem ſiccitatis B argumenta, tum vlcerum curatio, tum humidarum intemperierum correctio. ſi enim frigida humidaq; intemperies forte cõtigerit, eam ſine moleſtia & periculo vinum ſanare alicubi ſcribit Galenus. Fiunt quoq; à vino vel veteri, vel potentiori large hauſto ſitis, ac vigiliæ. quorum affectuum alterum in ſeipſo, alterum in Grammatici puero ſe obſeruaſſe affirmat Galenus. His addamus, quod (ſicuti quotidiana obſeruatio eſt) carnes, piſces, & reliqua edulia vino incocta, & ſolidiora, & C ſicciora, & à putredine longe tutiora ſunt, quam quæ aquæ. Recentes etiam ficus vino immiſſæ aperte ſolideſcunt, quæ aqua flaceſcunt. Et quibus aluus laxior eſt, eã vinum denſat. Sunt vero hi oẽs effectus ſiccitatis non obſcuri. Et contra tñ in libris de tuenda ſanitate, vinũ, propterea qđ calfacit & humectat, interdicit pueris Galenus, vt qui calidi ſunt & humidi dat autẽ & ſenibus, vt quorum natura in frigiditate ac ſiccitate poſita eſt: & adultis quoq; ob labores, atq; ætatẽ ſiccis: & præterea frigidis ſiccisq; naturis abſolute. Producunt autẽ vini D humiditatem tum ſomnolẽtia quam infert: tum diſtillationes morbiq; alij humidi non pauci, quos parit. Sunt hæc igitur de vino controuerſa. Ad quorum explicationem, ponendum id primum eſt, quærendam eſſe vini naturam, nõ in eo quod ex acerbis fit vuis, ſed quod ex maturis. non etiam in aquoſo, aut potentiſſimo vino, ſed in mediocri. neque in muſto

aut

Digitized by Google

aut vino antiquiſſimo, ſed in eo quòd ſit mediæ ætatis. Et rurſum, vinum calidum aut frigidum; humidum aut ſiccum non dici abſolute; ſed facta cum temperato homine comparatione. Comparatur autem homini vinũ vel vt alimentũ, q; à corpore immutatur, in eiuſq; ſubſtantiam vertitur; vel vt medicamentum; quod in corpus agendo ipſum etiam immu tat calfaciendo, aut refrigerando, madefaciendo, aut deſiccando. His poſitis. quod primum quæritur, de quo nam vino Galenus intelligat, quum in primo calidorum ordine muſtum, in tertio vetus, in ſecundo, quod mediæ eſt ætatis, ſtatuit; certum eſt, non de imbecillimo id ſcribere, quod infra vini naturam, ac de natura potius aquæ eſt, quam vini; ſed de mediocri, atq; etiam de generoſo. Vtrumq; horum quũ nouum eſt, in primo ordine calidum eſt, quia obſcure calefacit; ætate in media in ſecunda, quia calfacit manifeſte; vetuſtum, in tertio, quia obſcure corrumpit. ſed mediocre, in primi, ſecundi, ac tertij ordinis gradu primo, aut ſecundo: generoſum vero in ordinis cuiuſq; gradu tertio. ita vt nullum vinum, tertium caloris ordinem excedat. quare neq; etiam veneni inſtar poſſit agere, de quo erat dubitatio, neq; de vini temperamento non recte Galenus ſcribat. Temperamenti autem, & caliditatis in vino mutatio per ætates, de qua ſecundo loco quærebatur, caloris vini atq; aeris actionem ſequitur, tum crudos in eo ſuccos concoquentis, tum ſeparantis ſordes. At, de quo tertio erat quæſtio, ſi vini ſubſtantiam ſpectemus, eſt in eo, tum liquor, tum fæces. Liquorum autem Galenus 4. de ſimp. med. fac. cap. 3. duplicis generis ſuccum facit: alterum ipſammet vini ſubſtantiam: alterum, aqueum. eſt hic autem (vt puto) alimentarij ſucci vehiculum. vt enim in nobis ſerum ad ſanguinis diſtributionem; ita in plantis ad alimenti in eas totas deductionem, quid tale neceſſarium eſt. affluere autem hic ſolet locis maxime aquoſis.

at que

Digitized by Google

A atq; is eſt quem vulneratæ vites verno tempore tam vberem ſępe fundunt. Fęces autem ſunt excrementa duo, vnum leuius, quod in vini ſummum araneæ inſtar in dolijs ſupernatat: craſſius alterum; idem etiam lētoris particeps, quod dolij tum fundo, tum lateribus ſenſim agglutinatur, quod Plinius lib. 14. cap. 20. crapulam, nunc vulgus parum diuerſa voce, crepolam, aut tartarum vocat. Horum igitur quæ ſunt in vino, ſiue priuatim, ſiue generatim vires expendamus; vere apertiſſima ſiccitatis indicia produnt. Vini quidem ſubſtan-
B tiam propriam deſiccare apertiſſime docet eius, præſertim potentis, (quod humiditatis illius aqueę minus particeps eſt) vſus in vlceribus, atq; humidis intemperiebus. Sed & aqueū liquorem deſiccantis eiſe facultatis, ſucci illius, qui à vitibus effluit, vis docet, ad eluendas cutis ſordes non exigua. Crapulam autem non exſiccare modo, ſed exſiccando abradere, notius eſt, quam dignum vt probemus. His addamus vniuerſæ vitis naturam aridiorem. hanc enim non modo craſſiores eius trunci aſperrimi & aridiſſimi, ſed & palmites, & ſarmen-
C ta quæq; inſigniter ſcabra, prætereaque frondes cum duritię graciles, racemi, vuarumq; cortices acidi, & ſemina quæ in vuis & aſpera & auſtera ſunt, apertiſſime commonſtrant. ita vt, quando orta ſuorum principiorum referre naturam ſolēt, vino ſummam ineſſe ſiccitatem fatendum ſit. quod etiā propoſitis antea rationibus diſputabatur. At quomodo Galenus humidum vinum ſtatuit, atq; huius rei gratia interdicit pueris, concedit adultis ac ſenibus? An quia, vt alimentum eſt, humidum eſt? At quis propterea vinum pueris euitandum
D dixerit, quia nutriendo humectet? Ita quidem alimentum omne illis eſſet hac ratione euitandum, quum quicquid alit, humectet. & maximè omnium fugienda eſſet aqua; quam tamen, interdicto vino, illis dat Galenus. Habet ergo res alio, vt cenſemus, modo. Ex vino duplex corpori noſtro accedere

M humi-

humiditas poteſt. altera ex propria vini ſubſtantia; altera ab aduentitia, ab eodem quidem vino in partes quæ nutriendæ ſunt, attracta; at non de eius tamen ſubſtantia. Quæ de eius ſubſtantia recipitur in partes, alimenta alia quibuſcum commiſcetur, denſat, ſolidioraque atq; diſſipata minus apta reddit: & partes eaſdem magis nutrit, & ſtabilius nutrit. At quæ aduentitia eſt, ea, ſi vtilis ſit, moderate quidem & nõ largius attracta, nutrit. at ſi inutilis; vel ſi etiam vtilis, verum vberius trahatur; partes inutili ſucco replens morborum variorum eſt cauſa. Euitat igitur in pueris Galenus vinum, non propriæ humiditatis, ſed aduentitiæ metu. Qui enim humidi natura ſunt, ea humidiores redditi, vt male habeant, neceſſe eſt. quibus præſertim caput calidum & humidum eſt: quod in id vini etiam non immoderate ſumpti, non propriam modo, ſed aduentitiam quoq; humiditatem ferre ſecum ſolet. vnde conuulſionis, aliorumq; humidorũ morborum ortus, quales ſunt ſomniferi, & deſtillationes. Hæc ſuſpicio in ſiccis corporibus, qualia ſunt adultorum, & ſenum, non cadit, ſi moderatę in vſum ducatur vinum: tum quia minus ſuperflua humiditate ſcatent; tum quia capite ſunt duriori, ac propterea minus imbecillo. Ita nos quidem nunc de vini temperamento cenſemus. His de temperamento conſtitutis, quamuis vinum vniuerſim calidum & ſiccum ſit, eſt in eo tamen latitudo maxima; quum aliud generoſiſſimum ſit, atq; id calidiſſimum & ſicciſſimum; aliud imbecillimũ, nempe minimè calidum aut ſiccũ. Generoſum Gal. paſſim vinoſum vocat, voceque Hippocrati eſt frequens. cui e directo opponi videtur aquoſum. Vinoſum nos tamẽ differentiam eſſe dulci appoſitam eidem authori facile arbitramur; vt ſuo poſtea loco. Et aquoſum eidem ſcriptori idem eſſe quod oligophorum, vt imbecillimũ vinum ſiue dilutum, ſiue non dilutum ſignificat. De harum autem differentiarum cauſis & effectibus ſuo loco.

A B C D

De

Digitized by Google

A

De Colore. Cap. VI.

QVod primum in ſecundis vini qualitatibus ſenſui ſe offert, color eſt, qui licet de ſe, de vini bonitate, vt in alimentum venit, nihil ſignificet; quando, ſi in reliquis laudabile ſit, qualis ſit color, nihil intereſt: plurimum tamen ad rem noſtram pertinet: non ſolum, quod, vt ab Hippocrate
B 2. de rat. vic. in acut. 34. ſcribitur, mutatio præter conſuetudinem vini albi, & nigri multam parit alterationem: ſed etiã, quod color cuiuſque ſuo in genere vini, ſtatum naturamque indicat. Si enim quod album eſſe ſolet, flauum ſit, aut contra de cuius natura erat vt ſit flauum, ſit album; vel miſtionẽ rei alicuius tingentis imminuentiſue colorem, vel in ætate varietatem, vel omnino cauſam aliquam aliam prodit, quæ à naturali colore immutarit. ita quæ in vappam proxime degeneratura ſunt, nigreſcere obſeruantur. & quæ nigra eſſe ſolent,
C plurima vetuſtate alba euaſiſſe certa fide depræhenſum eſt. De colore igitur vini, cur tam ſæpe, & tam multa Galenus 3. de rat. vic. in ac. 1. c. 2. ſcripſerit, nihil eſt vt admiremur. non is tamen ignorauit, imo vero apertè admonuit, colorem ſua ratione nullo pacto vel iuuare poſſe, vel lędere. coloris igitur varietas, non per ſe, proprieque, ſed per accidens iuuat aut lędit: nempe, ut album tenuius eſt, lõge alios effectus parit quã
D nigrum, quod craſſius. Vini colores vulgus duos tantũ agnoſcit, album & nigrum; albi vocem de fuluo quoq; & flauo, & nigri etiam de rubro vſurpans. Neq; author librorum de dieta, vbi ex præſcripto agit de vino, aliorum meminit præter albũ & nigrum. Galenus tñ diſtinguit. Ad cuius exẽplũ nobis

quoque (licet non ignoremus Ariſtoteli duos eſſe extremos colores album, & nigrum, reliquos autem horum participatione medios) facilius uidetur, ſicut in plantis (quod alias diſputabamus) ita in uino, quod plantæ ſuccus eſt, tres ſimplices colores ſtatuere, λευκὸν, album; Μέλαν, nigrum; ξανθὸν flauum; aliqui hoc etiam rufum uertunt: nos hic ſemper flauum dicemus. ita ut inter album & flauum ſit ὠχρός, pallidus, & κιῤῥός, fuluus, imo & ὠχρολευκὸς, ex pallido albicans, & ὠχροξανθός, ex flauo pallidus, quos in uino alicubi agnoſcit Galenus 5. de ſan. tu. cap. 5. inter flauum uero, & nigrum ſit rubrum, ipſum quoq; non unius pro maiori minorique tinctura differentiæ. Ita ad tria illa capita colores uini omnes referri poſſunt. Eſt de his tamen aliquid dubitationis. ac primum, quod Galenus cap. 5. quinto de tuenda ſanitate, id quod κιῤῥὸν appellat Hippocrates, noſtri alij fuluum, alij rufum, alij rutilum, licere ait, ut ξανθὸν flauum dicas. his uerbis idem fuluum eſſe, & flauum ſignificans. At paſſim tamen alibi colores ijs uocibus ſignificatos diſtinguit, præſertimq; duodecimo methodi cap. 4. ubi fuluum. i. κιῤῥὸν ait licere, ut uoces πυῤῥὸν ὠχρὸν, igneū pallidum. eſt autem πυῤῥὸς flauo, qui eſt ξανθὸς, remiſſior, atq; ex flauo ad album liberalius inclinans, ut eſt in primo de Criſibus cap. 12. ita ut ſi fuluo, præter flauitiem remiſſam, etiam pallor ineſt (addit enim & ὠχρὸν) & minus ſaturato ſit colore, & à flauo plurimum fuluus diſtet. Sed & Dioſcorides ſcrupulum in huius ipſius uocis ſignificatu inijcit, ſcribens κιῤῥὸν uinum eſſe medium inter album & nigrum, non colore modo, ſed etiam uiribus. Conſtat autem nulli magis id conuenire, quam rubello, quod Galli claretum, noſtri ceraſeolum uocant. ambigua igitur ea eſt uox, neq; ſatis tuto aſſerere licet quale ſit uinū, quod eo nomine ueterib. uocatur. Cęterū de Galeno quidē ſcribente κιῤῥὸν uinū potuiſſe Hippocrati

etiam

Digitized by Google

A etiam ξανθὸν dici, nihil illi mirum ſit, qui affines eſſe hos colores meminerit. quanquam, vbi proprie loquendum ſit, ille qui minus ſaturatus eſt color, fuluus verius, quam flauus appellabitur. In Dioſcoride vero vtro modo quis κιῤῥὸν vertat ſeu fuluum, ſeu rubellum vere vtrunq; inter extremos colores ambigit, & particeps vtrunq; eſt facultatis vtriuſq;, tum tenuitatis, quæ albi, tum craſſitudinis, quæ nigri. Nobis autem, qui tres ſimplices colores ponimus, eorum placitum placet, qui rubellum intelligunt. Sane autem album vinũ duo-
B bus priuari author eſt Galenus 3. de rat. uic. in ac. 2. & lib. de ſucc. 6. & 5. cap. 11. quod neq; ſit dulce, neq, potens. quæ duo notatu ſunt digna. Sed de dulci mox, quum de ſapore. De quæſtione altera id quidem licet paſſim obſeruare; vina ex certa vitis ſpecie, imo vero etiam ex vulgaribus generoſis, & albis vuis, ſi ſtatim, atq; pedibus calcatæ ſunt, muſtum, ſine vinaceis in dolium transfundatur, colore tenuitateque aquæ prorſum ſimilia fieri, tantæ efficaciæ, vt non ſecus at-
C que aliud generoſum omne vinum temulentiam inferat. Sed Galenum non id quod raro, ſed quod frequentiſſime fit, adnotaſſe certum eſt.

De ſapore. Cap. VII.

SEquitur ſapor. De quo, quia Hippocrates ad initia in tertio de ratione victus in acutis, ex propoſito de vini in ijs
D morbis vſu agens, dulci vinoſum, ſicuti albo nigrum opponit: non leuem dubitationem reliquit. Quum enim vinoſum dici ſoleat potens vinum, quia paulo poſt uinoſi albi meminit; Galenus, qui nullum album potens reperiri cenſet (ut dicebamus) uinoſum pro auſtero uult ſumi. At contra tamen in proxima ſententia meminit Hippocrates fului uini,

Digitized by Google

& nigri auſteri; ex quo certum eſt ab hoc ipſo ſcriptore eodē loco nō pro eodē ſumi auſterū, & vinoſū. An ergo potius per vinoſū vini ſaporē omnē præter dulcē intelligit. ita vt vinoſū ſit differentia vini non ſecundum efficaciam, ſed ſecundū ſaporem? Ita quidem facile arbitramur. Sic ipſemet Hippocrates 2. de vic. in acu. 34. eodem in opere antea ſcripſerat, ſicut albi, & nigri, ita dulcis, & vinoſi permutationem præter conſuetudinem non parum alterare. non dulce dubio procul quod vinoſum vocat, dulci opponens, vt non album, quod nigri nomine vocat, albo. Sic & vulgo loquendo in more eſt, binas quaſi tantum differentias agnoſcenti in ſapore, vinum dulce non dulcibus reliquis opponere. quod autem non dulce eſt, aliud acerbum, aliud auſterum, aliud acre, aliud etiam inſipidum eſt. Vinoſum autem Hippocrati non ſemper potēs vinum ſignificare, non vnus locus oſtendit, in quo de vinoſo ſimul, & aquoſo mentio eſt. nam, & ſecundo de morbis in pleuritide præcipit non ſemel, vt bibant album, vinoſum, & aquoſum. & in libro quoque de affectionibus febricitantibus vinum vetus, album vinoſum ſimul, & aquoſum proponit. fortaſſe ille quidem generoſum vinum quærens, cui multum aquæ additum ſit, vt ſuo poſtea loco expendemus. ſed quicquid tamen ſit, vbi vinoſi nomine, auſterum velit, non facile eſt oſtendere. Nunc autem quum vinum, aliud dulce, aliud non dulce agnoſcat ſenſus, mirum quidem eſt, cur Ariſtoteles tertio probl. dulcem ſaporem vini non eſſe proprium ſcribat. Quomodo n. de vini natura non eſt, qui ex materiali eius principio eſt? fit. n. vinum ex dulcibus vuis. Et non modo vinum omne dum adhuc nouum eſt, dulce eſt; ſed non raro etiā in menſes atque annos eius ſaporis veſtigia retinet. Itaque, ſi quis, ex eo quòd dulcis ſapor per ætatem perit, & quia dulce vinum vini opus non edit inferendę temulentiæ, propterea vere vinum eſſe neget; erit quidem vt eodem exemplo,

A B C D

puc-

A pueros, quia ętatem in qua prolem gignere poſſint, nondum attingere; & ſenes, quià exceſſere; homines non eſſe, merito aliquis contendat. Sed redeamus ad rem; quum uinum aliquod dulce ſit, Galenus com. 7. in ſuperioris Hippocraticæ ſententiæ explicatione, dulce continuo, & nigrum eſſe ait. quod probat exemplo muſti, coctione, vt ſapa fiat, nigreſcentis. id quod alibi quoq; affirmat. At contra tamen in duodecimo methodi, atque alibi in Imolite, Falerno-
B noque atque alijs, quæ fulua ſunt, tum dulce, tum auſterum reperiri apertè fatetur. & quotidiana quoque docet obſeruatio. An hæc pugna ex eo tollitur, quod in libro de attenuante victu idem author ſcribit? Nempe nullum ait album dulce reperiri, quemadmodum neque flauum quoduis admodum dulce. & in libro de ſuccorum bonit. & vitio fuluum nullum ait ad ſummum dulce eſſe. An ergo quum in alio quam in nigro dulce eſſe negat, de admodum dulci, non etiã de abſolute dulci ſapore id aſſerit? At rurſum etiam, ne id
C ſtatuamus, obſtat eiuſdem ſcriptoris teſtimonium, quum ex Falernorum genere, quæ ille paſſim fulua eſſe teſtatur, Fauſtianum admodum dulce eſſe eo ipſo in loco, in methodo ſit author. Cæterum quid velit Galenus, colligitur ex eodem libello de ſuccorum bonitate, & vitio. Illic enim non reperiri ait vinum craſſum vna & dulce, quod non idem ſit nigrũ. Si in fuluorum igitur, & flauorum genere dulce vinum reperitur, non eſt id tamen craſſum, veluti quòd nigrum eſt. quamquam abſolute dulce omne vinum aliquid habere craſ-
D ſitudinis certum eſt. Sane autem quum ſaporum ſpecies ſint plures, & inter eos ex Galeno, vt à nobis alibi explicatum eſt, medius ac temperati caloris ſit dulcis: alij ſint laterales, partim frigidi, nempe aſtringens, acerbus, auſterus, acidus; adde & inſipidum, qui vt contrarius eſt ſapido, ita vere in frigidorum ordine eſt, quum ſapor omnis ſit particeps caloris:

partim calidi, ſalſus, amarus, acris; an omnes ij ſapores in vino reperiantur, videndum. Itaque inſipidum vinum id eſſe, quod in toto vini genere imbecillimum eſt, (ὀλιγοφόρον, pauciferum vocant) apertiſſimum eſt. eſt enim aquæ ſimillimum, ſiue id tale ſit ſui natura, quale ex imbecillæ vuæ cuiuſdam genere eſt, tenuiſſimi corticis, & præcocis, ad eſum potius quam ad conficiendum vinum aptæ: ſiue etiam ex ſoli frigidi atque humidi, maximè autem humidi, natura. ex eo enim, vt humidius atque aquoſius alimentum vites trahunt, ita & aquoſos fructus gignunt. præſertimque ſi ex imbecillo genere ſint vites. Accidit tamen etiam, vt vina alia ex ſuo ſapore degenerent in inſipidum nunc per ætatem, nunc per morbum aliquem. atque id vbi facta miſcellæ illius, quæ erat humidi aquei & terreni ſicci, quæ ſaporis ſunt materia, diſſolutione, vna cum caloris corruptione, ex quo antea conſtiterat; humidæ & frigidæ partes exundant. Poſt inſipidum frigidiſſimus ſapor eſt adſtringens, ϛύφος. talis quum ſit in fructibus, in quibus auſterum natura viget, dum adhuc acerbi ſunt; non reperitur in vitis vino; ſed in cydonij, mali, & pyri ſilueſtris ſucco proxime atq; expreſſus eſt. ſenſim enim intenſior ille adſtrictionis ſenſus euaneſcit, & acidus ſapor ſuccedit. Minus frigidus eſt acerbus. adſtringens quidem ipſe quoque, ſed non cum aſperitate, ac linguæ denſitate, vt ſuperior. Talis quum fructibus accidere ſoleat, qui per ætatem matureſcentes dulces fiunt, locis frigidis frequens eſt in vino, vbi immaturæ vuæ leguntur. ex vuis ergo ſunt acerbis. at ſaporem tamen hunc augent, tum acinorum cortex, tum racemorum e quibus acini pendent, imo & ſeminum quæ γίγαρτα vocant, natura. ſunt enim partes hæ guſtatu adſtringente omnes. Adiuuat vero etiam ars. Qui enim eo ſapore delectantur, quum feruere in calcatis vuis vinum cæpit, feruorem interrumpunt depreſſis recte vinaceis, quæ iam

erant

A erant ſublata.id quod certo eſt argumento. eum ſaporem coctionis priuationem ſequi. quare etiam quæ vina ab initio talem habent ſaporem, dum per ętatem matureſcunt, eum ſenſim amittunt. Quod autem tale eſt, ſi ex generoſis ſit vuis, nõ modo linguam palatumq; mordicat; ſed etiam, ſi modo in bene occluſo dolio ſeruetur, quaſi ſcintillans e cratere exilit quũ effunditur. nempe feruido ſpiritu, qui in eo quieſcebat, à vinculis quibus continebatur, dum vinum effundendo frangitur exſoluto. Feruidum diximus ſpiritum, quia in imbecilliori vi-
B no, cuius ſcilicet exiguus eſt calor, hebetis motus, ille ſpiritus eſt; neq; tanti roboris, vt proſiliat. Quod autem proſilire con fracto vino dicimus, id patefacit, qđ ſi non ex alto, ita vt frangatur, vinum effundatur in craterem; quia non frangitur id, non etiam exhalat ſpiritus eo cum impetu, vt ſcintillet, neq; etiam ſpumat. Diximus etiã, ſi bene occluſo dolio ſeruetur; quia dum ſine operculo feruet vinũ, continua exhalatione vapor ille perit qui illius vibrantis motus eſt cauſa. id quod aper
C te in Bononiẽſibus vinis alioqui optimis obſeruatur. quæ, quũ ſine operculis (fortaſſe ad ſtrenuam vini vim frangendam) perpetuo ſeruentur, non ſcintillant. Sequitur auſterus ſapor. quem ſentio ego quidem non eſſe vini alicuius proprium, ſed differẽtiam, quæ alijs accidit. nempe, ſicuti, ſi quis vinum deguſtet, linguaque, ac palato exploret, id quod dulce eſt, molles, leneſque eas partes relinquit. ita, ſi tum aridæ, atque aſperæ, tum euidenti adſtrictione affectæ illæ relinquantur, id auſterũ eſſe in vino arbitror. talis eſt ſapor cydonij mali maturio-
D ris. atq; huius ipſius fructus fruſtis vino immiſſis, nouimus qui vino eiuſcemodi conciliarẽt ſaporem. In quibus autẽ vinis ad initia hic ſe ſe ꝓdit ſapor, ex hoc argumentũ bonitatis vulgus ſumit, amarum vocãs, quãuis alius amarus ſit, de quo poſtea. Sequitur acidus non veteraſcentibus modo vinis, ſed ætate

etiam

etiam in media aliquibus frigida in regione ortis frequens. ex humiditatis illius aqueæ corruptela genitus, quam cum propria vini ſubſtantia eſſe dicebamus in ſuperioribus. Hic, quũ frigidorum ſaporum ſit finis, ſuccedit dulcis ex terrena ſiccaque atq; humida, & aquea materia vi caloris moderati, exacte concocta, ac temperata: humida autem paulo vberiori. nempe, vt Galenus 4.de med.fac.cap. 19.notat, dulce, vt humidum ſit neceſſe eſt. Huius ergo ſaporis vinum nunquam ſicciori ſolo, ac cœlo gignitur. atq; hinc vulgare illud pronũciatum, dulce vinum abſque aqua non fieri. Hic etiam nunquam cum tenuiſſimo vino reperitur. pertinax autem eſt in maxime craſſo: cum mediocri craſſitie ſuauior eſt. ſemper autem dum calore atque ætate tenuia fiunt vina, imminuitur. Proximus dulci eſt ſalſus, qui in vino natura non reperitur, quum natura nullum vuæ genus ſit ſalſum. arte autem concinnantur vina vt ſint ſalſa. Amarus vero non frequenter quidem, ſed aliquando tamen in vinis reperitur. Nam vuarum quarundam cortex natura amatoris alicuius particeps percipitur ſenſu. Non perſtat is tamen, ſed ſecedentibus ſenſim terrenis partibus per concoctionem, perit. Eſt poſtremo acer potentibus vinis omnibus communis. quæ degu ſtata linguam palatumque tum manifeſte inſigniterque calfaciunt, tum mordicant relicto etiam ſiccitatis veſtigio. Itaq; quum hi ſint ſimplices vini ſapores, ſolet quidem natura non raro eos etiam commiſcere, ita vt cum dulci ſit adſtringens, acidusue, aut auſterus, aut etiam acris. id quod tunc maxime fit, quum vitis genus aliquod vel diſſimile eidem ſolo, aut cælo, vel ſimile, diuerſo ſeritur. quæ enim vitis calido in loco dulciores vuas ſolet proferre, in frigido non æque dulces, & non ſine adſtrictione feret. Id apertum faciunt vites, quæ eodem in colle, & vinea boream ſpectant. Vuas enim edũt

&

A & vinum, minus dulce, aſtringens autem magis, quam quæ auſtrum. Sed ars plurimum in hac re valet. id quod tum ſæpe alias, tum in eo maximè agnoſcitur, quod aliqui piccans, ſeu mordax vocant, noſtri criſpiam, ab eo fortaſſe, quod labia linguamque, ita mordet, vt contrahendo ſeſe partes illæ quaſi criſpentur. Et non vno quidem id vini genus fit modo, ſed hoc maximè, vt vuarum acini ſuis e racemis detracti in bene munitum dolium immitantur, fere vt dolium repleatur. ſuperfunditur dehinc uini, nunc uetuſti (quod generoſius facit)
B nunc noui, nunc aquæ feruentis tantum, quod plane repleat. Id poſtea dolium alij arcte diligenterque per binos fere menſes occludunt prorſum, ut non expiret. alij ſtatim in dolij ſummo tubulum aptant, ut reſpiret. Vinum fit dulci mordacique ſimul ſapore multis expetitum. ſcintillans autem, ut, de quo dixi, acerbum. Dulce; recentis uuæ, quæ optima & dulciſſima deligitur, ſuccus facit, mordax autem, acinorum cortex. Sed hic (quod non in ſuperiori acerbo) acrimoniæ etiã-
C num aliquid coniungitur, ex vini vetuſtate, aut etiam calore, deligitur enim generoſum. Id aquæ, quod commiſcetur, feruens commiſcetur. quare feruorem celerrimè excitat: adauget vero etiam vſq; adeo genito ſui humiditate flatu multo; ut, niſi bene munitum ſit dolium, uel excluſo operculo, uel fracto dolio uinum repente effundatur, vel totum, uel plurimum, Si non exhalet, ubi dehinc debito tempore hauritur, igneo flatuoſoq; uapore carceribus ueluti fractis erumpente, ſcintillas uibrat. Sed inſignes effectus alios parit, de quibus
D ſuo poſtea loco.

De odore. Cap. VIII.

AFfinis ſapori odor eſt. Quem, quum ſcribat Galenus, 3. de rat. uic. in ac. 1. non ſecus ac colorem, per ſe nec

pro-

proprie,ſed per accidens iuuare, aut lædere, habēt quidem controuerſam,& obſeruationem,& rationem. Odores profecto gratos,præſertim vini, protinus ſpiritus recreare, ita vt in ſyncopam lapſos reſtituant,vitalibus ſpiritibus, temperatis ac refectis malos autem contra repente quaſi venenum ſpiritus corrumpendo obledere, qui neget, ſenſum neget. Eſt id etiam frequens,quibus imbecillum doloreue affectum ſit caput, eius generoſioris odore quam maxime lædi. Si ergo vini odor tum vitales, tum animales ſpiritus immutare, atque, vt aiunt,alterare poteſt: atq; id,& ſemper aut plurimum, & quam celerrime,ſine alterius rei interuentu poteſt;fatendum quidem eſt odorem,non per accidens,ſed per ſe proprieq; iuuare,ac lædere. præterea; indignum eſſe colorem de ſe nullius effectus authorem, qui cum odore comparetur. Odoris autem vniuerſim author eſt calor, & ſiccitas, ita vt, quo magis odore (proprio ſcilicet,& non aduentitio) vinum præſtat, eo maiorem inſitæ caliditatis ſiccitatiſq; vim certo prodat argumento. Sic Theophraſtus 2.de cauſ.cap. 21. ſicciori ſolo ac cælo odoratiora omnia fieri affirmat. proptereaq; agreſtia odoratiora quanquam, neq; is ita in vniuerſum ſtatuendum cenſet, ſed cælum ſolumque, quod media conſtet temperie, magis probat. nempe, quum odoris cauſæ ſint, materia quidem, ſiccum tenue humido tenui inter aquam,& aerem medio permiſtum: effectrix vero cauſa moderatus calor, ab immoderato quidem calore humidum id abſumitur, ſine quo non eſt odor. ab imbecillo non concoquitur. nimia vero humiditas tum materiam nimis aqueam reddit,tum caloris vim retundit. ita etiam ab immoderata ſiccitate, & vi propria id humidum imminuitur, & ea qua calorem exacuit, etiam diſſipatur. At illud tamen certum eſt, quo odoratius vinum eſt,eo & calidius eſſe,& ſiccius.

De

Digitized by Google

A

De Aetate. Cap. IX.

HActenus de vini ſubſtantia, temperamento, & qualitatibus. Præter quas ætatem quoque plurimi faciunt medici, non quod ea per ſe aliquid præſtet; ſed quod in vino, vt in animalibus quoque, & conſiſtentia, & temperamẽtum, & qualitates reliquæ cum ætate immutantur. Non eſt autẽ idem ætatis curſus vinis omnibus. Sed imbecilliorum, vt breuis vita, ita & uigor citus. generoſiorum, ſerius uigor & ue-
B tuſtas aduenit. ita ut perdurare aliqua centum annis ſit obſeruatum, noſtra etiam ætate, apud Rhetos, ut ex illis audio. Plinius lib. 14. cap. 4. uero eorum quoque meminit, quæ ducentis fere annis durarent. Quodcumque ſit uinum, initio craſſiori ſubſtantia eſt, & turbida. ſenſim attenuatur, & claret, ſepoſitis ſenſim ſordibus & conſumptis. Quod enim ſcribit Plinius lib. 14. cap. 4. Maroneum uetuſtate pingueſcere: & quæ ducentorum fere annorum erant, fuiſſe in ſpeciem mel-
C lis aſperi redacta, rarum eſt. neq; niſi in craſſiori uino accidit. tale autem erat Maroneum, idem & nigrum, & quod uicies tanto aquæ miſcendum Homerus ſcribit. Et cui Mutianus, ſingulos actoris aquæ ſextarios, miſceri comperit. Vetuſtate ergo, plurimum tenuius fit uinum, depoſitis & conſumptis ſordibus. unde calor quoque, qui earum copia opprimebatur, exſurgit: ita ut ad certum uſq; tempus uigeat. inclinat ille tamen tandem. ut propterea ex uetuſtate affirmare non ſemper liceat, uinum aliquod eſſe calidius. Sed ſui ſunt cuiq; termi-
D ni. & poſt uigorem non diſſimili atq; in alijs naturalibus rebus ſorte, neceſſario imminuitur calor, atq; etiam corrumpitur. Cuius ergo uini ætas annorum eſt quatuor, ijs tranſactis non tanta adhuc eius eſt caliditas. fatiſcit enim ea, & naturali ipſa amiſſa, obtinenteque extranea, frigidum fit uinum. Præter

calo-

calorem per ętatem immutatur ſapor quoque,atq; odor,imo & color. Sapor ad initia dulcis in imbecillibus frequenter in acidum uertitur, in fortibus in acerem: tandemq; in his ipſis quum uigorem excedunt,in amarum.ac poſtremo etiã amiſſo naturali calore in acidũ acrimoniæ participẽ: qui eſt aceti proprius.Sed cũ incremẽto decremẽtoq; ætatis,odoris quoq; uigor,& imminutio fit,pro aerei humidi ac ſicci terreni cõcoctione uaria ad uariã caloris mutationẽ.Mutatur & color.atq; is in alijs intenditur, in alijs remittitur. nempe in fuluo progreſſu ætatis intenditur ad flauum; in nigro remittitur & fit rubrum. Quod cur ita accidat, dignum eſt ſcitu. An ergo in nigro terrenæ partes quæ in eo exſuperant,progreſſu ætatis & caloris ſecedunt. ac propterea dilutioris coloris redditur. Contra autem in fuluo, dum ad uigorem tendit, reddito eius calore intenſiori,color quoq; ad igneũ magis accenditur? A B

De Cauſis, quibus vini eſſentia immutatur. *Cap. X.* C

HActenus de uini eſſentia. Quæ quum uarijs modis immutetur, immutationis cauſas perquiramus. Sunt ergo illæ duum generum. materialis cauſa & effectrix. materialis autem uuarum ſuccus.effectrix Ars. ſed habent hæc,capita uaria. Quę ut ſigillatim expendamus, Vuarum in primis maxima eſt uarietas tum pro uitis ſpecie,tum pro ſoli ac cœli uarietate. De uitis autem ſpecie mirum quidem eſt, quantum aliæ alijs præſtent, ſiue bonitatem, ſiue fœcunditatem, D ſiue in maturitate celeritatem, ſiue durationem ſpectemus. Sed hæc proſequi huius non eſt loci. ſatque eſt id dixiſſe, ad uariam uino conquirendam naturam primas partes uitis ſpeciem tenere, ſecundas ſolum & cœlum. & prius quidem horum, ut à quo uiti alimentum eſt; alterum ut à quo alimenti

by Google

A eſt concoctio. In natura autem ſoli quod uineis deſtinatum ſit, temperies maxime deſideratur. atq; ea tum in ſubſtantia, tum in qualitatibus,& primis,& ſecundis. Quod enim in ſubſtantia denſius eſt, id fere eſt & ſiccius, dum culturã pluuiaſq́ue difficile admittit. quando fructus non modo ſucci expertes parit, ſed etiam pauciores. Quod autem eſt rarum, dum & pluuias, & ſolis æſtus, ac uentos in ſe confertim admittit, incerte feracitatis uites alit; fructus uero ex ipſis itidem non
B multi ſucci prodeunt. Non ſecus uitibus pinguius quoq; ſolum inutile eſt ob luxuriem, quam toti plantæ ac fructibus communicat. Vnde & ex eiuſcemodi uineis vina vel à vulgo ipſo damnantur. deterrimum vero id pingue eſt, quod ex ſtercoraceo fimo cadaueribuſue eſt. quum id viti inter plantas reliquas ob vim attrahendi, quam à calore, raritateq́; ſtrenuam habet, inſitum ſit, vt ſapores, odores, qualitateſq́; omnes rerum quas prope habet, ſuos in fructus excipiat, ac tenaciter ſeruet. Quod quum optimè norint Bononienſes, quo
C anno ager vbi vinea eſt, triticum frugeſue alias excipit, vuas ex eo non improbant; quo vero cannabim, negligunt; quod fimo plurimo ad cannabis cultum opus eſt. Longe minoris damni vineis terræ macilentia eſt. Etſi enim ob inediam minor eſt fructuum vbertas; habent hi tamen inutilis ſucci minus. Ita ex ſoli ſubſtantia de vini natura ſtatuendũ. Ad quod id quoq; ſpectat, quod nunc tophaceum, nũc gypſeum, ſaxoſum, glareoſum, arenarium, ſabuloſum, cretaceum ſolum eſt. id quod ſicut ad ſapores, ita & ad vniuerſam vini naturã diſ-
D crimen maximũ parit. Et fieri quidem non poteſt, vt in ſimplici topho, aut ſaxo, aut gypſo, vel in ſimplici glarea, aut ſabulo, aut creta, vitis viuat: confracto tñ & topho, & ſaxo, & gypſo, & glarea itidẽ, ac ſabulo, & creta, ſi glebæ pinguis aliq̃d acceſſerit, viuit. ab huius vero maximè glebę natura, & copia vitis, eiuſq; fructuũ natura q̃ maximè variat, accedẽte tñ

etiam

Digitized by Google

etiam aliqua ex fundo qualitate. quemadmodum in aquarū quoq; origine & decurſu; ut alibi explicauimus. Alicubi excauantur in montibus duriſſimis ſcrobes, in quibus ruderibus, & fimo oppletis, ſeruntur uites. & uina quæ ex ijs fiunt, generoſa ſunt, quæ tamen caput facile feriunt. In qualitatibus uero, quod ſolum calidius eſt, præter quam quod plantæ radices exurit, alimentum etiam illi acrius præbet. contra, quod frigidius, & radicum hebetat calorem, & plantæ fructibusq́; ſuccum dat frigidum. Ab humidiori uero tum extinguitur uiuificus calor atque humor, tum fructus inutili ſucco turgent. B ſunt & inodori, ut qui aquam ſapiunt, ut ait Theopraſtus; 2. de cauſ. pl. cap. 21. & præterea inſipidi ex quibus etiam uina minime uel generoſa, uel durabilia. In quo, quod uir Doctiſſimus obijcit, damnandus non eſt Theophraſtus, 3. de cau. pl. 16. ſcribens humido ſolo uitem proficere in magnitudinē, καί τις εὐκαρπίαν. non enim εὐκαρπία eſt excellentia fructus, ut ille uertit, ſed bona fructificatio. cuius cauſa eſt ἄφθονος τροφή, abundans alimentum: cauſa illi contraria, quæ excellentes C ſapore fructus parit, quæ eſt ſoli potius ariditas. Contra ab aridiori tabeſcunt quidem plantæ; at fructus quem ſuccum præbent, minus inſipidum & diſſipabilem præbent. Ad ſecūdas autem qualitates pertinent, tum ſapores dulce, acerbum, acidum, ſalſum, amarum, acre, & conſimiles aliæ; tum odores, quibus non raro terram infici, argumento ſunt concreti ſucci, tum liquabiles aqua, tum fuſiles igne: tanti ſæpe maleficij, ut plantas alioqui natura ſua ſalubres thermarum uicinia inſalubres reddi, conſtans ſit, & ratione cōfirmata obſeruatio. D De cœlo autem, ut illud quidem cum multis ſtirpibus alij uiti commune eſt, ſolis calore gaudere; ita, ſi is immoderatus ſit, lædi. Vineas igitur ad meridiem obuerti calida in regione, non bene eſt. tum enim fructuum ſuccum immodice abſumi neceſſe eſt; tum uinum acrius, & quod facilius aceſcat,

gigni.

Digitized by Google

A gigni. Spectare autem meridiem, imo eadem die oriente
atq; occidente Sole illuſtrari, in frigidiori plaga quibus con-
tingit, ſumme vtile eſt. ſic intimo, qui illic non multus eſt, vi-
tis calore feto, atque ad fructuum maturitatem adiuto. Ad
orientem autem verſas eſſe in temperata regione, ſat eſt hoc
pacto interiori calore ad fructuum concoctionem ab exterio-
ri moderate adaucto. Vtiliter vero Septentrionem ſpectant
vineæ calidiori in regione, vt à cuius ventis aeris feruor tem-
peratur. De Occidente aliquid dubitationis eſt, quod à poe-
B ta in eum ſpectare vineas non probatur. At quum Solē pari
horarum numero ſub vtroque axe vitis excipiat, tantundem
afferre commodi poſſe videtur quotidiana à veſpertino calo-
re in frigus, quantum à nocturno frigore in diurnum calorem
mutatio. Hactenus, quomodo tum ex ſolo, tum ex cœlo de
vini natura ſit ſtatuendum. Ad vtrumque autem Solum ſi-
mul & cœlum, pertinet ſitus. In quo tantum intereſt ſubli-
mi ne & ab aere ventiſque perflato, an humidi & concluſo lo
co ſit vinea, quantum vel vtili puroque ac ſuaui, vel inutili
C ſordidoque atque inſipido eſſe ſucco intereſt. hoc ergo ad vi-
ni quoque materiam pertinet.

Quæ ad Artem pertinent. Vitis cultura. *Cap. XI.*

NVnc ad effectricem cauſam, id eſt, Artem tranſeamus.
Hæc in eo poſita eſt, vt opportune tum vites colantur;
tum vuæ legantur, præmantur; tum vina ex ijs facta condan-
tur, tractentur. Quod de vitis cultura dicimus, eo pertinet
D vt ne prope ipſam alienæ naturæ prauique ſucci ſit aliquid.
quum illud obſeruatum ſit, quod & Theophraſtus 2. de cauſ.
pl. 25. ſcribit, tum priuatim ſi prope, ſatam braſſicam habeat
(ob inteſtinum cum ea odium) minus laudabiles fructus fer-
re; atq; ſi vicinam habeat laurum, aut ficum (ob ſubtractum

fortaſſe viti à calidioribus hiſce plantis alimentum) non ſatis proficere ad incrementum, fœcunditatem, ſuauitatem fructus: tum vniuerſim ſapores, odoreſque varios vuis pro re viti vicina communicari: vnde & colocinthide, elleboro, ſiluestri cucumere, ad eius radices aut ſponte enatis, aut de induſtria admotis; vel ſi theriaca, ſcammonio, moſchoue in inſitione illitus ſit ſurculus; earum rerum qualitates, vireſque recipiantur in vinum. Sed & illud multum intereſt, ſublimisne, an humilis ſit vitis. Quando enim non niſi humido, & fœcundo ſolo in ſublime perduci vitem bene eſt, vt cui nō deſit vel ad incrementum, vel ad fructuum vbertatem alimentum; quo hæc ſublimius aſcenderit, eo meliores etiam fructus edet: ſed & purior ſemper tenuiorque in altiores ſtirpis partes ſuccus trahitur: & ſolaribus radijs magis illuſtrantur, & ſinceriori aura perflantur ſummæ partes. Quare etiam vbi arbores, quibus vites maritantur, putari accidit; quum harum pampini non habentes cui innitantur, & in quod ſcandant, humiles remaneant; Solem ſuis ipſarum frondibus arcentes à fructibus, eos ſapore, gratiaque longe inferiores ferunt. In humilibus vero (quales in minime ſucccoſo ſolo eſſe debent, quod ab eo alimentum deeſt ad multam vel palmitum materiam, vel fructuum nutritionem) humi cubare, vt in Aſia paſſim, & nunc etiam alicubi in Illirio, iniuria potius quam ſtudio accidit; minimè laudabile eſt; quod, tum terreni vitium omne in fructus trahitur; tum reflexo in ipſos à terra Solis calore, eorum ſuccus ſpiſſeſſit; & vinum ſit craſſius; nullius gratiæ præter dulcis alicuius ſaporis veſtigium, particeps. Quæ alibi vites vel breui crure ſine adminiculo, uelut arbuſculæ per ſe ſtant, uel etiam ſuſtinentur furcilla, ſuauiores, utilioreſque fructus ferunt: & adhuc meliores, quę altiori pedamento; quum in uniuerſum minus terrenarum ſordium, & plus ſolaris beneficentiæ recipiant.

Obſer-

A *Obſeruanda in Vuis priuſquam legantur.* *Cap. XII.*

ACcedamus ad uuas. Quæ prius quam legantur, maturæ ne ſint, an acerbæ, & quali tempore legantur, plurimum intereſt. Sicut enim quum minus maturæ ſunt, quia nondum terrenarum, & aquearum cum aereis atque igneis partibus exacta miſtio concoctioq; conſtitit, acerbum dant uinum; ita quum maturiores; ob diſſipatam iam aereę ſubſtantię copiam, ad ſaporis ſuauitatem neceſſariæ, ſuauitas
B perit. Ad uini igitur bonitatem pertinet, ut mediocris maturitatis uuæ legantur. Adde, quod licet uinum ex acerbis uuis, quia in eo terrenæ frigidæque ac ſiccæ partes pręualent, magis fit durabile; quod tamen ex maturioribus fit, facile aceſcit, ſiue enim opportunè non legantur ob pluuias, ex his putredinis aliquid uuas contrahere neceſſe eſt. ſiue etiam aridiori tempore in plantis diutius relinquantur, à ſole ſuperfluũ calorem concipiunt. ita ut, uel putris, uel ſolaris illius caliditatis ueſtigio tranſeunte in uinum, eiuſque inſitum calorem
C afficiente, facile aceſcat. Sane autem prius quam legantur uuæ, uetuſtus aliquorum mos fuit, ad dulcem uino ſaporem comparandum, triginta ante uindemiam dies, palmites e quibus racemi pendent intorquere, frondemq; omnem detrahere. Sic intercepto ob palmitum diſtorſionem alimenti in ramos à uite curſu, accedenteq; etiam à Sole humoris multi conſumptione, non ſecus atque ſi coquatur, uinum fit dulce. Alij denudatis fronde racemis, uuas non prius quam corrugari iam cœpiſſent, legebant. tunc uero collectas ſoli expo-
D nebant. atque ubi iam paſſæ eſſent à meridiano æſtu, transferebant in prælum, præmendas dehinc ad auroram. Et eſt quidem, ſiue uno, ſiue altero modo fiat, ad ſuauitatem uino comparandam utilis hæc diligentia. At non ſemper uina dulcia ſalubria ſunt. quando aũt ſint, alio nobis loco quęretur.

Obſeruationes in legendis vuis & præmendis. Cap. XIII. A

ACcingamur ad uindemiam. Huius, ſi aeris ariditas præceſſerit, opportuna eſt illuceſcentis diei hora. quo colligantur uuæ cum rore: ſi nimia humiditas, quum iam ſolis calore nocturnus ros euanuit. Collectas autem alij non longè poſt premunt. alij non prius quam cumulatim aliquot dies iacuerint. Cumulus autem uulgo fit in agro, ita ut per dies noctesque ternas quaternaſùe, & diurno ſole caleant, & B nocturna frigiditate frigeant, prætereaque rore aſpergantur. Alij in ligneis ſerijs integras uuas reponunt, poſtea præmendas. Ad uini autem uim plurimum intereſt, uno uel altero fiat modo. Imbecillius enim eſt uinum, quod ex preſſis ſtatim à uindemia, & non diù cumulatis fit uuis; & idem etiam minus ſuaue. contra quæ in cumulo debito tempore iacent, fortius, & ſuauius reddunt. debitum uero tempus eſt, ut ne uuæ corrumpantur. Solet autem in cumulo prementibus ſe C ſe uuis ſponte aliquid ſucci effluere. quod collectum ſapore ualet, atque inter optima uina non poſtremum locum tenet. Lachrymam nunc uocant: aliàs prætropum: à lixiuio uino diſſimile, quod lixiuium ex calcatis, ſed leuiter, uuis fit antequam prælo ſint preſſæ. prætropum uero ſponte ſua ex non præſſis. Vt Colum. lib. 12. cap. 27. & 41. & Plin. libr. 14. cap. 9. Sane autem, ſiue in cumulo ſeruentur uuæ, ſiue non ſeruentur, ut aliàs, ita nunc etiam aliquibus mos eſt, eas ſtatim in lacum coniectas prælo præmere, & expreſſum mu- D ſtum in dolijs reponere ad maturitatem. in ijs enim & feruet ſenſim; & ſi diligentia adhibetur, opportuno tempore de uaſe in uas transferendi, expurgatur & perficitur. Alij (quod longè frequentius eſt) uuas uel pedibus calcatas, uel contuſas uectibus in ſerijs reponunt ad feruorem. poſt quem citius

aut

Digitized by Google

A aut ſerius extracto muſto, quod reliquum eſt, torculari ſemel ſæpiuſue pro ſucci ubertate præmentes, tortiua uina conficiunt. Qui utrumque uini genus biberunt, prius id ſuauius eſſe profitentur, ut quod dulcem ſuauemque fere tantum, non etiam acidum racemorum, pediculorum, uinaceorum, & gigartorum referet ſaporem. Ac poſterius longe ſalubrius ſtatuendum, quod feruendo in vinaceis, & ab earum calore multo meliùs concoquitur, & in ijs ſordium plurimum relinquit. qui, duo, quum deſint priori; hinc etiam non raro uel viſcerum

B tormina excitat, vel renum calculos, vel articulorum neruorumque labores.

Obſeruatio varia in aqua preſſis vuis immittenda, & in feruore. Cap. XIV.

PReſſis vuis adijcere aquam alicubi mos eſt, alibi quidem, parce, alibi vero largius. plurimum autem, ad naturam vini immutandam intereſt; qua menſura immittatur. quum

C illud certum ſit, aquæ miſtione, non modo generoſioris vini vim reprimi; ſed etiam, vt dulce perſtet, effici. perſtat autem, quia vis illa vini retunditur, quæ acre facit. Siue autem addatur preſſis vuis aqua, ſiue non addatur, alijs alius mos placet. Sunt qui antequam ferueant, muſtum exhauriunt. alij non niſi quum feruere iam cæperint. alij non prius quam dies aliquot, plures, paucioreſuè ferbuerint. Plurimum aũt hic quoq; ad vini nãm intereſt, qũo fiat. Qui ſtatim atq; feruere cæperit hauriunt, alij extractum id in dolio reponunt. & poſt

D quã dies quadraginta in hoc ferbuerit, fæceſq; ſeceſſerint, puriorẽ partem in aliud transfundũt dolium. hoc deinceps, poſt quã valide feruere vinũ iã deſijt, arcte operculo occludẽtes. Alij ex ſeria extractum faccis percolant; dolioq; immiſſum vbi per feruorem fœces ſeceſſerint, in vas aliud transfundunt. Priori modo conficitur frequenter in Gallia ex nigris vuis ru-

bellum, grato & coloris quaſi pyropi, & dulcoris veſtigio,& mordicatione ſuauiſſimum; generoſum autem, & ventriculo acceptiſſimum.caretũ vocant. Quod altero modo fit,molle, leneq́; eſt,& imbecillum; Cur autem imbecillum ſit,aperta eſt ratio. tum enim,quum (vt Plinius de hoc ipſo ſcribens) lib.23.cap.1.vinum feruendo vires e muſto ſibi faciat,feruor percolando frangitur.tum etiam imminuuntur fęces,quibus, vt author eſt Plutarchus, 6.Sympoſ.quæſt.7.vini ius maximè ſeruatur. Sic Hippocrates in lib. de affectionibus, vinum ſcribit diffuſum perfrigeratũ, atq; excolatum tenuius fieri ac debilius diffuſum(vt puto) id vocans, quod latiori in vaſe feruet, in quo.ſ.calor minus coactus, atque, vt aiunt, vnitus,minus valet. Perfrigeratum, cuius feruor crebra tranſuaſatione remittitur. excolatum autem hoc quod fit ſacus cuius liquor à terrenis partibus ſeiungitur in quibus maximè ſeruari calor ſolet.Quia igitur imbecillum eſt hoc vini genus,ob id non male vtiliſſimum eſſe ait Plinius. quod.n.tale eſt mentis arcem minimè omnium tentat. Eſt hoc tamen ventriculo minus vtile ob lenitatem.imo vero etiam ſępe in eo inutile,& ipſi & capiti,quod minus ſitim tollit. propterea copioſius bibitur. Sed redeamus ad feruorem. Illud quidem minimè dubium eſt quod generoſæ vuæ, & quæ aridiori calidiorique ſolo ac cœlo ſunt ortæ, moderatius vinum dant, ſi cum vinaceis non ferueat. imo & dulce magis, & auſteri minus particeps.Contra ſi cum uinaceis ferueat,tunc ualidius,atq; acrius eſt ob calorem ex putredine in uinaceis conceptnm, à quo etiam eſt feruor: tum pręterea auſteri magis particeps,quod hic ſapor uinaceis,nec non & ſarmentis racemorum, ſicuti & folijs proprius eſt. At ſi degeneres ſint uuæ ; aut ſi humili, vdoq́;, aut etiam pinguiori ſolo,aut frigido, humidoue,cœlo natæ, imbecilla etiam ſunt natura, & calore. vt propterea adiutrice egeant caliditate alia, & feruore multo. Non prius

igitur

Digitized by Google

A igitur hauritur muſtum: quod ex his fit, quam dies aliquot ferbuerit. Qua in re facta obſeruatione, tum generoſitatis vuarum, tum (vbi calcatis vuis aquam commiſcendi mos eſt) copiæ eius, quæ immittitur, aquæ, ſeruandus eſt in feruore modus; vt vbi minus proprij eſt caloris, aduentitia cum feruore caliditas, id quod deeſt, ſuppleat. At vero, quum vinum, aqua muſto permiſta, dulce fieri dixerimus, locus poſtulat, vt an ita habeat res, & quam cauſam habeat aperiamus. Quomodo .n. quæ prorſum inſipida eſt, dulcem ſaporem vino cõciliet? Sed hic Ariſtotelis quoque iudicium ſect. problem. 20.
B prob. 35. plurimum obſtat. quando .n. origanum muſto iniectum dulce vinum facere obſeruatum eſt, fieri id ille putat, quia quod in muſto eſt, tum aqueum, tum fęculentum, (à quibus auſteritas inducitur) in ſe origanum recipit. Sed ẽt, quod aqua impedimẽto potius ſit, vt ne dulce vinum fiat; aſtruere hoc videtur, quod quum dulce vinum molimur vuas multũ temporis ſoli exponimus; vt quantum in ijs diluti eſt, auferat, & decoquat reliquum. quod ergo in vuis facit ſol, id in mu-
C ſto facit origanum calidum, & ſiccum natura. Adde etiam, quod muſtum, ſi coquatur, ſẽper fit dulcius (exemplo eſt ſapa) id autem non eſt, niſi aqueæ ſubſtantiæ conſumptione. tantum igitur abeſt, vt ab aqua dulcis in vino fiat ſapor, vt contra potius eius miſtione remittatur atq; impediatur. Redditur etiam muſtum miſta aqua tenuius, dulce autem vinum omne craſſum eſt. Cæterum quanquam hæc dictat ratio, contra tamen certa eſt obſeruatio, vinum ſine aliqua aquæ permiſtione nullum perſtare dulce. Quænam igitur huius rei
D cauſa? An hoc frigoris eſt opus? Nempe in frigido quoque aere muſtum diu dulce permanere obſeruatur. ſiue id accidat, quia muſti mutatio in vinum id eſt dulcis in non dulce fit per coctionem, cui obſtat frigus: ſiue, quia, quum vuæ proprius ſapor ſit dulcis, frigus vuæ calorem exhalare non ſinit,

ſed intus continet,quo eius quoq; ſeruatur ſapor. An ergo eo- A
dem modo dulcem ſaporem in muſto aquæ frigiditas ſeruat? At diſſimilis in aere, atq; in aqua ratio eſt. quum is muſtum tantum ambiat,hæc illi etiam commiſta ſit. Et præterea, ſi quis feruentem aquam vuis preſſis commiſcet, non ſecus atq; ſi frigidam inijciat,dulce vinum euadere obſeruabit. Habet igitur res ita vt putamus. Auſteritatem vino conquirit, tum terrenarum partium copia,tum caloris in eas efficacia. Vt.n. in humano corpore humores,vbi calore multo tenues eorum partes abſumi accidit,acerbitatem atq; etiam amarorem cō- B
quirunt: vnde fit atri humoris copia; ita & in muſto. quare etiam vbi calidiores ſiccioresq; eunt vindemiæ, auſteri vini copia multa eſt,dulcis exigua. nempe,quod terrenæ ſubſtantiæ acerbitas humiditate aquæ temperatur. At non abſolute aquæ commiſtio dulce efficit,ſed moderata copia,quę à proprio vini calore concoqui poſſit, imo & priuata aquæ natura, in priuato vini genere,& priuato ſolo. adde & priuata diligētia in frequenti elutriatione,qua fæces illæ terreſtriores ſepa- C
rentur,uerę auſteritatis, ut Ariſtoteles quoque ſentit, cauſæ. Ita, qui vinum vt dulce perſiſtat,expetunt,iniecto paucorum dierum interuallo,de uaſe in uas non ſemel ſolent transferre, ad craſſiorum fœcum ſeceſſionem, prætereaque ad feruorem impediendum, authorem, vt eæ quoque aereę muſti partes minus diſſipentur, quę dulcis ſaporis ſunt cauſæ. Itaq; dulcem ſaporem uino aqua non affert: ſed quod dulce in muſto erat,conſeruat, dum aduentitium calorem contemperat aereas partes dulcis cauſas abſumentem;& terrenas fæces ſepa- D
rat cauſas auſteritatis. Id ipſum, origanum quoque, licet diſſimilis prorſus naturę, efficere nihil mirum. quod.n. calidum eſt,ut ſeparare diſſimilia poteſt & cogere ſimilia; ita facta terrenæ ſubſtantiæ ſecretione ab humida quę eſt in muſto, dum quod terreum eſt, in imũ ſecedit auertitur cauſa auſteritatis,

A quod autem humidum aqueum remanet in uino, à proprio uini calore eiuſdem origini caliditate adiuto partim concoquitur & matureſcit, partim diſſipatur: aerea muſti portione, quę dulcis ſaporis cauſa eſt, & conſeruata, & reddita puriori. ſic quidem origanum dulcem in muſto ſaporem fortaſſe retinet, potius quam quod uel aqueas uel fœculentas partes in ſe recipiat. quomodo.n.binę eius heminę tantum aquei humoris exſiccare, aut terrenarum fęcum in ſe poſſit excipere, quãtum muſti amphora continet? Longe ergo aptior eſt uuę ſoli B expoſitę comparatio: Et uere, ut ſuperflui humoris conſumptio, ita eius qui remanet, concoctio ac maturatio ad conſeruandum in muſto, dulce neceſſaria eſt. quam adiuuare origanum poteſt. Quod de muſti decoctione ſequebatur eandem quidem habet cauſam aquei humoris cum conſumptionem, tum eius qui ſuperſtes eſt, proprij maturitatem. non ex hoc tñ C probatur, aquam eo nomine dulcem in muſto ſaporem non retinere, quo aduentitium temperat calorem, & terreſtrium fœcum ſeparationem adiuuat, ut dicebamus. Poſtremoque, licet aqua muſtum reddat tenuius: non eam illi tamen craſſitudinem detrahit, quam habere dulcia ſolent, niſi debitam exceſſerit menſuram.

Diligentia in muſto ad auertenda mala quæ uino accidunt. Vini ſubſtantia quatruplex. & uitia quatuor. Cap. XV.

VIno varia accidere ſolent mala, quæ adhibita in eo conficiendo diligentia auertuntur. Quatuor autem potiſſi- D ma illa ſunt, quod aceſcit, quod turbidũ perſtat, quod in uappam abit, quod fit mucidum. Habent uero hęc cauſas tum interiores, tum exteriores. quanquã exteriores non ſine interiorum cõcurſu lædunt. Exteriores ſunt uaſorum in quibus ſunt, ſordities, aeris alieni occurſus, & in uniuerſum, neglectus. Interiores, ipſius ſubſtantiæ ſunt uitia 4. de ſimpl. med. fac. 3.

Qua-

Quatruplex autem illi ineſt ſubſtantia, ut habetur fœculenta, ſpumea, aquea, & uera uini ſubſtătia. quibus ſingulis ſua eſt & ſubſtantiæ ratio, & modus, & locus: quæ niſi ſeruētur, vitiatur. Fœculentæ partes, & ſpumeæ maxima ex parte dum in vinaceis feruet muſtum, ipſis agglutinantur. Aqueæ partis iti- **A**
dem non parum feruendo conſumitur: ipſa vini ſubſtantia cũ aquea deorſum ſecedente; participe tamen adhuc & fœculẽtæ, & ſpumeæ multæ. Transfuſo ergo à ſerijs in dolium muſto, feruore quem in illis conceperat perſiſtente, ſenſim fœces ſubſident, ſpumeis partibus in ſuperiora elatis. Quod aqueũ **B**
ineſt, concoquitur; concoquẽdo autem imminuitur; ita & vini ſubſtantia. Vbi igitur ſuum & modum, & locum in dolio eæ partes ſingulæ ſeruarint; ita vt fœcum, ſpumæ, aqueæ partis copia non ſit debito maior; fœces autem reſideant, & ſpumoſæ partes ſurſum ferantur; prætereaque, vbi inſitum, quo ſeruatur, calorem exterior vel calor vel frigiditas nõ ſuperet, non corrumpitur vinum. At ſi aqueæ partes ſuperent, calorem inſitum opprimentes, ipſum corrumpunt; ita vt acceſſu **C**
externi caloris ipſamet vini ſubſtantia putredine quadã concepta aceſcat. Fit etiam vt aqueus humor plus lentoris habeat, quam ſit par; fœces autem & ſpumoſæ partes affluant. Id vbi accidit, confuſis nouo feruore, ac non ſecedentibus in ſua loca ſingulis partibus ob lentorem, turbidum fit vinum: & à turbido niſi conſulatur, etiam corrumpitur in vappam. corpulentam & quaſi olei ſubſtantiam adeptum; vnde hauriendo leniter, inſtarque olei, ſine ſtrepitu fluit; colore ſubnigro à fœcibus; odore prauo; & pereunt ſapore, ob corruptelam. Fit etiam non raro, vt aquea illa ſubſtantia crudior **D**
exuberans, à calore deſtituta corrumpatur: & vinum tunc fit mucidum. Sic quæ propoſuimus mala, has habent, quas diximus cauſas. Ad quæ auertenda varia & prior & poſterior ætas admuenit.

A *Vina vt ne aceſcant remedia varia. quibus eorum natura mutatur. Cap. XVI.*

ITaque primum id experimēto probatum eſt, nulla re alia addita, ſi muſti decima pars decoquatur, frigefactaque cum muſto reliquo in dolium transferatur, non aceſcere. Reſpondet experimento & ratio. Quum enim hoc vitium ex aqueæ ſubſtantiæ ſi copia, quæ dehinc ab æſtu facile putreſcens in conſenſum vini ſubſtantiam trahit; illius muſti coctione (debet autem coqui vt eius decima pars abſumatur)
B quod in illo aqueum erat plurimum, diſſipatur, ſuperſtite vini ſubſtātia puriori, quæ dehinc nouem vini partibus reliquis non decoctis commiſta vniuerſum reddit putredini minus noxium. Hic modus nunc etiam frequens eſt non modo imbecillibus, ſed etiam generoſiſſimis in vinis. In Creta in eo quod moſchatum vocant, intelligimus quinquageſimam fere muſti partem decoqui, vt tertia pars abſumatur. idq; vbi refrixerit, reliquo muſto commiſceri. non hoc tamen (arbitror) ad acorem; quū id vini genus difficillimè aceſcat; ſed ad dul-
C cis ſaporis diuturnitatem. Quare in eo, quòd auſterum volunt, (Maluaſia garba dicitur) id coctum non additur. At ſeruandi ne aceſcat gratia, Italię paſſim coquendi mos eſt, in vinis tum natura, tum ob multæ aquæ commiſtionem, imbecillis; aliquo licet diſcrimine à veteribus. illi enim nihil prorſus aliud muſto, quod decoquitur, addebant; noſtri ſalis aliquid conijciunt, vt ſimul cum vigeſima ferè muſti parte ferueat: detractaq; diligenter ſpuma partem eam adhuc feruē-
D tem in dolium iam ex dimidio plenum effundunt, ipſum dehinc replentes muſto reliquo. Sali autem certus præſcriptus non eſt modus. Sed librę duæ treſue pro ſextarijs fere ſex curandis, ſit ſatis. Confert hoc non parum, dum ſuaptè natura ſal exſiccat, & putredinem coercet. Verum, cur veteres decoctam eam partem, frigidam; noſtri calidam inijciunt? Illi (arbitror) frigidam commiſcebant, quia, quum calore cele-

Digitized by Google

rior fiat craſſiorum à tenuioribus partibus ſeparatio; hęc tam ſubita ſeparatio, ad bonitatem gratiamq; uino comparandã, inutilis eſt: ex fœce enim, id eſt, ex terrenis partibus, aſtrictionis roboriſq; non parum uinum conquirit. at celerem eam ſeparationem noſtri eccitant: quia dolio iam frigido muſto ſemipleno, id calidum, quod addunt, refrigeſcit; magis uero etiam ſuperuentu frigidi alterius, quo oppletur. Conſulebant ueteres uini perennitati etiam rerum aliarum commiſtione, ut apud Colum. lib. 12. cap. 26. ac primum muſto lixiuio, de quo diximus, aquæ dulcis putealis ex eodem agro partem decimam addendo; & ad aquæ additæ diſſipationem uſque decoquendo, tum ubi refrixiſſet, in uaſa defundendo, operiẽdo, oblinẽdo. Quod dicebamus, uino humiditas illa ineſt aquea: quę, ut aquea, cruda eſt: & niſi uel bene coquatur, uel diſſipetur ab externo calore, putreſcens in conſenſumque uini ſubſtantiam trahens, periculum illi affert, ut aceſcat. Vbi natura generoſum ſit muſtum, id quod illi ineſt aqueum, concoctum eſt magis, ut propterea non tam promptè, neque niſi ab inſigni & diuturno ęſtu aceſcat. (Id uinum maluaticum prodit, quod difficillimè, neq: niſi aliquot poſt annos etiam inſolatũ, fit acetum.) aceſcũt autem facile, quibus inualidus eſt natura calor, quod ijs aqueus quoque humor ille crudior eſt. his igitur concoctione conſulitur. quę humidum illud aqueum, & magna ex parte abſumit, & coquit. At hoc id etiam mali parit, ut uinum & craſſius & minus ſalubre remaneat. Additur ergo non temere aqua, & decocto cum ea muſto eouſque, ut quantum aquę additur, tantum humidi abſumatur, fit ut naturale id humidum crudum coquatur, unde periculum aceſcendi auertitur: & ipſum tamen uinũ, ſeruata naturali aquei humoris proportione, nihilo fit craſſius, aut minus ſalubre. In delectu aquæ, dulcem quęrebant, ad ſuum uino ſaporem retinendum. alioqui ſalſa etiam (ex qua Gręcum uinum à Varrone cõficitur) ut putredini aduerſa, nõ eſſet importuna

(Margin letters: B, C, D)

A Putealem autem ſumebant, vt quæ pura ſit, & non facile pu-
treat vt pluuia, aut fluuiatilis; & quæ non ſit frigidior, aut cru-
dior, vt fontana. Ex eodem autem agro, ob ſimilitudinem
cum alimento vineæ eodem in agro ſitæ. Muſtum autem ita
cum aqua coctum expectabant ut refrigeraretur priuſquam
in uaſa transferrent, ob rationem de qua antea. Fuit etiam
mos ubi muſtum in dolium transfunderetur, illi uel gypſum,
uel aridam picem commiſcendi. Sic Collumella lib. 12. cap.
26. in ſextarios muſti ſeptem gypſi heminam inijcit, deco-
B cti, & frigidi. Idem nunc Græciam ſeruare audio. In Cretæ
enim planicie gypſi cocti frigidique ac ſetaceo tranſmiſſi he-
minam circiter unam, aut tantundem aridæ picis pulueratæ
congijs muſti ſingulis, addunt. Id fere & in Corcyra. Nau-
pacti uero (nunc Lepantum) in id quod Romaniam uocāt,
eiuſdem picis plus addunt; nempe in congios circiter ſex, li-
bras decem. quare picem maxime refert id uinum. Cur au-
tem harum rerum miſtio uinum ſeruet, non obſcura eſt ra-
C tio. gypſeo quidem fœces deorſum trahuntur, & humidi illius
ſuperflui non parum abſumitur. non ſecus & arida pice. quā-
quam hæc odorem quoq; immutat, & non nihil etiam ſaporē.

Vini naturæ immutatio ex remedijs ad eius turbulentiam, vappam & Mucorem. Cap. XVII.

ALiud uini uitium eſt, quem opportuno tempore non
claret. præludium frequens ad uappam. Vt clareat,
D optima ratio eſt, ſi de uaſe in uas, ut ſecedant fœces, debito
temporis interuallo transferatur. alij etiam ſaccis percolant.
Sed utrumque artificium, imbecillius quaſique eneruatū red-
dit uinum. tum enim crebra tranſuaſatione, percolationeque
illa quæ non niſi longiuſculo fit tempore, igneæ ac ſpirituoſæ
partes euaneſcunt, tum terrenæ ſubſtantię in qua uini reſidet
robur

robur, pluſquam oporteat, detrahitur. Itaque ad conquirē- A
dam maiori compendio uino claritatem, alij oui albuminum ſpumam, alij lac, alij itriorum ex tritico decoctum, alij tenuiſſimas coryli ſchedas aſcia factas uino exactiſſime cōfundunt. Quæ ſingula non carent ratione. agglutinat enim ſibi horum unumquodq; fœces, quæ in tota uini ſubſtantia confuſæ turbulentiam pariunt. Sed ubi tamen uinum claruerit, ea non ſine periculo in ipſo relinquuntur. corrumpuntur enim ſingula, & putredinem concipiunt, cauſam uitij nō exigui in uino. B
Serius putrent ſchedæ, quas diximus; ſed eę priuatum malum habent, quod capiti inſenſum ex ijs fit uinum. Euitatur ſuſpicio omnis, quicquid ex his in uſum uenerit, ſi transfundatur uinum in uas aliud ſtatim atque claruerit. Ad uappam uero duo nunc maxime uſurpantur, certo ad eam labem remedio. tum alumen rupeum, quod muſto, aut etiam vino incoquunt: tum ſulphur, quo tantum ſuffiunt, & dolium, & vinum. hoc vero efficaciæ tantæ, vt quod iam cæperit eo vitio corripi, curet. Scilicet vtrunque horum lentorem illum inſi- C
gnem aqueæ in vino ſubſtantiæ deterget, à quo ſordes in toto vino retinebantur, ne ſubſiderent. Non deeſt tamen vino ita curato vitium. quod ipſiuſmet aluminis ſubſtantia cum vini corpore commiſta aſtrictionis ſimulq; eroſionis non leue illi veſtigium impartitur. poſteriori autem minus quidem malum, quod halitus tantum in vino excipiuntur: at ingrato tamen illo odore inſenſum homini id vinum eſt. Melius ergo remedium eſt, quo veteres etiam vſos conſtat, marmoris tenuiſſime triti iniectio. in cuius exemplum ex noſtris aliqui flu- D
uiatile ſabulum craſſius & bene lotum ſumunt non ſine fructu. Cæterum ſi quid eſt, quod nulla re alia addita id malum impune corrigat, vna eſt validiſſima, & per plures horas agitatio. quæ dum lentorem frangit, ſordeſq; attenuat, & agitatu imbecillum vini calorem excitat, nihil alieni inducens in

priorem

Digitized by Google

A priorem quaſi naturam, non pari licet præſtantia, id reſtituit. Quartum erat vitium, quo mucidum fit vinum, dolij frequentiſſime culpa. Ad quod corrigendum quum ars varia tentarit, quicquid præter diligentiſſimam abluendo, deradendo, aſciaq; poliendo, deterſionem tentet, vix vnquam id aſſequitur, vt in ſui naturam vinum redeat. qui enim alijs odoribus priorem illum vitioſum corrigunt, nouo odore nouam quoq; naturam adſciſcunt.

B *Vini varietas pro Condiendi, & Recondiendi varietate. & pro vario in dolio ſitu. Cap. XVIII.*

POſtremum eſt artis munus vini condiendi, & recondendi. Eius autem naturam immutari conditura varia nihil obſcurum eſt. ſic non ad medicum modo vſum, ſed ad voluptatem quoq; alij alia vino commiſcentes nouos illi ſapores, odoreſq; ac propterea naturam nouam adſciſcunt. Sed hac de re alio erit agendum loco nunc enim de ſimplici vino

C ſermo eſt. vt propterea à condiendi, ad recondendi modum tranſire ſatius ſit. Plurimũ ergo intereſt ad vini bonitatẽ quo loco repoſitum ſit, frigidone, an calido loco. de qua re non pauca Galenus, ſcribens in Aſia vinarias cellas ad meridiem & ſolem ſtatui, ita & eius patrẽ imbecillia inſigniterq; aquoſa vina in calidiſſimam cellam tranſtuliſſe, ſtæbe plurima calida herba opertis uaſis. Et contra tamen omnium fere conſenſus eſt, uinarias cellas ſeptentrionem ſpectare oportere.

D Cæterum diligentior hac de re diſputatio huius non eſt inſtituti. Satis illud ſit, uina eſſe illic reponenda, ubi bene matureſcant, ſeruẽtur, nulliusq; putris, alieniuè odoris vitio inficiantur. Italia paſſim cellas probat ſubterraneas, hyeme calentes, æſtate frigidas. & in his non generoſa modo, ſed etiam imbecilla vina ſeruari quotidiana eſt obſeruatio. vt illius quoque

quod

Digitized by Google

quod locis auſtro ſoliq; obuerſis corrumpuntur. Hoc vt noſcat, ſatis cuique arbitramur. Ad hunc locum ſitus quoque vini in varijs dolij partibus varietas pertinet. nempe & ſenſus docet, bonitatis maioris eſſe quod medicum tenet locũ, quã quod imum aut ſummum; & id ipſum confirmet ratio. Vt. n. ab externis iniurijs tutior eſt locus medius, ita in medio maximè proprius viget calor, naturæ vniuerſæ rerum fundamentum, priuatim autem etiam in vino vel puriori, terrenæ partes aliquæ, fœces potius quam partes imum tenent locum, quarum contactu propriam vini ſubſtantiam aliquo modo coinquinari accidit. Sunt & tenuiores quę ſummum occupãt, ob tenuitatem facillime, vt ab aere qui dolium ambit, vel calidiori, vel frigidiori, vel corrupti alioue modo immutati patiantur. medio igitur loco ſumma eſt bonitas. Quamobrem debet id etiam in condendo, & ſeruando vino ſtudium eſſe præcipuum, tum vt craſſiori denſioriq; materia ſint dolia, quo aeris noxas vinum minimè ſentiat; tum, vt quum primum uinum valide feruere deſierit, operculo arcte muniatur. id qđ non aeris modo vitia auertet, ſed etiam efficiet vt ne ſpiritnoſa quæ vino ineſt ſubſtantia, nimis difflet. a qua ea viuo acquiritur energia ac quaſi viuacitas, vt quum in calycem funditur, non poſtrema in vino laude. reſiliat. Et de vini natura varia pro artis varietate, hactenus.

A B C (margin letters)

De vini effectibus. in actionibus naturalibus animalibus, vitalibus. Cap. XIX.

D

NVnc de vini effectibus agendum. Quos quum in homine per quam varios pariat, pertinent illi vniuerſim vel ad naturales, vel ad animales, aut vitales actiones. De naturalibus autem id non obſcurum eſt, vinum nihil agere, priuſquam ab inſito nobis calore ſit paſſum; ita vt viciſſim &

patiatur,

A patiatur, & agat. Patitur dum caloris vi coquitur. coctum cum chylo commiſtum ſanguini quoque confunditur. imo cum eo idem fit, & vna in extremas vſque corporis partes deducitur, vlterioriq́ue caloris actione cum illo ipſo immutatum ſolidis tandem partibus agglutinatur, & in earum ſubſtantiam conuertitur. Agit autem in corpus, tum ſui ſubſtantia, tum qualitatibus. Qualitatibus quidem, primum omnium odore, quem non bibendo tantum, ſed etiam antequã
B hauriatur naribus attrahimus. hoc ergo ſpiritus tum animales, tum vitales, ita temperantur, & reſtituuntur; vt inter ea quæ ſolent in animi defectu ſuccurrere, præcipuum locum odoratum vinum teneat. Quum bibitur, ſapore ſuo non modo per neruos in lingua palatoq́ue, atque hinc in ore ventriculi diſperſos, ventriculum ipſum ad auide attrahenda excipiendaq́ue alimenta excitat; ſed humores quoque qui-
C buſcum commiſcetur, nunc vno nunc alio modo pro varia ſui differentia contemperat. Vbi in ventriculo exceptum eſt, ſtatim eius calorem ſui fouens calore coctionem tum ciborum, tum ſi qui in eo ſint, crudorum ſuccorum, adiuuat. flatus diſſipat, & hoc magis, quo generoſius eſt. deincepsq; diffuſa ſui caliditate in vniuerſum corpus per venas, ſi quid crudi in ijs eſt, concoquit; ſi quid tenuis ſeroſiq́ue atque inutilis ſucci in venis habituve corporis ſit, meatus aperiendo efficit, vt per vrinas ſudoreſue expurgetur. Agit vinum ſui etiam ſiccitate, denſando tum vẽtrem, tum cibos, tum partes corporis quaſque alias. Venter enim alimenta ad concoctionem vſq; ab-
D ſolutam arctius continet. Cibi à corruptela vendicantur. Et corporis partes quæq; denſatæ non facile excrementa aliunde excipiunt: quæ autem habent, validius propellunt. Agit poſtremo & ſui ſubſtantia. Subſtantia autem nomine intelligere licet tum conſiſtentiam, id eſt, ſubſtantię modum; tum quod author librorum de dieta lib. 2. materiam vocat, ſcribẽs

vinum habere quiddam purgatorium ex materia; tum etiam A
quam proprietatem ſubſtantiæ dicunt. Quomodo autem agat merito conſiſtentiæ, apertum eſt. tenuitate enim atque humida & fluxili ſui ſubſtantia (adiuuante etiam calore) vinum omne in extremas vſq; corporis partes alimenta promptè diſtribuit, & ſui mole ſanguinem auget, & poſtquam cū eo fuerit ſolidis partibus agglutinatum, nutrit. Quid autem illa ſit materia, & quomodo ab ea vim habeat purgandi, obſcurius eſt. An fortè materiæ nomine fœces illas vini intelligit, B
quam crapulam vocant: & purgare hoc loco detergere eſt? Nam id materiæ genus quammaxime deterget, ita vt qui eam ſumunt ante cibum, ijs aluum moueat. ineſſe autem id materiæ genus cuiq; vino, docet vis detergendi, quam nullo vnquam tempore amittit. Quomodo autem proprietate ſubſtantiæ varios effectus vinum edat, mox dicendum. Nunc autem quia de eius effectibus in actionibus naturalibus agitur, aliud ſe offert ſcitu dignum. Quum enim Galenus com. in 2. de fractur. 72. alicubi vinum & ſiccare, & repellere, & C
concoquere, & emollire, & diſtribuere ſcribat. qui effectus omnes ad naturalem vim pertinent, res poſtulat, vt qua vi hæc præſtet, indicemus. Quomodo quidem ſiccet, & concoquat, & diſtribuat, nihil obſcurum eſt. deſiccat enim temperamenti ſiccitate, concoquit calore, diſtribuit tenuitate ſubſtantiæ, & calore. At quomodo repellit ſi diſtribuit? diſtributio enim cum apertione eſt, quæ à calore repulſio ab aſtrictione, aut frigiditate. Et quomodo etiam emollit vinum ſi deſiccat? Dura enim faciunt quæ ſiccant, & mollities ab D
humiditate eſt. Verum in vino repulſio ſequitur ſiccitatem. ſiccatæ enim partes corrugantur, ſic quædam fit repulſio. Mollities vero ſequitur concoctionem. ſic duri tumores concoctione molleſcunt. Nunc ſi vini effectus qui ad animales vitaleſque actiones pertinent, ſpectemus, miri illi quidem

ſunt,

A ſunt, & digni, quorum cauſas inquiramus. Admiranda eſt in primis temulentia, ſtipata numeroſa ſymptomatum caterua. Senſuum præcipue hebetudine, & maxime viſus offenſa, quá frequenter vna res plura videatur; quæ paulo ſunt longinqua non cernuntur; & quæ proxima, minus exactè. imaginatio etiam ita corrumpitur, vt circumferri omnia videantur. In hoc tamen vitio guſtatus videtur ita vigere, vt ſalſas aquas temulenti dijudicent magis quam ſobrij. Sed communis quoque ſenſuum affectio quæ ad ſomnum & vigilias
B pertinet, ita oblęduntur, vt nunc prorſum vigilent, nunc profundius dormiant. Mens etiam non raro delirat. Et mouendi quoque voluntario motu vis ita corrumpitur, vt tremant, non ſine frigiditate etiam nonnunquam (vnde ſolem temulenti quærunt) & lingua loquendo oberret, & lachrymę ex oculis fluant. Quomodo ergo hæc vinum poteſt? In problematibus horum quæritur ratio. at paulo obſcurius. Quod vna res plura, vel quod moueri in gyrum omnia videantur, refertur in ὄψεος viſionis, à vini caliditate motum.
C At quid viſionis nomine intelligendum? Fortaſſe rei viſibilis ſpecies in oculum recepta viſio hoc loco vocatur. caliditas vero vini, non nuda eſt qualitas, ſed calidus ab eo vapor. Ita quidem ſpecie rei viſibilis nunc ſurſum nunc deorſum celerrimè commota in oculo ob vini euaporationem, ſimplex res duplex videri poteſt, vt ſcribitur in libro de ſenſu & ſenſilibus. At hic, ſicuti, ſi quis apertis oculis digito eorum vnum leuiter deprimat, intacto altero, viſibile dupplex apparet; ita vini vapore craſſo, qualis maximè temulentiam facit, in
D eum ipſum locum hærente, fieri id ipſum poteſt. Id enim certum eſt, niſi vtriuſque oculi pupilla viſilem ſpeciem recta linea excipiat, duplex appariturum viſile ſpectrum, vnum altero depreſſius. detorquente igitur vini vapore de lineæ re-

ctitudine pupillam alteram, duplicia videntur quæ ſpectantur. Eiuſdem vaporis agitatio in oculo, efficit, vt perturbari, vertique in gyrum res videantur. atque in vniuerſum hebetudinem omnem vel ſenſuum vel mẽtis efficit ſui vaporis copia, vinum. Atq; is vapor, ſi cum caliditate habeat vt ſiccior ſit, qualis ex generoſo & vetuſto vino; vtiles atq; ad ſomnum neceſſarios alimenti vapores abſumendo, vigilias parit, atq; etiam deliria: ſi cum calore multus, & benignus atque humidus ſit, oppletis ſui copia craſſitudineque meatibus cerebri, per quos moueri ſpiritus per vigilias ſolent, ſomnum parit, aliquando inexpugnabilem. At, quomodo reliquis ſenſibus vitiatis guſtatus integer eſt, ita vt ſalſas aquas temulenti magis ſentiãt quam ſobrij? An quia mouetur ſenſus nõ ſimilibus, ſed diſſimilibus? propterea, quia in ebrio lingua faucesque vini ſucco qui dulcis eſt, imbutæ ſunt, occurſum alieni ſaporis agnoſcunt: in ſobrijs, quia his eædẽ partes acri ſalſoq; ſapore ab effumatione, quæ fit à cibis, ſunt infectæ, nõ percipitur? At conſentaneum non eſt rationi, ſobrij hominis, qui ſanus ſit, linguam faucesq; eo vel ſalſo, vel acri humore eſſe infectas; Neq; etiam reſpondet ſenſui, ſalſum acrumue aquarum ſaporem magis ab ebrio quam à ſobrio percipi, vt proponitur. Eſt etiam inter ebriorum accidentia in motrice facultate non infrequens totius corporis tremor, cum frigore, & linguæ hæſitantia. imo vero extra temulentiam, neruorum vniuerſim imbecillitas, paralyſes, epilepſiæ, apoplexiæ. quomodo hæc igitur, quæ frigiditatis eſſe effectus ſolent, à vino calido? An multo vino ſuffocatur inſitus viſcerum calor, atq; hinc & tremor & frigus? Nam & conualeſcentes ob caloris ex morbo imbecillitatem à cibo ſæpe horrent, quaſi calore, non (vt cenſent) ſponte ſua contracto ad interiora gratia coctionis; ſed quaſi à multis alimentis oppreſſio.

eſt au-

A eſt autem horrori affinis rigor, & tremor, & frigus. Ob hanc igitur cauſam non ſolum horrent, ſed etiam frigent ebrij: proptereaq; in ſole libenter verſantur. Neruorum vero affectus & alia mala, quæ proponuntur, vaporum copiam ſequuntur, non ex vino modo, ſed etiam ex crudis in vniuerſo corpore ſuccis, vini tamen vi ſublatis in caput. e quo nunc in anteriorem cerebri ſinũ effuſi & in oculos diffuſi lachrymas cient, & in ampliores meatus irruentes magna facta obſtructione,
B ſpirituum tranſitum ad corpus reliquum impediunt; vel prorſum vt in apoplexia, vel in parte magna vt in epilepſia, & paralyſi: nunc vero neruorum ſubſtantiam imbuentes tremorẽ neruorumque dolores, & affectus varios pariunt. In vitalibus vero actionibus, quæ varietas? Taciturni, & triſtes, ad verba atque hilaritatem paulo liberaliori poculo excitantur. Timidi ad audaciam, imo etiam ad furorem. ſordidi ad liberalitatem. & contra alij, quaſi ſtupore oppreſſi fiunt melancholici. Quid? In vino etiam veritatem eſſe vulgatum eſt.
C Vnde hæc igitur? Sunt hi omnes effectus vini caloris, & vaporum, nempe calfactis attenuatiſq; vini calore vitalibus ſpiritibus, imo & animalibus (nam in hiſce animi perturbationibus animalis etiamnum facultas concurrit cum vitali) proptereaq; atri humoris ſiccitate feritateq; temperata, taciturni & triſtes mutantur ad hilaritatem & loquacitatem. Audacia vero, & furor ſequitur ſanguinis ex calore incenſionem. & liberalitatem in ſordidis, atri humoris, qui auaritiæ comes eſt, temperies facit. Sed quomodo mendaces veridici? An quia
D à vini vaporum copia, verſatilis illa, quæ in mendacibus eſt, vis ingenij, obtunditur; ita vt quæ non ſunt, quaſi ſint, effingere non poſſit ex arbitrio?

Digitized by Google

De vini effectibus merito ſubſtantia. Locorum in Hypocrate, & Galeno aliquorum animaduerſio. *Cap. XX.* A

ET hi quidem ſunt effectus qui vniuerſim à vino fiunt. At priuatim magna eorum differentia eſt, à differentijs, quas propoſita iam antea in eſſentiæ,& cauſarum differentijs capita ſuggerunt. Namque, vt eſſentiam percurramus, primum quod ad ſubſtantiam pertinet,nulli ignotum eſt,dilutũ vinum ob retuſam vim meraco minus calfacere, ac ſiccare, B parciſſime alere: minuſque tentare ſenſus, mentem,neruos: atque non animales modo, ſed vitales quoque ſpiritus minus recreare. at celerius id tamen in corporis partes quaſque fertur, ob tenuitatem quam illi aqua comparat, quod in cauſa eſt, vt dilutum & vrinas cieat, & celerius temulentiam inducat quam meracum, vt eſt in problematibus ſect. 3. probl. 3. ſent. 8. Eſt id etiam in tertio de ratione victus in acutis, aquoſum vinum ſupernas partes omnes, & eas quæ circa veſicam C ſunt, minus lędere; meracius vero in ijs prodeſſe magis, quæ circa inteſtinum. Quæ ſententia digna eſt vt expendatur. Si enim ſuperiores partes ſunt, vt Galenus quoque intelligit, caput & thorax, cur ijs minus vtile meracum eſt? Thoracem quidem,ut in quo præcipua eſt caloris ſedes,nihil mirum meraci calore ob adauctum æſtum lœdi, at caput natura frigidũ lædi, non videtur conſentaneum: vt neque etiam veſicam, natura frigidam. Cur vero etiam inteſtinis meracum vtile? An quia adſtringit, ac propterea ipſis, vt Galenus ait, dat ro- D bur? At quæ partes à natura ad excrementa extra corpus deturbanda conſtructæ ſunt, adſtringi inutile eſt; laxari autem neceſſe. Neque licet vinum omne exſiccet, abſolutè tamen meracum omne adſtringit. Cæterum meracum uinum vaporibus tum ſuis, tum alienis, caput replet.quos ea pars, quia

frigida

Digitized by Google

A frigida eſt, non diſſipat, rectè ergo capiti aduerſũ cenſetur. & quod idẽ author loco eodem affirmat, palpitationẽ venarum temporum, & capitis grauitatem inferre. Veſica vero quãuis merito temperiei conſimilis temperamenti potu iuuetur magis quam diſſimili, merito tamen officij, quod habet vt excipiat ſerum, quod acre eſt, non eget meraco, quod acrius reddit ſerum. Inteſtinorum vero, tum quia frigido ſunt temperamento, tum quia inutilis à ventriculo materiæ, & pituitæ vulgatis ac crudæ colluuie obducuntur, vis ſanitasq́; calore, B imo etiã mediocri ſiccitate ſeruatur. atqui dilutum ob aquæ miſtionem minus in vtroque valet, ita ut à Galeno 2. aff. loc. cap. 9. quod etiam mediocriter dilutum eſt cum *ijs* cenſeatur, quæ humectare, & refrigerare nata ſunt: ob idque ſomnum conciliare. Eſt ergo meracum inteſtinis totiq́; inferiori ventri ſui caliditate, ſiccitateque longè vtilius diluto. quod & eodem loco idem Hippocrates affirmat, ſcribens uẽtrem quidem ſuperiorem, id eſt, uentriculum, diluto uino infirmum, & humentem reddi; inferiorem autem, id eſt, inteC ſtina, flatuoſum. & Galenus 2. de rat. uic. in acut. 28. alibi ſcribens dilutum uinum uentris robur exoluere. Effectus ergo his contrarios efficit meracum: ac propterea uentri uniuerſim utilius eſt. quanquam hoc quoque ſitim facit ſui ſiccitate. Sane autem eſt in libro de ueteri medicina, meracũ multum potum hominem aliquomodo debilem reddere. quod habet aliquid dubitationis. quum enim id plus quam dilutum nutrimenti afferat, plus etiam roboris afferre certum eſt. Sed D debilitas, quam ille author ueretur, ex copia eſt tum humorum, tum uaporum, quos copioſius uinum exſuſcitat, non ex inopia quæ ex parua eſt nutritione. Eſt & alia in libro de affectionibus indigna ſilentio ſententia, qua ſcribitur, quicum-
„ que cibi aut flatum; aut καῦμα, æſtum, aut morſum, aut re-
„ pletionem, aut tormen faciunt, à talibus liberare meracum

„ uinum inſuper potatum. Corpus enim à uino calfactum A
„ per calorem amouere ea quæ inſunt à cibis,& potibus,ac ſimilibus. Quibus uerbis mirum quidem eſt quod æſtum à cibis factum ille author meraco curari dicat, cuius potius æſtum auget. Sed an, non καῦμα, ſed κνῆμαι, ideſt, punctio vera lectio eſt? ita ut meraco ſolui dicat φῦσαν, flatus; κνῆμα, punctionem, id eſt, leuem morſum; δῆξαν, uiolẽtiorem morſum; πλησμονὴν, repletionem, hoc eſt diſtentionem uentriculi,& ad hæc contorſionem inteſtinorum, quam στρόφον, uocat. Nempe quum ſymptomata illa ſingula frigiditatis, & malæ con- B
coctionis ſint opera; ea efficaciter corrigere meracum poteſt. Eſt hic tamen aliquid dignum animaduerſione. Quomodo enim quod difficilius coquitur, adiuuat coctionem? meracum certe in uẽtriculo difficilius quam dilutum coqui, tum coctio externa ſuadet, qua carnes, ciboſq; alios diluto uino aut aqua celerius quam meraco decoqui, obſeruatur: tum id etiam, quod qui panem meraco infuſum ſumunt, diutius ipſum hærere uentriculo, ſeriuſque ſumendi cibi appetentiam excitari C
apertè ſentiunt. At uere hic difficilis coctio ex craſſitudine eſt ſubſtantiæ: coctionis uero auxilium ex temperamento. Corrigit ergo meracum ſuperiora uitia calore quem uiſceribus imprimit. ipſum tamen nõ ita facilè ob craſſitudinem coquitur. quare neque tam promptè diſtribuitur, aut nutrit, ut dilutum, cui aqua adſciuit tenuitatem. alioqui etiam ad exactam coctionem inſitum calorem. moderatum eſſe præſtat, quam immoderatum. quanquam vbi exiguus ille eſt, à calido D
auxilio adiuuatur. Et hæc quidem de meraci ac diluti vini viribus. Ad quæ Galeni quoque ſententia facit 3. de ſimpl. med. fac. 20. qua vinum ait vetus generoſum & calidum, illi qui ſucum papaueris ſumpſit, ſi nondum cor refrixit præſentaneum eſſe remedium. Quibus quum generoſum quærat, certum eſt meracũ quærere, quũ dilutũ neq; generoſum ſit,

neque calidum, quale ad frigida venena requiritur. Quare
A etiam paulo poſt; ſubdit, vinum vetus meracius temperatum eos, qui refrigerati iam ſunt, perſanare, non modo ſi papaueris ſucco, aut alio frigido medicamento perfrigerati ſint, ſed etiam qui in morbis aut ſtomachi, aut ex cordis affectu ſyncopam patiuntur. Sed obſcurus hic etiam locus eſt ob id quod meracius quærit, ſimul & temperatum. quomodo enim meracius, ſi temperatum? Græce eſt ἀκρατέστερος κεραννύμενος. Vetus interpres vertit, vinum in complexione propinquum puro. vinum innuens cum aquæ miſtione aliqua. Quod tamen ra-
B tioni non conſentit, quum vinum moderate dilutum frigidis humidisq; medicamentis ſimile Galenus alicubi faciat, vt ſupra adnotauimus. Lacuna Galeni paraphraſtes multum atque intemperatum vertit, non temere, ſi propoſitam ſententiam cum inferiori compares, qua ſubdit, vinum, quod cum refrigerantibus medicamentis ad celerem mortem inferendã datur, nec multum, nec generoſum dari: ſed tale, quod comminuere ea & diſtribuere ſui impetu in corpoſſit. Nempe ſi
C cum frigidis & calorem extinguentibus paucum, & generoſum datur, merito vt ne eadem calorem extinguant, dandum meracum & multum. Ego vero quod hic κεραννύμενος eſt, infuſum ſeu propinatum verterem hoc loco. quum ea vox non ſemel apud veteres in hoc ſignificatu ſumatur. Hæc de effectibus, quos prima in vini ſubſtantia differentia parit. quanquam in hac etiam alia quædam diluti differentia eſt magnæ in effectu varietatis cauſa. refert enim plurimum, ſit ne vinũ
D iam antea, an nunc ſolum quum bibendum eſt, dilutum. Qui enim vino immiſcere aquam non ſolent, ſi tunc quum bibituri ſunt, immiſceant, diluti effectus longè euidentiores in ventre percipient, quam ſi, iam antea dilutum, bibant. Quare his mos eſt diligẽtiorũ medicorum ad liquoris vtriuſq; vim frangendam, atque ad exactiorem miſtionem, indicere, vt

aliquot

aliquot horas ante potum temperent. & quotidiana obſerua- A
tio eſt, vinum, quod vindemiarum tempore diluitur, longè
minus lædere, quam quod in dies atque horas diluitur. Et de
meraci quidem ac diluti effectibus videtur res ita habere. At
in eo quod de ebrietate diximus, dubitatio eſt. Quum enim
in problematibus ſcribatur lib. 3. probl. 3. dilutum celerius te-
mulentum reddere ob tenuitatem, ob quam in anguſta loca
celeriter ſubit: ibidem tamen etiam eſt temulentiam, quæ à
diluto fit, ſerius diſſolui quam quæ à meraco. contra quam B
ſuadere ratio videatur. Nempe quum meracum diluto craſ-
ſius ſit, vbi hoc anguſta ea loca ſubierit, quæ ſubire debet ad
procreandam temulentiam, in illis ob craſſitudinem diutius,
vt hæreat, neceſſe eſt. Adduntur autem illic aliæ quoq; ra-
tiones ad probandum cur dilutum meraco ebrietatem magis
pariat. quarum poſterior non caret ſuſpicione. prior eſt, quia
minus meraci quam diluti bibitur; ſecunda, quod meracum
vomitu magis quam dilutum reijcitur. huius tamen contra-
rium in alio eiuſdem libri problemate probl. 18. ſcribitur. nē- C
pe dilutum vinum vomitum magis procreare quam meracū,
apertè proponitur, imo vero etiam ratione probatur, quia vo-
mitus ab ijs fit, quæ ventriculo innatant, quod vero inſuaue
eſt, ventriculo magis innatat, quam ſuaue; dilutum autem vi-
num inſuaue eſt. Cæterum, etſi dilutum tenuius eſt mera-
co, eſt tamen etiam eo frigidius. ita vt, vbi in anguſtos capi-
tis, ſui natura frigidi, meatus, illius vapores ſubiere; non tam
prompte diſſipentur, atque ij, quos excitauit meracum. nem-
pè quod hoc, ſui calore, partium, in quibus recepti ſunt va- D
pores, caliditatem & concoctricem vim adiuuans, celeriorem
facit & attenuationem, & diſſipationem. Quod vero præ-
terea de vomitu controuerſum in problematibus videbatur,
controuerſum non eſt. quia in priori ſententia de moderate
diluto agitur, quod vt eſt ſuaue, ita largè, vt temulentiam fa-

Digitized by Google

A ciat, epotum, minus eſt ventriculo moleſtum, quam meracum largius ſumptum, quod non caret acrimonia, quæ ventri negocium facit. at in poſteriori, verba ſunt de vino dilutiori. hoc vero, vt propter vini inopiam inſuaue eſt; ita & ventriculo magis moleſtum. Et hæc quidem de meraci ac diluti vini effectibus. Ad quorum exactiorem doctrinam, quia diluendi vini non vna eſt ratio; præterire non licet, veterum ſapientum hac in re diligentiam, quibus ea erat veluti lex, vt vel tres, vel quinque, aut certe non quatuor aquæ partes
B tes vino adderentur. Quæ nam ergo huiuſce miſtionis ratio? Quæ Plutarchus, & alij ex ſubtiliori numerorum conſideratione hac de re multa, nos conſulto prçterimus, medico enim ex ſenſu petenda res eſt. Quorſum vino aqua additur? Nõne ad eius remittendam vim, & calorem ac ſiccitatem? Quis autem vinum abſolutè omne eiuſdem poteſtatis dixerit, vt ad eius frangendam vim vel duæ, vel tres partes, vel etiam æqualis aquæ portio exactè conueniat? Sunt generoſiſſima quædam, quæ temperato homini ſint malefica, ſi vni vini
C partes pauciores quam quinque, aut quatuor, aut ſex aquæ addantur. alia, quibus vna aquæ ſenis vini rectè commiſceatur. In tam varia hominis temperie, habitu, cõſuetudine, anni temporum, aeris conditione, & regionum diuerſitate, quis certè vnam menſuram rectè præſcribere ſe poſſe confidat? Medico igitur non numerorum proportione, ſed ſenſu guſtatus atque odoratus (quibus maximè vini vis cognoſcitur) quantum aquæ addendum ſit vino, explorandũ eſt, non tamẽ ſine obſeruatione tum ſtatus, ſeu naturalis, ſeu præternatura-
D lis illius cui dandum eſt; tum rerum earum, quas non naturales vocant. Quamobrem cum Hippoc. alicubi in anxitudine, oſcitatione, horrore, rigore, vinum æquale çquali potum ſoluere ait ægritudinem. Nullus arbitror qui libero ſit ingenio, id conceſſerit Galeno, çqualitatem illic aquæ & vini ma-

gis proponi, quam potius vt expendantur cauſæ anxitudinis: A
& prout maior minorue vis fuerit flatuoſæ illius humiditatis aut ſpiritus qui eum affectum peperit; ita vinum illi æquali portione, in ſui ſcilicet facultate & vi eſſe exhibendum. nempe multo flatui generoſius, & meracius vinum quam pauco. Itaque de aquæ ad diluendum vinum menſura, ſic ſtatuimus. At præſtat ne, tunc, vbi bibendum eſt, diluere; an vero vindemiarum tempore preſſis vuis aquam addere; vel etiam vino iam in dolium transfuſo miſcere? Eſt id quidem cuiq; aper- B
tum, exactiorē miſtionē fieri tpe diuturniori. Ita quidem, qui ne paucas quidem aquæ guttas vino quum bibendum eſt, iniectas commode ferunt, ſi antea, liberalius etiam, dilutum ſit, ferre ſine moleſtia, quotidiana eſt obſeruatio. Dictat vero id etiam ratio, quæ longiori tempore quam breuiori perfectiorem miſtionem docet fieri: ex qua & franguntur vini vires aqua, & viciſſim aquæ frigiditas corrigitur, quaſiq; coquitur à vino. quare neque tot flatus ventrem vrgent, vt ex eo, quòd nuper eſt dilutum. Eſt autem in diluendi vini ratione C
aliud quid non indignum quod explicetur. Aquam enim alij prius quam vinum infundunt calici: alij contra prius vinum. Vtra ratio melior? vinum aqua leuius eſt. id ergo, ſi aquæ in calicem antea effuſæ immittatur, non promptè imas illius partes ſubit, ab ipſa ob leuitatem ſublatum. non exactè ergo commiſcetur. contra autem aqua vino infuſa, dum ſui grauitate illius corpus profunde ſubit, illi etiam exactius commiſcetur. Accedamus iam ad alias in vini ſubſtantia differentias. Non obſcuri ſunt effectus ex tenuitate & craſſitudine. D
Vt enim quod tenue eſt, aperire meatus, craſſoſque humores attenuare, ac celerrimè quoquo uerſum ferri ſolet; ita craſſum e conuerſo, & hæret in meatibus, & eos occludit, & humores craſſos reddit, & non niſi longo tempore diſtribuitur, aut alit. nutrit hoc tamen magis, quam tenue. Ad tenuis autem

naturam

A naturam clarum pertinet. ad craſſi turbulentum, & lentum. Neque vero de differentia quæ in grauitate, & leuitate eſt, aliud ſtatuẽdum. refertur enim quod grauius eſt, ad craſſum; & quod leuius, ad tenue. Facilitas vero & difficultas quæ vino ineſt, vt in dolio ab externo calore corrumpatur, non diſſimilem effectum docet in corpore. coquitur enim longè facilius à ventriculi etiam temperati hominis calore vinum imbecillum, ac mediocre, quam generoſius. at hoc tamen magis & melius alit.

B

Effectus vini ex qualitatibus. ac primum ex temperamento.
Cap. XXI.

SPectemus nunc effectus ex qualitatibus. Ex temperamento primum, quod generoſius eſt. vt calidius & ſiccius, ita vini effectus edit euidentiores. quos, quia antea vniuerſim explicauimus, nihil eſt vt hic repetamus. Ad hunc

C locum pertinet oligophorum, atque ipſum quidem, non calidum; imo vero, quod temperatum hominem ſenſiliter refrigerat. Duum hoc generum eſt, vt ex Galeno de cib. bon. & mal. ſuc. cap. 11. alterum craſſum, alterum tenue. Quod craſſum eſt, neque à ventriculi calore coqui, neque diſtribui per communes ventris meatus poteſt. neque ad ſanguinis confectionem, nutritionemque aptum eſt. Contra quod tenue, refrigerare poteſt, ita vt febricitantibus etiam concedatur. per meatus autem corporis quoſque promptè permeat:

D quare & vrinas & ſudores promouet. parum autem nutrit. hoc etiam, caput non tentat: imo vero capitis dolores ex ventriculo factos aliquando tollit, repreſſo bilioſo qui in eo ſit humore. Ad hoc caput caliditas quoq; & frigiditas pertinet, quę actu vino ineſt quum ſumitur, effectuum variorum & inſigniũ cauſa. quos quum de aquis ageremus fuſe enarrauimus.

Effe-

Effectus vini ex colore. Cap. XXII. A

SEquitur color, qui licet, vt antea dictum eſt, de ſe nihil de vini bonitate doceat, ſæpe tamen non parum intereſt, albore, an nigro, an coloris alterius vino quis, præſertim repente ac præter morem, vtatur; quod in libris de ratione victus in acutis Hippocrates lib. 2. 34. admonet. ſcilicet cum albo colore plerumque frigiditas eſt, & ſubſtantiæ tenuitas: cum flauo, caliditas & mediocris ſæpe ſubſtantia. cum nigro B terreni plurimum, vt aliquando ait Ariſtoteles ſect. 38. & craſſitudo. Quare nigro minus lędi caput ſtatuit Hippocrates probl. vlt. & nigro auſtero vlcerata membra in quarto de articulis abluit. nigro (vt Galenus notat) quia ob craſſitudinem non ita mordet; nempè non tàm alte ſubit, vt album; auſtero autem ad reprimendum. Eſt hic tamen in eo quòd nigrum minus capiti noxium dicimus, aliquid controuerſi ob Ariſtotilem, lib. de ſen. & vig. qui licet ipſe quoque alicubi C vinum nigrum magis quam album in conuulſionibus obeſſe moneat, alibi tamen nigrum inter vina ſcribit eſſe maxime ſpirituoſum. quod autem tale eſt, vt in caput prompte exhalet, aptiſſimum eſt. Verum, 7. hiſt. 12. an ſpirituoſæ illius exhalationis pertinaciam intelligit Ariſtoteles, non etiam in motu celeritatem aut penetrationem? quæ enim ex craſſiori materia eſt, vt etiam diutius perduret, rationi eſt conſentaneum. recte ergo ob contumaciam nigrum & capiti aduerſum eſt, & in conuulſionibus deterius; licet ad lædendum, D alterius coloris vina ob ſubſtantiæ tenuitatem magis ſint apta.

Digitized by Google

A

Effectus vini ex ſapore. *Cap. XXIII.*

DE varijs autem vini ex ſapore effectibus, vniuerſim quidem facile ſtatuet, qui ad ſaporum naturam recurret, fuſe ab alijs & à nobis quoque alibi explicatam. Priuatim autem, quum vinum, vt antea diximus, diſtinguatur in dulce & non dulce, quod vinoſum, vt putamus, Hippocrates 3. ſect. ad initia lib. 2. appellat; effectus dulcis tum in libris de ratione victus in acutis, tum in ijs qui de dieta, idem
B author proponit pro corporis varietate varios. Ac primum quod dulce caput minus lædit. ſic in problematibus ſect. 3. probl. 12. & 13. ſcribitur non facere: imo vero & auertere, & corrigere temulentiam, quanquam hoc etiam non caret dubitatione, vt ſuo poſtea loco. Cur autem dulce minus quam reliqua infeſtum ſit capiti, ratio eſt, quia quod dulce eſt, non eſt tenui ſubſtantia, neque intenſo calore. quod enim tale eſt, vt ab Ariſtotele ſcribitur 4. meteor. cap. 9. pinguis aliquid ha-
C bet; & propterea craſſi ac lenti non parum. eſt etiam caloris temperati. quare tum ſubſtantiæ, tum temperamenti cauſa, minus promptè irruit in ſuperiora. Commendatur etiam dulce ad thoracis vitia aliqua. arteriam enim aſperam lenit ſui mollitie: & quod in thorace impactum eſt, concoquit emollit, atque ad excreandum, per tuſſimque reijciendum parat. Eſt id etiam ſæpe ventriculo cibos faſtidienti ſuauitate illa quæ naturæ amica eſt, remedium. quanquam, ſi paulo calidior ea pars ſit, & hoc etiam generoſius, ſitis cietur, ſiue
D ab eius calore; ſiue quod degeneret in bilem, aut ob bilis in ventriculo præſentiam, aut ob calidam quæ fortè ipſi ventriculo, aut etiam iecinori, pulmoniuè inſit, intemperiem. Sed in ventriculo minus calido flatus gignit ob craſſitudinem, quã non facile illius calor ſuperat. qui flatus in inteſtina tum ſupe-

riora,

riora, tum inferiora diffuſi hærent, & non promptè diſſipantur; ita vt, niſi aluus moueatur, inutile ſit vinum dulce: mouetur aũt ob eius mollitiẽ; & maximè quibus aluus ſolet eſſe lubrica, vt pituitoſis. quod in libris de dieta Hippocrates 2. de dieta. qui etiam addit dulce vinum iecinori & lieni tumidis eſſe peſſimum, & quidem vere. nempè id & auidius in eas partes trahitur dulcis ſaporis auidas, & niſi illæ laxiores meatus habeant, ipſas ſui craſſitie obſtruit, ut etiam meſaraicas venas quammaximè. At quibus macilentas illas eſſe partes contigit, ijs ſolet nutriendo non leue afferre auxilium, quale paſſæ quoque vuæ. Quum autem vinum, vt ſupra dictum eſt, ſecundum primas in colore differentias ſit vel album, vel nigrum vel flauum; & in ſubſtãtia aliud craſſum aliud tenue: & (quod etiam admonuimus) nullum valde craſſum ac dulce ſit, quod non ſit nigrum; agens idem author eodem in loco de dulcibus nigris, ea eſſe ait humidiora, calfacere autem & inflare, humiditatem inducendo: cuius ſententiæ ſenſus patet ex ſuperioribus. Subdit autem de tenuibus dulcibus, (quæ ſcilicet alterius quam nigri ſunt coloris) vina dulcia tenuia, præterquam quod magis vrinam cient, & aluum mouent, & humectant corpus, ſanguinem etiam debilem facere, & aduerſarium corpori ſanguinem gignere, quod obſcurum eſt. Quid enim poſtremis vult verbis? An debilem ſanguinem vocat, quia minus fluxilis, minusque eius tenuis ſpiritus particeps, quem copioſiorem gignit vinum quod non eſt dulce? At talem non tenuius, ſed craſſius potius vinum gignit. An proponitur ergo id de dulcibus vinis vniuerſim; ita vt ab ijs ſiue craſſa ſiue tenuia ſint, talem tamen ſanguinẽ gigni ſignificet. Aduerſarium autem corpori eum ſanguinem ob id dicit, quia quum craſſior ſit, corpus quaſi põdus inutile aggrauat? Quod dulci vino opponitur, vinoſum vocat Hyppocrates, vt oſtendimus. eſt vero id nunc adſtrigens, nũc

acre, nunc vtriuſque & adſtrictionis,& acrimoniæ particeps.
A aliquando amarum, adde etiam inſipidum. Adſtringens
autem nunc acerbum, nunc acidum, nunc auſterum. Acer-
ba vina ex immaturis vuis fiunt, Inſubribus noſtris frequen-
tia, omphacij naturæ aliquid habent. refrigerant inter alia &
adſtringunt. Quare & deſtillationibus, & vomitui, & alui
partiumq; aliarum fluxionibus ſunt vtilia. Ventriculo autem
frigido ſunt ſui frigiditate aduerſa, & coctionis minus vtilia.
ſunt etiam neruis, ac propterea podagricis infeſta. Non
B diſſimilis ferè facultatis acida ſunt. quamquam hæc, vt aceti,
ita acrimoniæ aliquid habent. quare & aceti effectus edunt.
Rectè igitur in libris de dieta ibidem ſcribitur acida vina fri-
gefacere, & attenuare. Sed additur etiam, humectare. quod
quum vniuerſali vini naturæ diſſentaneum ſit, quod ſiccare
antea conſtituimus; abeſt etiam ab aceto. Verum rationem,
cur frigefaciant, attenuent, & humectent, addit ille author.
frigefacere quidem & attenuare, dum euacuationem humi-
C ditatis à corpore faciũt; humectare autem per aquam vinum
ingredientem. Vtrumque obſcure. Cuius enim humidita-
tis euacuationem faciunt, vt refrigerent? &, ſi refrigerant,
quomodo attenuãt? Præterea vero, quid illud eſt, hume-
ctare per aquam vinum ingredientem? Sed fortaſſe res ita
habet. Attenuãt vina acida duplici vi: tum ea, qua vina ſunt,
qua, licèt inter alia minus, aliquid tamen habent caloris: tum,
qua acida; tenuium enim partium plurimum habet quod aci-
dum eſt. attenuando igitur etiam vrinas cient. per quas, quũ
D bilioſi ichores educantur, ſic refrigerant per accidens. Poſte-
rius vero aliam habet rationem. Nanque Acoris cauſa, vt
antea diximus, ea eſt aquea humiditas, quam in vino præ-
ter vini ſubſtantiam agnoſcit Galenus: vbi enim hæc exube-
rat, interiori calore ab externo deuicto, facile corrumpitur.
atq; hoc acorem parit. aqueam igitur humiditatem illam, quę

acidum vinum facit, vt quæ inutilis eſt; in corpus cum vino A
diffuſam, ipſum corpus ſuperfluo ſui humore irrigantem humectare non immerito dicit. Et hæc quidem fortaſſe (ſi modo de grauiſſimorum eorum ſcriptorum dictis commentari aliquid licet) ad eius loci ſenſum faciunt. In adſtringentium vinorum genere ſunt etiam auſtera. à quibus non diſſimiles atq; ex ſuperioribus effectus prodeunt. quanquam quia maturis etiamnum vinis auſteritas coniungitur, vbi coniungi accidat, ventriculo concoctionique incommoda non ſunt, imo B
vero calore, & adſtringente facultate vtilia. alioqui ſumme auſtera, neque gignendo ſanguini, neq; ſucci bonitati, neq; diſtribuendo alimento, neq; ciundis vel vrinis, vel ſudoribus, vel aluo conferunt. vt alicubi notat Galenus in lib. de cib. bon. & ma. ſuc. cap. 11. Pertinent ad hunc locum ea quoq; vina, quæ mordacia vocantur, de quibus in ſuperioribus. In quorum effectibus euidentiſſimus ille eſt, quod caput facile petunt. quare & reliqua ab iјs ſunt opera, quæ offenſo ex vino capite. de quibus antea ſatis. Fuit etiam ſalſi vini vſus non C
raro veteribus, vt Gal. 3. de rat. vict. in acut. 1. 2. ad Glau. 2. maris aquam illi ad conſeruationem commiſcentibus. Ex eo ſtrenua ſiccitas eſt. ita vt epotum ſitim quammaximè excitet. admotum vero vulneribus non imbecilliter proſit. Vini autem quod ob vetuſtatem amarum redditum eſt, vſus idem eſt, qui à vetuſto. de quo antea. Inſipidi vero eadem vis quæ & oligophori, & aquæ.

Effectus vini ex odore. *Cap. XXIIII.* D

SVnt effectus ex vino varij etiam ab odore, tum bono, tum malo. Carere odore eſt imbecillimi caloris, & multæ aqueæ materiæ nota. contra odor argumentum caloris certiſſimum. Vinum ergo quo odoratius, eo calidius, & robuſtius;

A buſtius; imo etiam tenuius. ita vt ab eo in corporis partes quaſque facillimè citiſſimeque eius vapores diffundantur. Caput igitur velociſſime petit. adeo vt quibus illud infirmum eſt, non modo ſolo attracto odore ſæpe quammaximè recreentur, ſed non raro etiam tractione eius multa, multo magiſque eius potu, vel mediocri fiant temulenti. Rectè ergo, quibus affectum eſt caput, vel antiquo, vel recenti, vel totius, vel partis dolore aliquo, vt epilepticis, & maniacis, &
B in ſumma omnnibus, quibus caput infeſtatur, odora vina fugienda eſſe admonet Galenus lib. de atten. vic. rat. c. 12. Et quidem fortaſſe, quod in omni capitis infeſtatione ea prohibeat, ſuſpectum ſit alicui, propter frigidos capitis affectus, inter quos epilepſia quoque ſæpe eſt; quibus calidos vapores prodeſſe poſſe, dictat ratio. Verum cum vini vaporibus, alij quoque in caput efferuntur ex ventre vapores; quos id, quia
C imbecillum eſt, non facile vel concoquit, vel diſſipat. iure igitur in affectu capitis omni, & in epilepticis quoque, ab ijs cauet; quæ odore præſtant. Probantur autem Ibidem odorata vina ab eodem in thoracis pulmoniſque affectibus diuturnis, vbi ſint ſine febre. potiſſimumque, vbi in pectore humores ſunt, quos excernere per tuſſim oportet; non immerito. tum propter alia, tùm propter odorem, quo reficiuntur vitales ſpiritus ſedem habentes in thorace. quibus refectis muſculorum thoracis facultas robur ſumit ad ea, quæ inutilia in eo ſunt, excernenda. Sed & illud apertum eſt, nihil celerius & melius languido cordi ſuccurrere odorato vino nempe,
D quo pacto boni odoris ſuffitu corruptus aer, ita vitales ſpiritus tenebricoſa aliqua exhalatione turbidi, fragranti vini odore illuſtres fiunt. vnde triſtibus hilaritas, ſpes meticuloſis ac dubijs, & timidis audacia. Vulgatum id quoque eſt Hyppocratis lib. de alim. liquida celeriter, odorata celerius alere.

Digitized by Google

Addit etiam Galenus lib. de atten. vic. rat. cap. 12. odorum vinum ad ſucci bonitatem facere. Colligere ergo licet odorem bonum in vino ad ſalubritatem neceſſario pertinere. nempe celeriter nutrit, reparatis ſpiritibus, deductoque promptiſſimè (quia tenuiſſima ſunt odora vina) alimento quoquouerſum in corpus. bonum autem ſuccum gignit, quia, quum bene concoctum ſit (odor enim bonus bonæ permiſtionis, & concoctionis argumentum eſt) tum humorum adiuuat concoctionem. tum quia excrementis caret, purum & minimè ſordidum ſanguinem gignit. Ex his, quomodo generoſa vina, quæ ſcilicet odorata ſunt, imbecillis quæ odore carent, ſint ad ſalubritatem (niſi aliud obſtet) præferenda; & quantum vina prauo odore prædita ſanitati ſint aduerſa, manifeſtè apparet. Vnum de vini odore præterire non licet, quod obſeruare eſt in febricitantibus. Frequentiſſimè enim ægris adeo id moleſtum eſt, vt ferre neque odorem, neque ſaporem poſſint vllo modo. Quæ eſt ergo huius odij cauſa? Hippocrates etiam in libello de decenti ornatu docens quæ facere, quæ euitare oporteat, ſtrepitus ait & odores, maximè vini, quia hic deterior eſt, fugere ac tranſmutare oportere. Cur hunc deteriorem ait, qui tamen ſpiritus contemperare poteſt, ac reficere? Vt arbitror, prauo putrique vapore olfactus guſtatuſque inſtrumenta eiuſcemodi febricitantibus infecta ſunt. cuius tamen vaporis ſenſum habent illi ob intemperiem febris, vel nullum, vel hebetem. Eius igitur vaporis ſenſum vinum ſui efficacia caloriſq; acrimonia, ſeu odoratum, ſeu deguſtatum, detegit, antea obtuſum. quare vini odorem ſaporemque, quia medium eſt ad putris rei ſenſum, abhorrent. Quod autẽ vini odorẽ deteriorem ægris ſcribat Hyppocr. de febricitantibus, non prorſum de ægris quibuſq; intelligendũ eſt. illis.n., odoratius vinum,

quia

Digitized by Google

A quia caput corque calefacit, eſſe non poteſt ſalubre: imo vero & ſtrepitu deterius eſt, quod auditus non adeo craſſum obiectum eſt, vt olfactus, & guſtatus.

Effectus vini ex ætate. Cap. XXV.

RElìquum eſt, vt de vini effectibus qui ex ætate ſunt, dicamus. Quo loco, quia per ætatem ſubſtantiæ qualitatumque fit mutatio, vt in ſuperioribus explicatum eſt, B apertum id etiam eſt pro earum mutatione omnem eſſe effectuum varietatem ex ætate. Quia igitur muſtum ſubſtantia craſſum, turbulentum, impurumque adhuc, & nondum eam caloris vim adeptum eſt, quam ex feruore deinceps conquirit; temperamenti primo vix gradu calidi ac ſicci, ſaporis dulcis, odoris pauci; difficile in ventriculo coquitur, appetentiā cibi hebetat, ſitim facit; vixq; concoquitur; quin flatibus, qui ex eo multi excitantur, vel dolores, vel diſtentiones ventris C faciat. meſaraicas venas ſi anguſtæ ſint, obſtruit. iecur lienemque non modo tumidos adauget, ſed facile quum bene habent, in tumorem attollit. renibus impactum non raro vrinas intercipit. aluum mouet. in venerem craſſa pertinacique ſui flatulentia adiuuat. & poſtremò, quod vino non nouo vitium ineſt, inducendi temulentiæ, id muſto minus ineſt, quāquam hoc etiam aliquam habet controuerſiam, vt ſuo mox loco. Cæterum de muſto eſt in ſecundo de dieta ſententia „ hæc, digna, quam expendamus. Muſtum inflare & ſub- D „ ducere, ac conturbare feruens in ventre, & aluo ſecedere. Proponitur etiam horum ſingulorum ratio, Primum quod inflet, probatur quia calfacit. Atqui hoc non caret dubitatione. namque licet verè vbi calor eſt & humor, illic etiam ſit flatus, quod alibi ab Hyppocrate lib. de natura pueri ſcribitur; non tamen ſemper, vbi illa ſunt, inflatio eſt. ſi enim vali-

Digitized by Google

dus ſit calor, & humor tenuis; flatus qui excitatur, etiam diſſipatur. Inflat ergo muſtum, quia cum imbecillo calore craſſus inconcoctuſque in eo eſt humor & flatus: qui à calore non diſſoluitur. Cur ſubducat, affertur ratio, quia purgat. quæ obſcura eſt, muſto enim quod lentum adhuc & pingue eſt (nam manus tractantis agglutinat) detergendi non ineſt vis, quæ purgato iam vino. neque, quum aluum mouet, alia videtur ratio, quam, quod, vel in imbecillo ventriculo non concoquitur, ſed corrumpitur; vel ob immoderatum aut ventriculi, aut iecinoris, aut vtriuſq; calorem, quod dulce eſt degenerat in bilem. Subdit, conturbare, quia feruet in ventre, rectè. ex feruore enim flatus, & ex flatibus rugitus, ac conturbatio. ſed perturbatio etiam eſt ob diſſimiles & confuſas adhuc in eo partes tenues ac craſſas, aquoſas & terrenas, & aereas atque igneas. quæ neque facilè à calore ſeparantur, neq; ſeparatæ in loca quibuſque debita poſſunt diſtribui. Porro alia eodem loco ſententia eſt de nouis vinis, id eſt, de muſto (vt puto) poſt feruorem putori, nondum tamen planè defæcato. Noua (ait ille) vina aluum magis mouent, quia propiora muſto ſunt: itemque alunt, & odorata magis quã inodorata eiuſdẽ ætatis, quia magis concocta ſunt, & craſſa magis quam tenuia. Quod ſcribitur aluum à vinis nouis magis moueri, ſcribitur comparando albis & auſteris; de quibus proximè dixerat quod calfaciunt, magiſque vrinam cient, quam aluum mouent. Probatur autem cur magis aluum moueant quam vrinas, quia muſto ſunt propiora. nempe ſunt & ætate, & dulci ſapore, & ſubſtantiæ multiplicis confuſione muſto ſimilia. vt muſtum ergo magis aluum quã vrinas ciet, ita & noua hæc vina. Quod hæc ipſa ſubdit alere, non demit de reliquis vinis vim alendi. ſed his nouis maiorem illam ineſſe innuit. quod & Galenus alicubi notat, & dictat ratio. hęc enim recentes reliquias retinent facultatis, quæ vuæ ine-

rat

A rat alendi, & optimè alendi. vnde quæ animalia ijs aluntur, pingueſcunt. Quod odora ſubdit magis alere quam inodora, referri poteſt & ad celeritatem, & ad bonitatem nutritionis.de qua paulo antea, vbi de odoratis vinis. Nutritionis maioris ab odorato vino rationem affert,tum concoctionem, quia, vt paulo ſuperius, bonus odor ex bona & miſtione eſt, & concoctione. tum craſſitudinem, quia ſtabilius nutrimentum eſt ex craſſo non facile diſſipabili, quam tenui, quod, vt cito alit, ita alimentum dat cito diſſolubile. Quod autem

B odorata inodoratis eiuſdem ætatis præfert, habet aliquid dubitationis, quum illud certum ſit, ſi vinum nouum vetuſtis magis alit,nouum odoratum magis etiam alere odoratis,non modo nouis, verum etiam vetuſtis. At vero de nouis vinis prætereũda non ſunt quæ alibi Galenus in lib.de bon & mal. ſuc. cib. cap. 11. ſcribit. Nempè vitanda vina & vetuſta nimis, quæ etiam amara ſunt; & nimis noua quod illa præter modum calfaciunt, hæc neutiquã,dum noua ſunt,calfaciunt. Addit noua hæc tantum abeſſe vt aliquem ad concoquendos

C cibos vſum afferant, vt etiam ipſamet difficillimè conficiantur. Non commodè autem per aluum tranſire, nec diſtribui, nec vrinas mouere, nec ſanguinis confectioni nutritioniq́ue eſſe idonea. ſæpe etiam vt aquam ſuſpenſa manere in ventre. vt ſi etiam parce quis ſumat, facillimè areſcant. Ex nouis autem id genus vinis id ſolum tuto bibi, quod tenuis ſubſtantiæ eſt, quale eſt ex Italicis Gauricum, & Albanum, & alia quædam, quæ tenuia & aquoſa ſunt. ideo oligophora vocantur.

D hæc autem, contra quam fulua, quæ calida ſunt, caput non replere. imo quæ ex his tenuia & aquoſa & leuiter aſtringentia ſunt, non modo capiti noxia non eſſe, verum etiam leues eos capitis dolores nonnunquam tollere, qui ab humoribus in ventriculo collectis fiunt. Quæ quum ſcribat, pugnare hæc ijs videntur, quæ tum in explicata ſententia nunc Hip-

pocrates, tum quæ ipſemet Galenus alibi. Namque, ſi per vinum nimis nouum, muſtum intelligit, id Galenus alias calidum primo eſſe ordine, & alere & aluũ mouere ſtatuit: ſin autem non muſtum, ſed vinum extra muſti ætatem; eſt quidem hoc tanto muſto calidius, quanto magis ad vini ſtatum accedit. &, quod hoc vel alere, vel aluum ſubire negat, Hippocratis ſententiæ ſuperiori aduerſum eſt, vbi horum vtrunq; illi tribuit. Cæterum agere quidem hoc loco Galenum non de muſto, ſed de vino, quod extra muſti ætatem eſt, certum eſt, quia de eo agit in cuius genere aliquod tuto bibi poteſt. nullum autem muſtum tuto bibi poteſt. nec de omni tamen etiam] vino nouo agit; ſed de oligophoro, quale ex Italicis Gauricum, & Albanum eſſe ait. Oligophorum ergo, non muſtum, ſed nouum, rectè ait, ſenſiliter refrigerare, quia infra vini naturam, & de aquæ potius quam vini natura eſt. Eſt autem hoc aliud craſſum, aliud tenue. De craſſo ſuperiora illa incommoda ſunt omnia; quod præter refrigerationem etiam, nullum ad concoquendos cibos vſum afferat, & quod difficile coquatur. habet autem id, quia quod craſſum, & frigidum eſt, coctioni aduerſum eſt. Parit etiam craſſitudo, vt neque facilè per aluum, aut vrinas tranſeat. & id ob frigiditatem à qua innatus vini calor ſuperatur, facilè aceſcit. At ex tenuibus alia illa ſunt commoda, quæ ſubdit. Vniuerſim tamen oligophorum omne, quia de natura aquæ eſt, rectè ait refrigerare. De hoc vero non eſt Hyppocrati ſermo, quum de vinis agit nouis. Non igitur à ſeipſo diſſentit Galenus. qui muſto caliditatem tribuit, quod vel mediocre, vel generoſum eſt. vt antea oſtendimus. De quo itidem ſumere Hyppocratis verba oportet, nouum vinum proponentis. Nouis vinis opponuntur vetuſta quorum quum per omnia contraria ſit & natura & vis, contrarij etiam erunt effectus. Sunt hæc tenuiſſima ſubſtantia, temperamento calidiori, ac

ſicciori,

A ſicciori, ſapore acri, & vbi nimis inueterauerint, amaro; odore intenſo. Quare in corporis partes quaſque celerrimè ſubeunt, inſigniter calfaciendo ac ſiccando. Caput igitur feriũt, ita vt paulo largiori vſu, ob nimiam caliditatem ac ſiccitatem dolores, vigiliaſq; contumaciores pariant, vt eſt exemplum de Grammatici puero ex Galeno 2. loc. aff. cap. 9. A capite neruos quoque aggreditur. vnde qui illi aſſueuere, præſertim ieiuni vini (cuius impetum retardare cibi ſolent) vi quam nullum cohibet frænum. irruente in neruos, eoſque acriter mor-
B dente, tremuli fiunt. Eſt vetuſtum tamen moderatè ſumptum (maximè generoſum) ventriculi malè ob frigiditatẽ concoquentis, remedium. & flatus ventris totius diſſipat. ita vt, ſicut muſtum vrgere in venerem poteſt; ita hoc diſſipatis flatibus, imo & abſumpta ſui calore ac ſiccitate ſeminis copia, ignauos ad eam reddat. Inter vina autem vetuſtum omne prorſum tenuiter alit. medicamenti potius, quam alimenti retinens naturam. Quod inter nouum & vetuſtum eſt, ve ætatis; ita & naturæ ac poteſtatis mediȩ eſt. In vniuerſum na-
C tura longè ad ſalutem melius, quia & ſubſtantia neq; craſſiori, neq; tenuiori, & temperamento non calidiori, aut ſicciori, & præſtanti odore ac ſapore. Hoc etiam minus laboris facit ventriculo concoquenti, facilius in corpus diſtribuitur quam nouum, non præceps autem vt vetuſtum. nutrit etiam vetuſto longè magis, non æque tamen ac nouum. In ſumma autem ex ætatis mediæ vino ſperare ea bona omnia licet, quæ ſupra de boni vini vſu diximus in vniuerſum. Sed age, quando muſtum à vino in inferenda temulẽtia differre ſupra
D diximus, quomodo differat, videamus. An igitur quum vinum inebriet, muſtum vere non inebriat? Profectò qui ſenſum iudicem aduocarit, muſtum quoque ſi largius bibatur, non raro ſenſus mentemque non leuiter perturbare confitebitur. Sed quod minus frequens eſt, &

eius

& eius potius qui bibit quum quod bibitur, culpa accidit, vniuerſalem obſeruationem frangere non debet. Etſi igitur quibus imbecillius eſt caput, id aliquando lædit, minus tamen quam vinum lædit. quare Plutarchus 3. ſympoſ. qu. 17. hac de re quæſtionem inſtituens, non cur non inebriet, ſed cur minimè inebriet, quærit. Accidit ergo ex muſto quoque ebrietas, ſed ea non tam inſignis aut frequens, vt ex vino. Cuius rei cauſam ſi inquiramus, aliquid eſt dubitationis. Ineſt enim muſto duplex calor, tum vini proprius; tum ex Sole quem ſenſere in vite vuæ; aduētitius; feruoris illius cauſa qui non tam cito ſoluitur. ita autem aduentitius hic ſenſim remittitur, tandem vt euaneſcat, proprio tantum calore ſuperſtite, in iam maturo vino. Cui igitur duplex ineſt calor, ab eo maiorem fieri in caput effumationem, proptereaque ebrietatem longè facilius induci à muſto quam à vino, rationi videtur conſentaneum. Cæterum contra, de muſti natura non eſſe, vt inebriet, ſapientum placitum eſt, & docet ratio, q quum ebrietas non fiat, niſi ex rei quæ inebriat, effumatione in caput; habet muſtum vt non effumet, à ſui, tum ſubſtantia, tum qualitatibus à ſubſtantia quidem, quia graue eſt; quare in ventrem ſecedit. habet etiam aqueas partes multas, quibus meracę, plurimum diluuntur, & innatus vini calor hebetior redditur, ita vt minus apti qui in caput feruntur, vapores ex illo excitentur. A qualitatibus vero, quod caliditatem habet ab aqueis & terrenis partibus multis obrutam: & ſaporem habet dulcem: dulce autem meatus obſtruendo ſui lentor, prohibet, ne vapores ſumma petant. Quare dulcia vino intermiſcere veteribus mos fuit; & temulentis imperare vt dormituri panem ex melle edant. ſcribit etiam Ariſtoteles 3. probl. 12. ipſummet dulce vinum, & merum, & cyceonem inter potandum ſumptum arcere ebrietatem. quāquam quod de mero ſcribit, refellit ſenſus. quo & in caput quammaximè

A

B

C

D

Digitized by Google

A eiũs vires obrepere, & ebrietatem accerſiri certum eſt. Adde, quod muſtum inodorum eſt. quod autem tale eſt, non tentat caput. Cur igitur muſtum non ita ebrium faciat, ex his patet. Quare, quod maiorem illi quam vino vim eſſe diſputabatur, vanum eſt. Quamuis.n. muſto duo inſint calores, eſt in eo tamen valde remiſſus atque obrutus ab aqueis & terrenis partibus calor proprius. qui dehinc, quando ſeparatæ illæ vetuſtate atque abſumptæ ſunt, emicat; ita vt longè maiori efficacia caput feriat, quam antea. Eſt etiam muſtum ſub-
B ſtantia craſſiori & grauiori, ac natura, vt dicendum eſt, frigidiori, ita vt conferri non debeat vino iam tenuioris, & calidioris naturæ, longeq; ad effumandum promptioris.

Effectus vini ex occultiori cauſa. Plinius vocat prodigia.
Cap. XXVI.

Atque de vini effectibus, quorum cauſam ad eius vel ſubſtantiæ modum, vel qualitates, vel materiam re-
C ferre licet, hactenus. Cæterum meminit Plinius lib. 14. cap. 18. effectuum quoque aliquorum, quos prodigia vocat. vulgus ex ſubſtantiæ proprietate appellat; quos præterire non licet. Sed & hi ad propoſitas cauſas nihiloſecius referuntur. Dicitur (ait ille) in Archadia fieri, quod fœcunditatem fœminis importet; viris rabiem. An id calidioris ac ſiccioris naturæ vinum aliquod eſt? Nam, quæ frigido humidoque vtero ſunt mulieres, diu ſteriles, quum generoſo vino vſæ ſunt, concepiſſe & non infrequens eſt, & non ſemel ipſi ob-
D ſeruauimus. à calore autẽ & ſiccitate immoderata fit rabies. Subdit in Achaia alicubi abigi partum vino, atque etiam ſi vuam edant grauidæ; quum tamen differentia in guſtatu nõ ſit. An hic abortum facit venenata aliqua qualitas ex prauis aliquibus vicinis viti plantis, aut ex ſolo, in vuam ac vinum

tranſfuſa? Hoc de ea quoq; vua cẽſendum, quam paulo poſt, A
Aegyptum habere ait, abortus facientem. Sequitur, Trę zenum vinum qui bibunt, non generare. Arbitrandum huic vino ineſſe vim ſemen abſumendi, aut corrumpendi ex vicina planta, qualis vitex, ruta. De Thaſiorum vino altero, quo ſomnum ait conciliari, altero quo fugari; putandum alterius cauſam eſſe mandragoræ, ſolani, hyoſciani, ſomniferæue plantæ alicuius viciniam, refrigeratricem, capitiq́; inimicam vim viti communicantis: atq; ita ſomnum conciliari. B
cõtra vero ex vini alterius ſiccitate ſimiliter & calore vigilias fieri. Quæ ſubdit de Theriaca vite & vino ad ſerpẽtium ictus; manifeſtam habent rationem; antidoti vim in vinum diffuſam. De vino ad ſacrificia, probato vno ob odorem, improbato altero ob ſaporem, vt quod nulla etiam ales attingeret; eadem cauſa eſt. ex vicinæ enim plantæ, aut ſoli praua qualitate aliqua infecti, tam inſuaue vinum fieri, vt non attingant aues nouum non eſt: vt neque etiam ex odoratarum ſtirpium vicinia bene odoratum fieri. Sed neque de Thaſia illa vua C
prędulci, quomodo aluum laxet, de hycia quomodo ſolutam firmet, obſcura eſt cauſa. quum enim dulce emolliat, Thaſiam illam rationi conſentaneum eſt laxare. Lyciam vero contra auſteriori ſapore præditam eſſe arbitrandum, vnde firmet. nam hoc quoq; in cuiuſq; regionis vino obſeruatur.

Effectus vini pro cauſarum varietate. ac primo pro materiali, & effectrice cauſa. Cap. XXVII. D

HActenus de vini, pro eius eſſentiæ varietate, effectibus. Nunc, vt eius cauſas percurramus, tantum poteſt vitis varietas, vt eius ſpecies aliqua quocumque ſolo aut cœlo nunquam generoſa pariat vina, alia nunquam imbecillia. propterea, alia vina det, quæ caput nimis promptè petant,

A tant, alia contra. In ſoli autem natura, vt illud apertum eſt: vinum in denſiori ſolo ortum minus inutilis ſucci habere, & plus nutrimenti, quam in pingui; ita quod in pingui, id quod ex ſordido ac putri letamine, longè deterius, & cordi capitique maxima ex parte infenſum, quum id certum ſit, vites inter plantas omnes, omne vitium non terræ modo, ſed etiam aeris in ſe ſe promptiſſimè excipere. Ex ſoli autem qualitatibus nihil eſt dubium, vt vinum quod frigido humidove loco oritur, longè eo eſt imbecillius, quod calido aut ſicco; ita etiã

B caput partesuè alias corporis calidas quaſque minus lædere; exilius vero alimentum afferre: licet ad celerius diſtribuendũ alimentum aptius. In quo aũt ſolo amare, ſalſæve, aut alienæ qualitatis alterius aliquid ineſt, eiuſdem quoq; vt particeps vinum eſt, ita varios pro qualitatis varietate effectus parit. De Cælo & ſitu, quum id cuique confeſſum ſit, aperto calidoque ac ſicco cœlo, & in montano ſublimique loco vinum fieri generoſius, ſapore odoreque præſtantius, an id tamen temperati hominis vitæ in vniuerſum ſalubrius ſit, non immerito li-

C cet dubitare. Videntur quidem eiuſcemodi vina, vt ſunt magis aduerſus externas iniurias valida, & magis durabilia; ita & minus facilia, quæ innato ventriculi calori cædant. difficilius ergo concoquuntur: Non temere igitur, quæ paluſtribus locis naſcuntur, cæteris ſalubriora eſſe credidere aliqui: vt quæ, & facilius concoquantur, & capiti, iecori, renibuſque minus ſint noxia. Et contra tamen tum receptus eſt in medicina mos, concoctionis gratia generoſum vinum dare; tum

D rationi conſentaneum eſt, ſi hoc externis iniurijs minus patet, vt etiam minus facilè interioribus vitijs cedat, qualia ſunt corruptela, & putredo; quibus imbecillia alimenta omnia promptius ſolent corripi quam fortia. Cæterum res docet, generoſum vinum, vt minus aquoſum, ita & ſtabilius dare alimentum. neque autem, id licet externis cauſis magis obſiſtat,

ſiſtat; innato calori adeo rebelle eſſe neceſſe eſt, vt non facile A
cõcoquatur. adiuuat.n.coctionẽ tenuitas; & caliditas imo &
ſapor, & odor quoque, cauſæ cur auidius in viſcera trahatur.
contra, aquoſum, quale ſcilicet in paluſtribus eſt locis, quia iis
caret; dictat etiam ratio, vt non modo ad eorum quæ aſſu-
muntur reliquorum cõcoctionem, minus conferat; ſed ipſum
quoq; vt minus vtile minus cõcoquatur. Non illi igitur incõ-
ſulto agunt, qui vbi vino minus generoſo ſit opus, generoſum
potius aqua infirmius redditum, quam natura ſua aquoſum
præferunt. At aqua, vbi imbecillus ventriculi calor eſt, etiã B
vino commiſta flatus, & mala alia parit. quæ euitantur dato
vino aquæ expertè, & imbecillo. Sed auertitur flatuum pe-
riculum, tum feruore in vinaceis multo, ſi quis ex generoſo
imbecillum vindemiæ tempore ſibi paret. tum, ſi alio tem-
pore; ea obſeruatione, vt aqua minus cruda indatur, vinumq;
non niſi poſt horas aliquot à miſtione bibatur. Non id tamẽ
contemnendum; quod paluſtria vina aiunt eſſe adeo saluta-
ria. nempè quæ neque ſapore, neque odore ad multum bi- C
bendum hominem alliciunt; neque calore viſcera calida poſ-
ſunt perurere; neque tenuitate ſimul & calore, ac vaporum
copia in cerebrum neruoſaſque corporis partes irruere; ea
homini vniuerſim ſalubriora eſſe fatendum eſt, quanquam ge
neroſi, & meraci vini temperatus vſus in frigido ventriculo
ad concoctionem alimentorum ſæpe mirum affert auxilium.

Effectus vini pro artis varietate. *Cap.* XXIII. D

QVod ſi nunc proſequamur vini differentias ex arte, qđ
quidem primum vitem è rebus propè ſatis vires ſibi va
rias conquirere ſcribebatur, vt ſenſui, ita & rationi reſpondet.
Veteribus ex theriaca vite vinum ad ſerpentium ictus vſur-
pabatur. & qui nunc ad vitis radices colocynthidem admo-

ueat,

Digitized by Google

A ueat, vinũm quod ex ea, inſuauis acrimoniæ & purgatricis facultatis eſt non expers. Quod autem dehinc de ſublimi aut humili vite ſequebatur, ad maturitatem fructuum pertinet, quæ ſicut ad ſuauitatem, ita ad bonitatem vireſque adeo facit, vt diuerſæ prorſus naturæ ſit ab immatura & matura vua vinum. Quod enim ex immatura fit, & acerbo eſt ſapore, & non ea caliditate eſt, qua ex matura. neque expers eſt aſtrictionis multæ, in alui fluxionibus alioqui vtilis, & concoctioni quæ in ventriculo fit, & neruis atque articulis inutile eſt.
B quare vbi eius vſus eſt frequens, illic podagrici quoque ſunt multi. ijs autem vicijs vinum caret, quod ex matura fit vua. quod ſi etiam dulce ſit, alia poteſt tum vniuerſim, de quibus ſuo mox loco: tum priuatim pro varia arte qua fit dulce. qua de re poſtea. Sed plurimi ad ſalubritatem intereſt, poſtquã opportune lectæ ſunt vuæ, ſtatimne premantur, an in cumulo ſeruentur. vt enim quæ ſtatim ſeu pedibus calcantur, ſeu præmuntur prælo, imbecilliora dant vina; ita & minus vaporoſa, capitique inſenſa minus. In cumulo enim caleſcunt
C vuę non ſine putredinis alicuius nota; tunc vero maximè quũ vel tenui ſunt acino, vel vliginoſo loco editæ; vel etiam quũ aqua irrorantur, vt aliquorum mos eſt in ijs præſertim, quæ duriori ſunt acino: ab alieno igitur in ijs concepto calore, vina euadunt fortiora; ſed eadem etiam vaporoſa magis, proptereaque capiti inſenſa, niſi diuturno dehinc per menſes multos feruore in non obturatis dolijs exhalent. Sed non etiam cumulatim quomodocumque iacere vuas, æque vtile eſt. quæ enim iacent humi, ijs non raro aliquid vitioſi ex ſolo attrahi-
D tur. Laudatur magis, ſi in ligneis ſerijs, vel in prælo reponãtur, quæ tamen bene à ſorde omni nitidæ, & praui odoris ſaporiſue omnis ſint expertes. In his, ſi vbi incaluerint, præmantur, eo calore adiuuante, quem concepere in cumulo, promptæ muſtum feruet, nullo foris vitio contracto. Sane

autem

autem ſuccus, qui præmentibus ſe vuis ſponte effluit, non A
diſſimile natura eſt ab eo, quod exit præmendo arte (idem enim ſuccus eſt) ſed vt tenuioris tamen ſubſtantiæ (non enim effluit niſi quod tenuius) ita & facultatis, qua attenuat magis, atque altius in corporis partes omnes ſubit. Vbi autem calcatæ ſeu præſſæ vuæ ſunt plurimum intereſt ſtatimne, & antequam ſimul cum vinaceis ferueat, an vbi ferbuerit, cito, ſeroue muſtum hauriatur. Ex feruore generoſius fit vinum, & acrius, & tenuius, & purius. contra quod non feruet, imbecilllius, craſſum, minusque purum. B

Effectus vini acidi, turbulenti, vappidi, mucidi. & qui ex arte accidunt, dum ea vitia corrigere nititur.

Cap. XXIX.

PErtinet ad hunc locum illa quoque in effectu varietas, quam pariunt tum vitia quæ ipſi vino accidunt, tum ſi quæ ars adfert dum ea vitia corrigere enititur. Primum vitium erat acor. quo, innato calore corrupto, & aduentitio C ſuperante, vinum aceti naturam conquirit. Eius igitur effectus ad aceti effectus accedunt. de quibus ſuo antea loco. Ad id vitium emendandum, qui muſtum coquunt, vel ſal, vel aquam addunt, parum de eius natura immutant, ita vt ab eo timere nihil liceat. gypſum vero, quod aliqui immittunt, exiguum immittitur, ita vt vix aliquid noui addat, præter leuiſſimæ aſtrictionis veſtigium quoddam. At ex pice quam ad- D dunt alij, vt immutatur & odor & ſapor, ita & vis deſiccandi calfaciendique augetur, non ſine abſtergendi poteſtate aliqua. Aliud vini vitium erat turbulentia, quam poſſe obſtructionem meatuum, humorumque in corpore agitationẽ, ac confuſionem parere, ſatis apertum eſt. Quicquid autem ad eam curandam vino immittitur, putret paulo poſt, ita vt

vinum

A vinum niſi in aliud vas transfundatur, vitiari neceſſe ſit. priuatim autem aliquid habent auellanæ (quarum ſchedæ ad id vſurpantur) vt capiti noceant. Ex vappa vero, in quam ita à ſui natura vinum degenerat, vt corrumpatur, non aliud quã ſanguinis humorumq; omnium corruptelam expectare licet. Remedium vero quod adhibetur aluminis non caret vitio aſtrictionis cum eroſione faucibus moleſta. Lædit, & ſulphur prauo odore, ita vt diuturno vſu non ſpiritus modo, ſed humores quoq; eo poſſint infici. Idem de mucido vino (quod
B erat poſtremum eius vitium) ſentiendum eſt. Etſi enim vbi quis aſſueuit, prauum eum odorem vix percipit, eius tamen vſum diuturniorem non leuiter ſpiritus corrumpere arbitrandum. Atq; de vini effectibus pro eius cauſarum, imo & pro eſſentiæ obſeruatione, hactenus. Inter quos, quum nutritionis quoq; ſæpe meminerimus, quia de hac ipſa non leuis dubitatio eſt; & non deſunt, quæ vinum vere non nutrire ſuadeant, inſiſtere hoc loco nobis neceſſe eſt, & quid res ipſa doceat, aperire.

C

An vinum nutriat. Cap. XXX.

QVAE vinum non nutrire ſuadeant, hæc ſunt. Si quod vere nutrire debet, id conuerti in nutriendi corporis ſubſtantiam oportet, ita vt non modo illi ſimile, ſed cum eo idem prorſus fiat. quando ergo in corpore nutrimentum nõ niſi ſolidis partibus debetur, quę ſolæ viuunt, agglutinari etiã ipſis, proptereaq;, quia craſſæ ſunt, craſſeſcere, vt in earum
D ſubſtantiam vertatur, vinum neceſſe eſt. Atqui à ſenſu rationeq; alienum eſt, vini ſubſtantiam craſſeſcere poſſe, & glutinoſam reddi, quod aquæ naturam ita refert, vt ab Empedocle aqua in ligno putrefacta vocatum ſit, & ab Ariſtotele etiamnum cum ſero ac lotio inter aquæ ſpecies atque inter ea

poſitum ſit,quæ non ſecus atq; aqua, abire quidem in vapo- A
res vi caloris poſſunt,craſſeſcere autem non poſſunt. Aquam autem non alere,non vno loco aſſeuerat Galenus 1. fac. nat. cap. 17. Imo vero id alicubi abſolute pronunciat, totum id quod bibimus, vrinam fieri, niſi ſi quid cum aluo exit, aut in ſudorem,aut per inſenſilem perſpiratum abit. Neq; autem eſt,vt quis obijciat muſtum,aut dulce vinum, quorum vtrũq; nutrit. vtrunq; enim nomine tantum vinum eſſe, non re, & opere, Ariſtoteles 4.meteor.cap.9.planè aſſerit. nempe quod tale eſt,non inebriat: de vini autem veri natura eſt, vt ebrie- B
tatem inducat. Hæc ſunt quæ vino veram nutriendi vim interdici docent,ita vt,ſi quando vinum alere à doctis viris dicatur,non alio id nomine dici poſſit, quam ob diſtributionem eorum,quæ vere nutriunt, quam ſtrenue vinum adiuuat tenuitate ſua,& calore. At vero quando nulla nobis vllius rei eſſe maior fides poteſt,quam quæ depromitur ex ſenſu, conſulamus hac in re ſenſum. Cur qui vino aſſueuere, eius abſtinentia,& vſu aquæ,cum conſueta tamen ciborum mole, tan- C
tam virium iacturam pati,repetito autem vino, tam prompte refici accidit,ſi vinum non nutrit? Dixeris fortaſſe, aqua non tam facile diſtribui in nutriendas partes alimentum, vt vino. Quod etſi verum eſt, cur tamen, quo tempore diſtributum iam eſt alimentum, vires longe magis refertas eſſe obſeruamus cum vini, quam cum aquæ potu,non aliam habere cauſam poteſt, quam quod vino aliquid nutrimenti acceſſerit, quod non acceſſerat aquæ potu. Quomodo vero etiam ijs D
tantopere corpus augetur,& pingueſcit, qui vini plurimum, cibi autem parum ſumunt? Profecto, quum ad corporum incrementum, non tam auxilio, quod alimentum deferat, quam alimenti ipſius copia ſit opus, neque fieri poſſit,vt cibi pauci magnam corporis molem aſtruant; huius incrementi cauſam vino aſcribere, ita neceſſe eſt, vt ipſum non cibos

tantum

A tantum deducere, ſed ipſummet ſui ipſius ſubſtantia afferre alimentum; fateri oporteat. Verum vinum vere alere, nullus neget, qui aliquos, ſine cibo vllo, ſolo vino vitam dies multos ſuſtinuiſſe norit. quod & nos & alij obſeruarunt, ita vt illi nutriendi vim interdicere, ſit diſcedere à ſenſu. Sed accedat ſenſui grauiſſimorum ſcriptorum authoritas, primumque Hippocratis 2. aph. 11. qui ſcribens facilius eſſe impleri potu, quam cibo, ſicuti (Galeno etiam interprete) repletionis nomine non aliud, quam nutritionem veramq; refe-

B ctionem ſolidarum partium intelligere poteſt, quippe eam de qua antea dixerat 2. aph. 7. corpora, quæ lente extenuantur, lente, quæ breui, breuiter eſſe reficienda, ita potus nomine, ſiue vinum, ſiue aquam, ſiue aliud quid ſimile intelligat, verum ex hiſce ſingulis accedere corpori alimentum concedit. Sed & in libro de alimento ſcribitur, vinum aliquibus eſſe alimentum. qua ſententia, ſi quis id ita vocari putet, quia diſtribuat, nō quia alat, is etiam lac, & mel, quorū proximè me

C minit, alimenta vocari dixerit, quia diſtribuant, non quia nutriant, præter veritatem omnem: aut certe dabit in tam proximis verbis ὁμωνύμως, alimenti vocem vſurpaſſe. Eſt etiam in libro de affectionibus, vina dulcia atque auſtera, & mellei coloris, vetuſta, ventrem ſubducere, vrinam ciere ac nutrire, quod de promotione alimentorum nullus rectè interprætetur, quum id vini genus minime tenuium ſit partium, minuſque ad penetrationem aptum. At vetuſtiſſimo illi authori minus fortaſſe diligentiæ in ſcribendo fuiſſe dixeris. Ac-

D cedamus ad Galenum. Qui humidum, alimenti vehiculum eſſe, ab Hippocrate 2. aph. 18. edoctus, non ſemel aquam vehiculum tantum, non etiam nutrimentum eſſe profeſſus, nuſquam tamen hoc ſcribit de vino. Imo vero in aphoriſmis, alimenta inter ſe comparans, vt vniuerſim, ac celeriter nutriunt, aut contra; ſicuti carnes, cochleas, & alia id genus, quæ

vere nutriunt, tardiſſimè ac paulatim, ita vinum celerrimè, ac maximè vniuerſim nutrire docet. Subdit etiam paulo poſt, vt in alterius quoq; aphoriſmi 2. ſcilicet aph. 11. cap. 11. expoſitione, & in lib. de ſuccorum bonitate, & vitio, aquoſa in vinorum genere parum præbere alimenti, quum craſſa, & flaua multo magis corpus alant. Quib. locis quum non comparentur inter ſe, niſi qua aliqua in re ſunt ſimilia, inter ea, quæ tarde, ac paulatim, atq; ea quæ celeriter, & vniuerſim nutriunt, aliquid in nutriendo ſimilitudinis Galenũ agnoſcere neceſſe eſt. Cogitare autem vllam in nutriendo ſimilitudinem eſſe inter hęc non licet, niſi quod omnia vera nutritione nutriant, qua in alendi corporis ſubſtantiam conuertantur. Vt carnes igitur, cochleæ, & alia id genus, vera nutritione alũt, ita & vini genus vniuerſim. Verum quomodo is nõ diſtributionẽ tãtũ, ſed veram quoq; nutritionem vino apertè tribuat, manifeſtum is reliquit, in libro, quod animi mores corporis temperiẽ ſequantur cap. 5. ſcribens vinũ re vera, ſi moderate bibatur, & cõcoquere, & diſtribuere, & ſanguinẽ creare, & nutrire. Quin ẽt in ſeptimo methodi medẽdi, ad gracilia corpora reficiẽda, quib. neq; opportuna ſunt maximè nutrientia, vt quæ difficillima ſunt concoctu, neq; ea quę facillima ſunt cõcoctu, vt quę minimè nutriant, ſolũ vini potũ proponit, vt q. contrarijs indicationib. ſatisfaciat, nutrire inquã poſſit nõ leuiter, & facile cõcoqui. Et nõ obſcurè ẽt libro duodecimo in curanda ſyncopa ex flaua bile, in vino vim vere nutriendi agnoſcit, quũ vina præ vetuſtate amara reijcit, vt quæ laudabilẽ nutrientẽ ſuccũ amiſerint, ſimulq; iniocũda ſint, & ſtomachũ offendant. Quo etiam loco paulò poſt agens de aquoſis, & fuluis viris, quum vtriſq; celeritas diſtributionis ſit communis, diſcrimen tamẽ inter ea eſſe docet, quod fulua ventriculi, & venarum concoctioni magis conducunt, quia magis calfaciunt, præterea vero, & facilius miſcentur, & nutriunt, & ad ſucci bonitatem

A B C D

A ſunt opportuna; quorum omnium nullum in aquoſis eſt vinis; ex quorum ſubſtantia minimum in ſanguinis ſpeciẽ mutatur. Qui his in Galeni locis eas voces non diſſimularit (vina vetera amara laudabilem nutrientem ſuccum amiſiſſe) & (fulua facilius miſceri ac nutrire) & rurſum (ex aquoſi vini ſubſtantia minimum in ſanguinis ſpeciem mutari) is in vino præter diſtributionem, veram quoque ſanguinis gignendi, & nutriendi vim ineſſe non negabit. Sunt alia etiam loca apertiſſima quæ hoc affirment. In tertio enim de temperamen-
B tis cap. 2. ſcribitur habere quidem vinum opus mora, & præparatione in ventriculo, iecore, venis, concoquendi inſtrumentis; mutationem autem minimum deſiderare, vt nutrire ac roborare celerrimè poſſit. Et in libro de cauſis morborum cap. 3. eſt, vinum modice hauſtum natiuum calorem adaugere, vt quod maxime proprium, ſit alimentum. Et alibi de cyphoide 8. de comp. med. per loc. cap. 7. agens vinum ait nutrire, concoquere, roborare, putrefactioni obſiſtere. At
C in tertio de alimentorum facultatibus cap. 11. & in libello de ſuccorum bonitate, & vitio tam apertè gignendi ſanguinis vim in omni vini genere ſeipſum agnoſcere Galenus ſignificat, vt, qui ipſum præter vim deducendi alimenta, vinis nutriendi quoque facultatem tribuere non concedat, minus fuiſſe de eius ſcriptoris ſententia ſollicitus videri poſſit: prætereaque paruipendere Pauli Aeginetæ authoritatem, lib. 1. cap. 95. qui vinum, in ſumma, omne nutrire ait; & Auicennæ fidiſſimi alioqui Galeni interprætis iudicium, qui ex pro-
D poſito de alimentorum vi agens, tenuis multique nutrimenti eſſe aquam carnis, vinum, & oua ſorbilia, quia eorum ſubſtantiæ plurimum in nutrimentum conuertitur, apertiſſimè pronunciat. Eſt igitur, quod vinum verè nutriat, ſtatuendum. Neque autem oppoſitis rationibus ſatisfacere difficilè eſt. Sit quidem id conſtitutum quod primo loco obijcitur, ea

quæ vere nutrire debent, in nutriendi corporis ſubſtantiam debere immutari: quod dehinc ſequitur, ſolas partes ſolidas ali, hoc explicandum eſt. Fiunt quidem ſolidę partes ex humoribus proxime: in ijſque pręter terrenas partes ſunt & aereæ, atque igneæ, nempe ſpiritus fixus cum innato calore. ſunt & humidæ; imo vero primogenius ille eſt humor, qui continuitatis illarum eſt cauſa, & primogenij caloris pabulũ, aut ſedes, aut fomes; ſine cuius conſeruatione, quia non ſeruatur continuitas, neque calor; neque etiam ſeruari vita poteſt. Sicut igitur terrenis craſſiſque partibus, ex quibus conſtant ſolidæ, terrenum craſſumque alimentum neceſſarium eſt; nonne ita & ſpiritui ſpirituoſum, & calori calidum,& humori debetur humidum? Debetur his quidem ſingulis, quæ in continua ſunt diſſipatione, inſtauratio. eſt vero inſtauratio non aliud quam nutritio. debetur ergo ijs nutrimentum,atq; id quibusque ſimile. At contra, nihil alitur niſi animatum. non ſunt autem animati ſpiritus, aut humor, aut calor. Sed nihil quidem horum ſeorſum animatum eſt, ſicut neque ſolidæ ipſæ partes ſine calore, ſpiritu, humore ſunt animatæ.at omnia ſimul animata ſunt. omnia inſtauranda & nutrienda ſimilibus: calor calidis, ſpiritus ſpirituoſis, humor humidis, ſolida ſolidis. Ita quidem in libro de alimento ſcribitur ſpiritum eſſe alimentum. cuius vero alimentum? ſpiritus fixi. Ita Galenus duodecimo methodi.c. 5. ſpiritus animales partim ex aere inſpirato, partim ex eo, qui per plexum retiformem fertur, irrigari & ali: vitalem vero ex reſpiratione quidem maximè, ſed etiam ex ſanguine nutriri apertiſſime pronunciat. Non abſolutè igitur ſtatuendum ſolidarum partium nutrimentum craſſum eſſe oportere. quum pro multiplici earum ſubſtantia varium requiratur. nempè tum aereum atque igneum propter calorem & ſpiritus; tale autem maximè vinum eſt,vt eius odor & calor prodit.tum humidum, propter

A humorem. humidum autem non omnino fluxile, ſed lentoris alicuius particeps, quia humor quo viuimus, pinguis & tenuis eſt, vt docet Ariſtoteles, lib. de long. & breu. vitæ non deeſt autem lentor vino, quum illi aquei humoris non parum inſit, & aquæ non deſit lentor, per quem quę terrea ſunt aquę opera coniunguntur. imo vero non deeſſe vino lentorem planè oſtendit ſapa, quæ ex eo fit decocto. debet etiam craſſum eſſe alimentum, propter terrenā ſolidarum partium ſubſtantiam, quæ ipſa quoque inſtauranda eſt. inſtauratur autem po-
B tiſſimum cibis, ſed non ſine aliquo humore, ſiue illud ſit vinum, ſiue aqua. nullus enim cibus ſine humore fiet ſanguis; neque niſi ſanguinis prius conquiſita natura, alet. Alit igitur vinum, quia & ſpiritus, & fixum humorem, ſpirituoſa atque humida ſui parte, & ſolidas partes terrena, & craſſa inſtaurat. At craſſeſcere vinum non poteſt, quia aquæ naturam refert; imo Empedocli eſt aqua in ligno putrefacta. ſicuti ergo neq; craſſeſcere, neq; agglutinari poteſt aqua, ita neque vinum. Verum quam friuola ſit ratio quæ à ſimilitudine petitur, ſatis
C apertum eſt. Eſt vero vinum aquæ ſimile in eo quòd fluxile eſt. at in cæteris omnibus prorſum diſſimile: euidentiſſimè autem in eo quod qualitatum eſt aquæ naturæ prorſus contrariarum. vt enim huius in frigido & humido natura poſita eſt, ita vini in caliditate & ſiccitate. Quod ſi tamen contendat aliquis vinum verè aquam eſſe; quia igitur quod verè vinum eſt, aqua eſt: quod autem temulentum facit (vt in proxima erat ratione) vere vinum eſt; inferre etiam licebit, quod temulentiam facit, aquam eſſe. De Empedocle qui verſu
D ſcripſit, poetica quadam translatione vinum aquam in ligno putrefactam dixiſſe, nihil eſt mirum. At non illi tamen cōcedit Ariſtoteles, vinum ſimpliciter eſſe aquam. quod ſi aqua dicitur, eo nomine dicitur, quo inſtar aquæ fluit: quo etiam ſanguini Hyppocrates. lib. de corde. aquæ nomen tribuit, ip-

ſum calidum non eſſe profeſſus, quia neque alia aliqua aqua A
ſit calida: & quo pacto ſemen, igneæ alioqui naturæ, aquam
dixiſſe aliquos conſtat. Quod autem dehinc vinum aquæ
exemplo non craſſeſcere, ſed in vapores abire dicebatur, hoc
refellit planè ſenſus. qui vinum, non modò recens (vt conce-
ditur ab Ariſtotele) ſed etiam vetuſtum ac tenue coctione
tandem non nihil craſſeſcere docet. cuius reliquias, & craſſas
& tenaces ſuperſtites illi quotidie obſeruant, qui ex eo arden
tem aquam eliciunt. vt ne illud quoque prætercam, quod Ar- B
chadicum vinum memoriæ ab eodem Ariſtotele proditum
eſt, fumo vſque adeo craſſeſcere, vt etiã radi poſſit. Imo ille ip-
ſe quum vinum in quarto meteororum, cap. 10. referri etiam
ad terram doceat, licet magis recens quam vetus; vt idem ca
lore quoque craſſeſcere concedat, neceſſe eſt, qui, quicquid
terræ & aquæ commune eſt, vbi concoquitur, craſſeſcere ali-
bi affirmat 3. de part. an. cap. 5. Quamuis autem humidum
fluxile, quod aquæ & vino ineſt, à calore in vapores abſuma-
tur, humidũ tamen lentum, quod vnius inter elementa aquę C
eſt natura, non niſi tota illa conſumpta, omnino conſumitur.
minus vero hoc in corpore animalium. in quibus moderatus
calor coquendi, non exurendi vim habet. Sed etiam, vt in
alijs rebus, aqua earũ quæ in ipſa macerantur naturã, non ſine
ſubſtãtiæ alicuius portione, in ſe excipit; ita in viuẽte corpore
aqua vinumque alijs rebus commiſta, de eorum ſubſtantia
aliquid & detrahunt, & ſibi ipſis agglutinant. quare etiam
craſſeſcunt. & nutritioni apta redduntur. & per accidens qui-
dem hoc: ſed illud tamen per ſe eſt, quod, vt ſaporis alicuius D
vtrumque eſt particeps, maximè autem vinum, habet etiam
aliquid craſſi, quum nullus ſapor ſit ſine ſicci ac terreni ele-
menti participatione, id eſt, ſine craſſitudine. maximè autem
hoc ſi omni vino non deeſt ſaporis dulcis aliquid, quod ſen-
ſiſſe Ariſtoteles videtur in problematibus ſect. 3. prob. 8. pro-
pterea

A pterea enim aquas ſalſas vitioſaſque à temulentis magis quã à ſobrijs percipi ait, quia contrarium à contrario magis quam à ſimili ſentiatur. vinolentis autem dulcis humoris plurimum inſit ex vino, cuius talis eſt natura. Ita quidem ſi vino cuiq; dulcis aliquid ineſt, quando quod dulce eſt, craſſeſcere poſſe idem author affirmat, omne etiam vinum craſſeſcere poſſe dicendum eſt. Quod igitur diſputabatur vinum aptum non eſſe vt alat, quia craſſeſcere non poteſt, infirmis niti rationibus apertum eſt. vt illud quoque, quod vinum ſit aqua. Ac

B quod aquam non alere dehinc proponebatur, hoc fuit à nobis in ſuperiori libro abunde diſputatum. neque hic repetendum. Proſequamur reliqua. Fauere eorum opinioni qui vinum alere poſſe negant, Galeni ſententia videtur. qua in libris de facultatibus naturalibus id quod bibitur totum ferri ait in vrinas, & excrementa. Verum id ſcripſiſſe Galenum ad amplificandam potius attractricis renum facultatis potetestatem, quam quia ita prorſum res habeat, ſatis cuiq; apertum eſt, qui meminerit ipſummet authorem, craſſis vini &

C dulcibus, imo & alijs, vt ſupra oſtendimus, veram nutriendi vim non detrahere in eorum genere, quæ bibuntur. Quæ autem ſequuntur, vinum inquam dulce & nouum quæ craſſa ſunt, nomine tantum, non autem re & opere eſſe vina ex Ariſtotele, quia ebrietatem non faciunt, de vini autem omnis natura ſit facere temulentos, hæc inquam ab omni veritate ſunt diſſentanea. Quanquam enim dulce, opere ille vinum eſſe neget, vt quod minus ſit ad temulentiam efficax; non

D tamen (quod latinus interpres habet) reipſa vinum eſſe negat. Sed quis etiam id iure neget? Quando enim illud ipſum vinum, quod dum nouum eſſet dulce erat, frequentiſſime per ætatem amiſſo dulci ſapore vincſum, atque ad inferẽdam temulentiam efficaciam conquirit: ſi dulce, vinum non eſt, fiet etiam vt idem liquor poſterius ſit vinum, quod non

erat

erat prius. Et rurſum, quamuis dulce vinum non ita frequẽter inducat ebrietatem, certo tamen & quotidiano experimento docemur, huius quoque ipſius potu largiore accidere temulentiam. ſicut etiam contra, tenue non aquoſum modo, ſed vinoſum quoque ac generoſum non ſemper ebrietatem, facere obſeruatur. quæ tamen nullus vina eſſe neget. ita vt argumentum, quod ſumitur ab ebrietate, ſit prorſus infirmum. quando neque ad id, quod vere vinum eſſe conceditur, ebrietatem ſequi neceſſe eſt: neque ad id, quod vinum eſſe negatur, non ſequi. Malè autem Ariſtoteli aſcribitur vini veri naturam eſſe vt faciat temulentiam, quod parum fidus interpræs addit, etiam præter ſenſum. qui id docet, neque vinum qualecumque inebriare; neque quicquid ebrium facit, eſſe vinum. A B

Naturalium rerum Obſeruatio ad rectum vini vſum, ac primum temperamenti. Cap. XXXI.

C

ABſoluta ea quæ ad vini naturam pertinet, perquiſitione, de eius vſu agendum. Totus vero is tum in vini delectu, tum in eius qui vſurus eſt, ſtatu poſitus eſt. ea obſeruatione, vt tale vinum in ſubſtantia & qualitatibus detur, & tantum in menſura, quale, quantumque hominis ſtatus ſiue naturalis, ſiue præternaturalis poſtulat. Adde etiam quale rerum, quę nobis tum neceſſario, tum non neceſſario occurrunt quas non naturales vocant, occaſio admittit. Eſſent ergo ſingula hæc expendenda. Cæterum quæ de vini natura diximus, ea de delectu docent. De præternaturali hominis ſtatu, quale aut quantum vinum requirat, priuatim libro ad hoc dicato ex veteribus indicabitur. Nunc quomodo in naturali ſtatu, & vario nonnaturalium rerum occurſu, eo vtendum ſit, facto à temperamento, tum corporis vniuerſi, tum D

partium

A partium corporis principum; principio, vniuerſim propone-
tur. Qui temperato igitur ſunt temperamento, vino etiam
& natura & quantitate medіocri iuuatur. eo & ventriculo ro-
bur additur, & alimenta concoquuntur, & diſtribuuntur, &
reliquæ tum naturales, tum animales, tum vitales facultates
ſeruantur. at ſi largius ſumatur, deflectere corpus in extremũ
alterum neceſſe eſt, vel caliditatis maioris, quia in maiori
quanto maior uis, vnde bilis prouentus largior quam ad ſa-
nitatem requiritur. vel remiſſæ, quia obruitur à copia vis ca-
loris; vnde crudorum ſuccorum fit cumulus. Quod ſi vinũ
B generoſius ſit natura aut vetuſtate, in temperato quidem,
quale ponebamus, homine, longo vſu etiam parce ſumptum
plus congeret bilis. in frigido vero atque humido corpore, vt
ne exſuperet pituita, efficiet. At qui temperie calidiori ſunt,
illis quidẽ vniuerſim, quod Hyppocrates 6. epid. ſect. 4. t. 15.
admonet, potus eſſe aqua debet. maximè autem ſi ſiccitas
quoque vigeat. excandeſcere enim cum ſiccitate calor, & vi-
ciſſim ſiccitas cum calore ſolet. ita vt vinum his interdici om-
C nino debeat. Non ita, ſi calori humiditas accedat. ſi enim
vinum generoſum detur intenditur calor, ſi aqua, augetur
humiditas. vinum ergo conuenit mediocre, atque etiam, vbi
calor ſit intenſior, oligophorum. In frigida autem intempe-
rie, ſiue illi humiditas, ſiue ſiccitas iungatur; vt aqua, ita &
aquoſum vinum aduerſum eſt. generoſius parce ſumptum
vtile, niſi immodice bibatur. largius enim hauſtum, aut in al-
terius contrarietatis vitium flectet caloris ac ſiccitatis; vnde
D pro frigida & humida intemperie calida & ſicca reponatur,
bilis cauſa: aut malè concoctum, crudi ſucci copia replebit.
Hæc de vini vſu, obſeruato vniuerſi corporis temperamẽto.
At ſi partium corporis variarum, tum principum, tum aliarũ
temperiem ſpectemus, quanquam illas ſingulas eo vino iu-
uari par eſt, quod ipſarum temperiei reſpondet; id tamẽ ob-

Digitized by Google

ſeruare eſt ſingulas in proprij temperamenti exceſſum frequentiſſimè dilabi; frequenti non vini modo, ſed etiam alterius cuiuſque rei vſu, quæ eadem ſit cum ijs temperie, & calidas calidarum vſu calidiores quam ſanitas requirat, & frigidas euadere frigidiores. Ventriculus ergo cuius ſubſtantia naturaque frigida eſt, oligophoro vino non iuuatur, imo vero læditur. Iecur, renes, cor pulmo calida viſcera generoſi vini vſu in calidiorem ſtatum leui negocio deflectunt. Solum cerebrum frigidum & humidum vino imbecillo iuuatur, læditur plerumque generoſo, per accidens tamen. eſſet enim illius temperiei commodius generoſum; ſed ob vapores, quos in eam partem præſertim quibus calidi, & humidi temperamenti eſt caput, largius excitat: à qua neque corrigi, neque diſsipari poſſunt; ab eo maxima ex parte læditur. A B

Obſeruatio corporis habitus. Cap. XXXII.

TEmperamento corporis ita habitus maxima ex parte reſpondet, vt ſiccitati gracilitas ob humidi defectum, humiditati plenitudo ob copiam ſit comes. Vtrique autem tum gracili, tum pleno habitui nunc caliditas coniungitur, nunc frigiditas. In vini ergo vſu gracilia corpora quibus coniuncta eſt caliditas, eadem lege qua calidum, & ſic cum temperamentum, vini generoſi vſum aduerſum habent. aquoſi potu non læduntur, vt quo vtrumque excrementum temperatur. Contra vero, quibus frigiditas coniungitur, læduntur aquoſo ob frigiditatem; iuuantur mediocriter generoſo, dum eorum calor fouetur; potentiori læduntur ob ſiccitatem. quare his vetuſta vina non ſunt vſui, vt quæ ſicciora: neque craſsiora, vt quæ difficile concoquuntur, neque tenuiora, vt quę minus nutriunt; ſed quę ſubſtantiæ atq; ætatis ſunt mediæ. At quibus plenus eſt habitus, ſi frigiditatem C D

habeant

A habeant comitem, hi quidem generoſum & vetuſtum quærunt ob caliditatem & ſiccitatem; at non craſſum tamen neque copioſum, vt quod quum ſit minus diſſipabile, auget plenitudinem. Sin caliditatem, ijs non conuenit generoſum, quo excandeſceret calor; ſed vetuſtum, vt quod, ne humiditas immodicè augeſcat, facit. Qui mediocri ſunt habitu, illi etiã mediocre per omnia vinum quærunt. & ad omne tamen vini genus vniuerſim facillimè omnium ſe accommodant.

B

Obſeruatio ætatis. Cap. XXXIII.

NOn minoris momenti in vſu vini eſt ætatis obſeruatio, non ob corporis modo, ſed ob animi valetudinem maximè. Et quidem ætas, non vt ætas, ſed merito temperamenti, quod per eam variatur, à medico præcipuè obſeruatur.
C priuata tamen etiam aliquãdo animaduerſio eſt alia præter eam quæ à temperamento. Quum primæ ætatis partes ſint tres, incrementum, decrementum, & ſtatus; incrementum quod anno ferè trigeſimo deſinit in homine, quia ſanguine affluit, calidi & humidi temperamenti cenſetur: ſunt autem huius partes plures, infantia, pueritia, pubertas, adoleſcentia, iuuentus. quæ ſingulæ, vt à primordijs generationis recedunt, ſemper minus humidæ fiunt, caloris autem acrimonia inualeſcunt. Puerili ergo ætati, vt quæ temperiei eſt minus calidæ, & magis humidæ, vinum quod calidum & ſiccum eſt, ſaltem mediocre, aut etiam oligophorum conuenire
D videretur. Interdicit tamen ipſum Ariſtoteles de ſom. & vig. & ipſis, & nutricibus, ex quarum illi ſucco aluntur; quod ante Ariſtotelem Plato quoque 2. de legibus, & poſt ipſos etiam Galenus 1. de tu. ſan. cap. 11. Quum enim maximè vaporoſum ſit vinum, & puerorum capita valde plena humoris, facilè immodice replentur, vt illis & rationalis animę vis hebes,

ac tur-

ac turbida reddatur; & conuulſiones etiam non raro incidãt. A
Eſt hic igitur locus dubitationis. Quando enim humidiores ſunt pueri; ita vt eorum grauiores morbi plerumque ex humiditate ſint nimia, cur non illis ſolum, ſed maximè nutricibus (in quibus coctione multiplici, tandemque poſtrema in mammis mutatione, temperari poteſt vini qualitas omnis) concedi non poteſt generoſum ad immoderatam eam humiditatem temperandam? An vini ſiccitate, non alimentalem modo, ſed & primogeniam humiditatem abſumi periculum eſt. vnde eius corporis incrementum prohiberi neceſſe ſit? B Præter ſiccitatem vero ineſt etiam vino aquea humiditas, vt in ſuperioribus diximus, illi ſi non propria, inſeparabilis tamen comes: quam vini calor ex corpore vniuerſo in caput (in quod maximè vini vis natura ſua irruit) cum vaporibus multis effert. vnde affectuum eorum periculum eſt, qui à capitis fiunt repletione: inter quos pernicioſiſſimus eſt conuulſio. Rectè ergo pueris interdicitur vinum; aut ſi conceditur, dum adhuc ablactati non ſunt, aquoſiſſimum datur; poſtea C vero vt à generationis principio magis diſcedunt, quando & corpus vniuerſum minus humidum eſt, & caput firmius, ex vſu eſt aquoſum minus. Hæc quum ita res ſuadeat, contra tamen aliquid eſt quod legem hanc, quæ vinum, ſaltem mediocre, pueris prorſum interdicit, non expertem periculi eſſe doceat. Nempè, quibus vinum ita circumciditur, vbi dehinc adoleuerint, leui quouis vel generoſioris, vel copioſioris vini potu facillimè fieri temulentos, quotidie obſeruare eſt. quod alijs qui ab ineunte ætate eo ſunt vſi, non accidit. Non D omnino igitur tutam dixerim arctam veteris illius præcepti obſeruationem, qua ne guſtare quidem vinum puero conceditur à Galeno. præſtare enim videtur mediocri vino potius quam aquæ illos aſſuefacere, vt communior eſt Italiæ conſuetudo. imo vero etiam dare, vt generoſi vnam aut al-

A teram guttam aliquando deguſtent, quo ſenſim ab eo non lędi caput aſſueſcat. alioqui, quod hauſtum, id eſt, epotum Galenus damnat 1. de tuen. ſan. cap. 11. rectè damnat ob eas quas affert rationes, tum quod humectat nimium, & calfacit corpus; tum quod caput replet, ijs maximè, qui humido, & calido ſunt temperamento: ipſis vero, neque vtile eſt, vel repleri caput, vel ſupra modum humidos calidosq́ue fieri; quod eò caloris humorisq́ue peruenerè, vt, ſi paululum vtramuis qualitatem auxeris, excedat modum. exceſſus au-
B tem omnis fugiendus, præſertim autem hic, qui eſt non corpori modo, ſed etiam animo aduerſus. Sanè autem, qui exceſſere pueritiam (τελείους, adultos Galenus vocat) ijs idem author vinum tum vtile, tum inutile eſſe docet. vtile ſi modicè ſumatur: vt quod tum humectat quicquid immodicè ſiccatum eſt, & renutrit; tum bilis amaræ acrimoniam mitigat, ac frangit; prætereaque eam per ſudores & vrinas vacuat. contra autem inutile, ſi immodicè ſumatur. quod ad iram
C præcipites, ad iniuriamq́ue incontinentes facit, & rationalem animi partem hebetem turbidamq́ue reddit. Fuit hic locus quæſtionis eius fons, quam antea diſſoluimus, quomodo ſi calidum ſiccumq́ue vinum eſt, vt alibi idem author ſtatuit, humectet quicquid immodicè ſiccatum eſt. Sed (quod dicebamus) humectatio, eius aqueæ portionis opus eſt, quæ poſtquam ad alimentum vuis deferendum ſuā præſtitit operam, in vino dehinc eſt ſuperſtes. hæc igitur humectat. hæc ipſa mitigat frangitq́ue bilis acrimoniam, & eam per ſudores
D atque vrinas vacuat. Quæ ſequuntur ætates ad ſenium vſq;, calorem habent mordaciorem; & ſicciori ſunt natura, & plurima bile abundant; quibus propterea minus vtile vinum videri poſſit, à quo calor ſiccitasq́ue intenduntur. Verum, vt in adultis, ita & in ætate hac mitigatur ab aquea vini humiditate caloris mordacitas, & temperatur ſiccitas. bilis vero per

vrinas

Digitized by Google

vrinas ſudorem atque inſenſilem perſpiratum euacuatur. & in robuſtiori iam corpore minus impendet à vini efficacia timoris. Fert ergo hæc ætas inter alias generoſiſſima vina. Quæ vero ſequitur decrementi, in primum & ſecundum ſenium diuiſa, ſicuti quo ſuperiori proximior eſt, eo etiam in corporis quoque & ſenſuum ſæpe etiam animi actionibus magis viget; ita in primo ſenio vſus vini ferè idem. At in ſecundo vt 5. de tuen. ſan. cap. 5. in quo calor non inſitus modo, ſed adſcitus quoq; remittitur, maximum ex vino commodũ accedit, quod omnia corporis membra calfacit, & ſanguinis ſerum quo maximè ea ætas affluit per vrinas expurgat. quare id etiam vinum huic ætati maximè confert, quod ea opera maximè præſtat. Tale vero eſt, non nouum, vt quod nec deductionem alimenti in corpus adiuuat, nec vrinas promouet; imo vero diu in ventre fluctuans permanet: ſed vetus, atque hoc ſubſtantia tenue, vt vrinas cieat; & flauo colore, vt quod calore excellit. eſt enim hæc ætas frigida, & calidioris naturæ vino indiget, ſi modo firmum ſit caput. vbi enim ſit infirmum, minus generoſum & calidum, quare etiam minus antiquum eſſe præſtat. hoc igitur plurimum hæc ætas quærit, ob ſeroſi excrementi copiam, quo redundat. Eſt tamen etiam, quando neque ſeroſa in corpore humiditas adeo abundat, & liberalius ali deſiderant. tunc vero ex vſu ſunt vina, quæ ſubſtantiæ minus tenuis ſunt, & ſubdulcia. hæc enim & ſanguinem augent, & nutriunt corpus. Sanè autem id hoc loco ex Platone 2. de legibus adijcere indignum non ſit, Vinum à Deo hominibus datum quaſi remedium aduerſus ſenectutis duritiem, vt reiuueneſcere videamur. & mæſtitiæ nos obliuio capiat: ipſaque animi affectio ſicuti ferrum in igne, ex duritie in mollitiem deducta flexibilior fiat.

A B C D

Obſer-

M

Obſeruatio Sexus. *Cap.* XXXIIII.

HABVIT & ſexus rationem vetuſtas in dando vino. quę id mulieribus paſſim interdixit. non corporis tantum, ſed animi gratia. quod eius vſu vel inſueto, vel importuno, vel immoderato eas incontinentiæ vitia ſæpe incurriſſe accidit. Id tamen non raro in ipſarum malis medicamentum perquam neceſſarium eſt, vt ſuo poſtea loco.

B

Obſeruatio conſuetudinis. *Cap.* XXXV.

CONSVETVDO autem quantum poſſit, fuſiſſime indicat in libro de ratione victus in acutis Hyppocrates, & in lib. de conſuetudinibus Gal. 8. meth. 9. qui tanti illam aliquando facit, vt etiam malam in ægris non eſſe mutandam ſtatuat. Admirandus ergo alicui videatur medicorum ætatis noſtri conſenſus, qui febricitantibus, ijs etiam qui vinum ſemper, nunquam aquam bibere aſſueti ſint, ſtatim interdicto vi-
C no aquæ potum vniuerſim imperant. Sed ad inſueta tranſmitttere aliquando oportere Hyppocrates 2. aph. 5. admonet. tranſmittendi autem tempus eſt non per ſanitatem modo, ſed tunc maximè vbi conſuetudo plurimum obſit, contraria ratio iuuet. id quod maximè in febribus accidit, de quibus ſuo poſtea loco. Illud hic de conſuetudine ſcire ſit ſatis, cauendam quidem quantum licet repentinam mutationem omnem magnam. eſt tamen ea ſæpe vtilis, quæ per media. Quibus enim meracum & multum bibere aſſuetis, quibuſq;
D aduerſus aquæ potus eſt; ijs ſi ipſos trenſire ad aquam opus ſit, guttis aquæ aliquot prima die paucis, mox paulo pluribus, atq; deinceps etiam pluribus vino immiſtis, ad aquā ſine magna moleſtia traducuntur. Sic vero & mutationes in differentijs vini ſingulis ſenſim factæ, minus ſunt moleſtæ.

Obſeruatio rerum non naturalium ad rectum vini vſum. Cap. XXXVI. A

SEQVVNTVR res non naturales. Inter quas locum primum aer tenet. ad quem & cœli ſtatus, & anni tempus, & regio refertur. Habet aer rationem cauſæ ſalubris, vbi temperatus eſt, inſalubris vbi intemperatus. Calidiori ergo & ſicciori, opponendus frigidus & humidus potus. ac propterea eo tempore à generoſo, vetuſto, meraco, vino, temperato homini abſtinendum. Et vniuerſim vel aqua vel dilutum vinum etiam largius, ad caliditatem ſiccitatemq; temperandã bibendum. Frigidiori atq; humidiori contra generoſum, meracum, vetus, exiguum ex vſu eſt. Sic fere in de ſalubri dieta Polybus. Moderata vero anni, temporis, & regionis conſtitutio moderatum quærit. Quod ſi ad alimenta reliqua vini potus rectè ſit inſtituendus, plura hic obſeruanda ſunt capita. nempè tum ciborum ſubſtantia, qualitates, copia; tum opportunum eius ſumendi tempus, & ordo. Cum cibis igitur craſſioris crudioris difficiliorisq; concoctu ſubſtantiæ, quia adiuuare coctionem, & attenuare crudos ſuccos expedit, vinum conuenit tenue, ac generoſum. non tamen ſi tenuiores aut faciliores ad coquendum ſint cibi, ex vſu ſemper eſt imbecillum. Fugacibus enim fructibus (qui tamen omnes eiuſcemodi ſunt) imbecillum vinum non rectè coniungitur. vt quod inutilem humiditatem aquæ inſtar augere in corpore poteſt. Quare qui poſt ficus, melones, vuas, vel aquam, vel dilutius, aut imbecillius vinum ſumunt, niſi feruidiori natura ſint, & parce bibant, aluo fiunt humidiori. Ad hunc locum pertinet, ſint ne alimenta ſolida ſubſtantia, an liquida. Quum enim vini in ſitis remedium, atque ad ciborum diſtributionem, imo & coctionem, quæ eſt quædam elixatio, le-

(B, C, D in margin)

A tio, legitimus ſit vſus; à mollioribus cibis præſertim liquidis, quales ſunt ſorbitiones quæuis, importunus eſt potus rei cuiuſque alterius & vini. quod illi ſitim non faciunt, niſi ſalſuginoſi ſint, & vt liquidi ſunt ita ad diſtributionem ad elixationem ſatis ſunt apti. contra poſt ſolidiores, & duriores cibos totidem nominibus vtilis eſt à cibo vini potus. Sunt ad rectum vini vſum ciborum quoque qualitates obſeruandæ. Nulli ergo, qui ſanæ ſit mentis, non apertum eſt, calidioribus, & aromate multo conditis alimentis (niſi calidam in-
B temperiem inducendi aut ſeruandi animus ſit) non rectè generoſiora vina coniungi. ab his enim & ſitis illa inexhauſta, & calidior iecoris renumq; intemperies, mox & calculi, podagræ; deſtillationes contumaciſſimæ. quibus (viam maximè faciente vſu gelidi potus, in quem ab immoderato viſcerum feruore neceſſario impelluntur) in miſerrimam vitam & præproperũ interitum incontinentes homines ruunt. Sumitur etiam à ciborum copia indicatio de vini vſu. ſiue
C enim quis paucis, ſiue plurimis cibis potum quoque multum adijciat, in ventriculi diſtentionem, fluctuationem, irritationem, vomitumùe vt incurrat, neceſſe eſt. moderatus vini potus adiuuare coctionem & diſtributionem poteſt. Sed ex tempore, atq; ordine ſumendi vini quæ varietas? Eius ante cibum generoſi, & veteris, & pauculi vſus ventriculi frigiditatem ſæpe correxit; multi, iecoris & renum adauxit calorem. & frequenter repleto capite, factaq; inutilis ab eo humoris diffuſione in neruoſum genus, apoplexiam, epilepſiam,
D articulares affectus inuexit, aut irritauit. Cum cibo autem, & poſtquam aliquid eius ſumptum eſt, vinum tutius ſemper ſumitur. Non deſunt tñ, qui niſi eius aliquid prius hauriant, capere cibum non poſſint. quibus. ſ. ventriculi os pituita ſordidum eſt: quam vini tantillum primo loco ſumptũ deterget.

Digitized by Google

Et melius quidem inſtitutum eſt, ſi minutis, & crebris poculis agatur, quam ſi amplius & paucis; quod cibi exactius potui commiſcentur neq; fluctuant; minuſq; ciborum appetẽtia frangitur. quamuis enim multi, niſi primus hauſtus ſit liberalior, ſedare ſitim vel cibos capere nequeant, ſi tamen reliqui minutiores ſint, nihil aut parum impedimenti ad ventriculi obeunda munera affert. Neque vero Ariſtotelis 3. probl. 12. obſtat iudicium, ſcribentis qui ampliori & fœcundo calice bibunt, minus quam qui minutis, ebrios fieri quod ex anexis illis calor ſuperficialis reprimitur. Nempè rectè ille, ſi de eadem in totum, vini menſura (vt par eſt) intelligas. Quum .n. vinum modicum epotum celeriter in ventriculo caleſcat, ex eo etiam vbi incaluit, celeris euaporatio fit in caput; ita vt frequenti, licet exiguo, potu, frequens euaporatio celeriter excitata & in imbecillum caput elata facilè inferre temulentiam poſſit. contra etiam vberior potus non tam promptè in ventriculo caleſcit imo vero, quaſi eius calorem copia ſuffocãs, atque, vt ait Ariſtoteles, reprimens, ne ex vino vapores facile in caput efferantur, efficit. Non tam promptè igitur ebrietas ex ampliori calice accidit, atque ex minutis. Quum autem plurimis ad fauces ab alimentorum reliquijs eluendas mos ſit claudendi cibum potu; cibum tamen omnem ſolida aliqua re concludere maximè expedit, quo ventriculi os ſiccatum arctius occludatur; & crudi alimentorum vapores à capite arceantur, & alimentorum concoctio in ventre celerius meliuſque obeatur. neque tamen poſt id, quicquid eſt, ſolidi, aſſumptum, aliquid impedit vt vino vel fauces abluantur, vel fricentur dentes ſi modo non deglutiatur. Inter res nonnaturales, ad rectum vini vſum, non parum intereſt, ſomni & vigiliarum obſeruatio. Vulgatum illud eſt de meraco ac vetuſto, quod vigilias etiam contumaciores pariat.

Si quis

Digitized by Google

A Si quis ergo homini vigilijs nimijs laboranti vel meracum vel vetuſtum ac generoſum det; ſanè is vigilias maiores pariat. non tamen vbi ſomniculoſus, quis fuerit, id vini genus tuto aliquis dederit, niſi admodum exiguum. efferre enim in caput ſolet copioſiores halitus, atque ipſum replere. quod ad ſomnolentiam augendam valet. Ad vigilias ergo corrigendas oligophorum dilutumq́ue facit. non tamen ad excitandum à ſomno meracum facit. Qui à cœna ſomnum capturi, vinum, vt multis in more eſt, minus parce bibunt, eo pec-
B cant, quod crudi ex alimentis vapores in caput, & largius efferuntur; & ob caloris intro reuocationem, in eo hærent. vnde capitis grauitates, deſtillationes, aliaque ex repletione vitia. Qui vero ſtatim à ſomno bibunt, vt concocto iam cibo exiguum quid ad diſtributionem fortaſſe conferre hoc aliquid poteſt; ita ſi nondum concoctus ille ſit, crudos humores in venis facile eſt vt congerant. Nunc ſi ad euacuationem atque repletionem accedamus, ſicuti quibus aluus laxior eſt, vinum adſtringens & nigrum ex vſu eſt; ita dulce quibus ad-
C ſtrictior. Sed & in euacuatione omni quæ ſit ex venoſo genere, ſiue per vrinas, ſiue per ſudores, aut inſenſilem perſpiratum, imo & in hæmorrhagia omni adſtringens & nigrum confert; in retentione tenue album flauum. generoſum quidem vbi craſſa materia attenuanda eſt. aquoſum aut mediocre vbi tenuis eſt & ſeroſa. Ad repentinas autem euacuationes & animi defectus, quid tenue & odoratum conferat, ignotum illis non eſt qui in ſyncopis curandis ſunt verſati. Indi-
D cant autem motus quoque ac quies vini vſum. ſed eo nomine, quo motum euacuatio ſequitur inſenſilis, quietem ſuperfluorum retentio. ita vt eadem de vini vſu, quæ de illis ſit ratio. In animi tandem perturbationibus quæ ipſæ quoque ad motum referuntur, apertum cuique eſt, vinum lenire curas, triſtibus hilaritatem, & timidis addere animum, acuere in-

genia, in periculis facere audacem, in iram temeritatemque A ſapientes etiam homines. præcipites dare. Hæc de non naturalium rerum in vini vſu obſeruatione.

Fictitij potus varij in aquæ & vini locum. Fictitiorum vinorum laus, & vſus generatim. Cap. XXXVII.

AQVAE & vini de quibus hactenus, neque vbique optimi copia eſt, neque vbi ea eſt opportunus eius ſemper eſt vſus. Fuit ergo vetuſtiſſimis etiam temporibus diligenter B perquiſitum aliquid, quod ad ſedandam ſitim ad varioſque vſus aptum eſſet, in quos tum aqua tum vinum venit. Ita quidem alias Zithum, & nunc ceruiſiæ, & pomorum, ac prunorum ſuccus pro potu eſt varijs in regionibus, quæ carent vino. Sed & à medicis pro illis liquores plurimi varia arte inuẽti ſunt per expreſſionem, decoctionem, macerationem, diſtillationem. de quibus hic locus poſtulat, aliqua vt dicamus. Illud ergo primum ponẽdũ eſt factitios (ita enim ap- C pellemus) huiuſcemodi liquores, alios ex re vna, alios ex pluribus confici. Ex re vna vel per expreſſionem, vel per diſtillationem. ex pluribus vero & ijſdem modis, & præterea per infuſionem & decoctionem. Per expreſſionem ergo ex re vna non ſecus atque ex vuis vinum, ita ex ipſiſmet vuis, ſed acerbis, omphacium, & ex malis tum cydonijs, tum punicis (alio licet quam à veteribus modo) nunc vbique ſuccus extrahitur. quo pacto ex omnis generis malis in frigidioribus D Belgij regionibus; & alibi ex berberis, prunisue tum ſyluestribus tum vrbanis. Non ſecus ex rebus multis in aqua, aut vino aut omphacio, aut etiam lacte, aut illius ſero, maceratis, ac percolatis, atque expreſſis fieri ſolet aptus aliquis ad bibẽdum liquor. Sic veteres quod e vinaceis in aqua infuſis poſt expreſſionem ſupereſt, ad carycinum, & ficatum vinum pa-

randum

Digitized by Google

A randum ſumebant. & ex cydonio contuſo, ac in muſtum demiſſo, traiectione dehinc facta per colum; cydonite vinum faciebant. & ex rebus varijs ſimul miſtis in aqua vel infuſis, vel incoctis & alias, & nunc etiam decocta, atque infuſa varia, imo & ſtillatitij liquores parantur ad bibendum, in vſus varios. Non parua autem diligentia de eiuſcemodi liquoribus ſub nomine vini plura memoriæ prodidit Dioſcorides, lib. 5. & ad eius exemplum tot poſteriores addidere, vt iam nullum fere morbi ſit genus frigidum, aduerſus quod non ſit
B medicatum aliquod vinum inuentum; neque calidum, cui non opponatur ſtillatitius aliquis liquor, aut infuſum, aut decoctum, maxima cum medicinæ laudę, & ęgrorum commodo. Sed de his ſigillatim agere, nihil hoc loco opus eſt, de quibus in ſequenti volumine ſuo loco, vbi de priuato in ſingulis morbis potu agemus. Non illud autem hic prætereundum eſt, in liquorum medicatorum genere, qui ad curandos mormos veniunt, præcipuum locum medicatum vinum obtinere. Quando enim medicamenti vires in eas corporis partes
C perferri, quæ ægrotant, neceſſe eſt. Eſt autem medicamentũ ſui & ſubſtantia & qualitatibus, ſapore & odore plerumque ingratum, ita vt ipſum neque palatum ſæpe, neque ventriculus admittat. prætereaque ſi admittat, hæreat id tamen frequenter in ventre, neque facile quo oportet, eius vis pertingat; pulchre hiſce incommodis omnibus conſultum eſt vini vſu, quod familiaritate ſubſtantiæ, ſaporis atque odoris ſuauitate homini gratiſſimum, horridam medicamentorum naturam obtegens & caſtigans efficit, vt facilius ſumantur, ſum-
D ptaque in ventriculo contineantur; & ab hoc in vniuerſum corpus ob eius tenuitatem promptè vis eorum omnis in præcipuas partes ſingulas diſpergatur, & eas corroboret. Sed & illud notandum, in conficiendis eiuſcemodi vinis, veteribus morem fuiſſe, nouo adhuc & muſto maxima ex parte vti. at-

que id conſulto, quod feruendo ſimul cum adiectis rebus, il- A
larum in ſe vires altius ſuſcipit, quam ſi iam deſæcatum ſit vinum. Eſt & in horum vſu id non negligendum, quod admonet Dioſcorides, medicata vina non eſſe ſanis vtilia: neque etiam vbi adſit febris eſſe vſurpanda, vbi ſcilicet febris ſit vel acuta, vel recens. nempè & ille ipſe author melitite vinum, quod ex muſto melle & ſale conficitur, in diuturnis febribus ijs qui infirmo ſtomacho ſunt, commendat; & vinum cui frigida aliqua iniecta ſint maceranda, qualis intybus, ſonchus, lychen, in febribus billioſis nothis iuuiſſe, non raro eſt obſer- B
uatum. Atque hæc de medicato, ſed factitio potu in vniuerſum. nempe in medicatæ potionis genere multę quoque ſunt aquarum ſpecies, ſed eę naturales. de quibus agere noſtri non eſt inſtituti.

Finis Libri Secundi.

C

D

IOAN-

Digitized by Google

A IOANNIS COSTAEI DE POTV IN MORBIS Liber Tertius.

B

Qui eſt de priuato in morbis potu ex veteribus. Cap. Primum.

AGE nunc, vt appareat, quomodo varij potus quos vniuerſim propoſuimus, tuto duci C in vſum poſſint, quo pacto illis in omni corporis graui morbo priuatim vſi ſint veteres, facto a capitis vitijs exordio, perquiramus. Et quando non aliud hic à nobis quæritur, quam vt medicinæ candidati, ac nondum plenè exercitati per nos, quantum licet, proficiant; liceat ad vberiorem illorum vtilitatem, ſi affectus alicuius natura obſcurior fuerit, eam patefacere: & ſi quod non ita vulgare, aut etiam ſuſpectum præſidium in cuiuſq; vitij curatione occurrat, expendere, atq; in ſuas, quo ad eius fieri poteſt, cauſas referre.

D *Potus illis opportunus, quibus infirmum eſt caput. Cap. II.*

OCCVRRIT primum Caput. Quæ pars, quia aeri expoſita euitare ipſius iniurias non facile poteſt; & ſummo corporis loco ſita, à corde, iecore, ventriculo, & partibus quibuſq; alijs etiam extremis, per arterias, venaſque quas habet

bet plurimas, per inſenſileſque meatus alios flatus aſcendentes excipit, ob cerebri frigiditatem in aquoſam ſubſtantiam dehinc degenerantes, vt inutili humore frequenter abundet, neceſſe eſt. ex quo tot tum ipſimet capiti, tum ab ipſo alijs eueniunt mala, quot nulla fortaſſe alia in corpore pars, vel incurrit, vel immittit. Quibus igitur cutis capitis, vel laxior aeris intemperiem promptius admittit; vel denſior interiorum fuliginum prohibet perſpiratum: & quibus itidem caput calidius, feruido à viſceribus elato vapore impleri ſolet, vel frigidius, ſiue humidius inutiles alterius generis ſuccos multos congerere, his infirmum eſſe caput dicitur. Cui igitur tale caput eſt, Celſus lib. 1. cap. 4. diligens antiquæ medicinæ obſeruator, victum inſtituens, huic ait modicum cibum neceſſarium eſſe, quem facile concoquat, & ſemel tantum, niſi ieiunio caput lædatur. tunc enim etiam medio die aſſumat. Bibere autem huic aſſidue vinum dilutum, leue, quam aquã magis expedire. vt quum caput grauius eſſe cœperit, ſit quo confugiat. eiq; ex toto neq; vinum, neq; aquam ſemper eſſe vtilia. medicamentum enim vtrunque eſſe, quum inuicem aſſumitur. Hoc de potu conſilium, qui expendet, eo pertinere intelliget, vt ne in caput halitus, præſertim feruidi vberius ruant; doloris capitis, & periculoſarum deſtillationum authores. Si ergo calidiores ſint, aqua eorum vim impetumque retundit: Si frigidi, quod hi cumulatius in caput recepti hebetes ſenſus mentemque ac motum reddunt, auertit maleficium hoc vinum, frigiditatem intenſam corrigendo. Sed hic alius etiam eſt ſcopus. Ventriculus communicare ſuas noxas capiti ſolet, & illi ad concoquendum auxilio eſt maxima ex parte vinum potius quam aquã, quæ calorem coctionis authorem ſua frigiditate reddit imbecilliorem, & lenitate, eius robur eneruat. rectè ergo nunc aquam, nunc vinum, nunc vtrunque ſimul, & non eorum vnum ſemper proponit.

quanquam

A quanquam, quod ob id vinum dilutum magis probat quam aquam, vt quum caput grauius eſſe cæperit, non deſit, quo confugiat, in id inclinare apertum eſt, quod infirmo capiti vniuerſim magis aqua conferat, quam vinum. Ita quidem hæc potus inſtitutio cum ea cibi obſeruatione, quam dixit, corrigere interiorum cauſarum caput lædentium vim poteſt. Dignum autem eſt (licet præter inſtitutum, quod nobis eſt de potu) vt ne hoc loco id minime vulgare præſidium prætereamus, quod ad caput aduerſus externas aeris iniurias fir-
B mandum idem author ibidem proponit ſcribens, Capiti nihil æque prodeſſe, atque calida multa aqua, tum tepida, dehinc frigida diutius totum ipſum perfundere. Cuius remedij ſi rationem perquiramus, profecto ſicuti laxatis prius cutis meatibus per calidam, exire ex ea calidiores halitus poſſunt, ita vbi exierint, ſi quid caloris illa impreſſerit, ſuccedens te-
C pida ſenſim imminuit, frigida vero ex toto corrigit, denſata, aduerſuſque externas iniurias robuſtiori relicta cute. Non à ratione igitur diſſentaneum hoc præceptum eſt. Quæ res ſi ita habet, mirum quomodo tam diuerſo conſilio ætas noſtra ſtillicidio ex actu poteſtateque calidioribus aquis adeo confidat, vbi diſtillatione caput vexatur. Etſi enim in frigida intemperie non eſt earum vſus noxius, id tamen præſidium illi vni ſincipiti admotum eſſe, tam efficax non poteſt, atque vniuerſi capitis perfuſio. cuius vis per omnes ſuturas toti communicatur. Iure igitur hanc non modo vniuerſim in quibus infirmum eſt caput, Celſus commendat; ſed etiam, vbi aſſiduis
D lippitudinibus, grauedinibus, deſtillationibus, ac tonſillis obnoxium eſt, priuatim quotidianam eodem modo perfuſionem laudat. Sed addit, his frigida aqua multa os fouendum: maximè vero vbi grauius cælum auſtri reddiderint. Quod remedium ad faucium tutelam, repellendo, plurimum valet, tunc autem maximè neceſſarium eſt, quum auſtrina conſti-

tutio.

Digitized by Google

tutio eſt capiti tam aduerſa, vt ab Hippocrate 3. aph. 5. ſcribitur. Sed aliquid hic eſt ſcrupuli, quod, quum auſtri maleficium omne ad capitis repletionem referatur, fluentem ad fauces humorem admittere, vt expuatur potius, quam repellere, continereque in capite, oporteat. Verum retundit frigida aqua calorem defluentis materiæ, minuſque præcipitem reddit. non impedit tamen quin ore effluat, imo vero ſecum quicquid fluit trahens crebra frigidæ collutio capitis repletionem imminuit. Præterire hoc loco non licet, Dioſcoridem ad diſtillationes vinum, & palmeum, & roſinatum, & quod ex nucibus pineis fit laudare. Contra tamen huiuſmodi vina capitis dolores facere ille ipſe eſt author. fieri autem ab eadem cauſa deſtillationes, & capitis dolores accidit. Sed deſtillationes ῥεύματα ventris etiam & partiũ aliarum fluxiones idem author non vno loco vocat. ad ventris ergo fluores vtilia illa ſunt vina. ad capitis deſtillationes, non ſecus atque ad capitis dolores, inutilia.

A

B

C

In capitis dolore. Cap. III.

CAPITIS dolor inter ea mala, quæ infirmo capiti eueniunt eſt frequens. Huic eædem fere in potu leges poſitæ ſunt, quæ illi. Itaque vetuſtiſſimum præceptum fuit in dolore capitis præſertim cum calore potum, eſſe oportere aquæ, non autem vini, niſi aquoſi. Sic Hippocrates tex. 8. tertio de ratione victus in acutis aquoſum vinum ſuperiores omnes partes, & veſicam ait minus lædere. & eodẽ in libro tex. 41. vbi de forti capitis grauitate, vel de mentis læſione ſuſpicio eſt, à vino penitus vult abſtineri, & aquam vel vinum aquoſum, fuluum, inodorum dari. & tertio de morbis in pluribus capitis affectibus quos recenſet, repetit abſtinendum à vino. Sed & Celſus lib. 4. cap. 2. in dolore capitis iubet D

ſtatim

A ſtatim vt abſtineat æger à cibo, atque etiam potu; ſi poſſit. ſi non poſſit, aquam vt bibat quouſq; diſcuſſus ex toto ſit dolor: tunc vero etiam ad vinum reuertatur. At vero in vſu vini vnum dignum obſeruatione admonet Hippocrates, vt à vino aquæ exiguum ſuperbibatur. aliud Celſus ibidem ſemper vt ante aliud quidquam aquam bibant. Vtriuſque conſilij ratio eadem refertur ab Hippocrate eodem loco reddita, vt ne vinum capiti noceat, cui ob halitus quos ſecum fert multos, inimicum eſt. Rectè ergo vterque conſulit. Celſi B autem tuta admonitio eſt, vbi ventriculus non ſit frigidior; Hippocratis vero vbi ſit. Mira eſt Cælij Aureliani in præſcribendo in hoc malo, & victu reliquo, & potu prolixitas; dum nunc aquæ, nunc vini aquoſi plus minuſue concedit, nunc etiam prohibet ex toto. Id in eo dignum animaduerſione eſt, quod 1. tard. paſſ. cap. 1. imperata cibi abſtinentia ad tertiam diem, in ipſa, aut etiam ante, ſi vehemens dolor vrgeat permittentibus viribus ſanguine miſſo ex brachio, os colluere C permittit, & aquæ calidæ dat potum. Cur ergo ſecta vena, & os colluit, & aquam dat potui? Sed per triduanam inediam inſenſili euacuatione corpus totum exinaniri, & os quoque ac fauces exareſcere neceſſe eſt: ſubſequenti autem alia per ſanguinis miſſionem euacuatione, quam maximè. rectè ergo oris collutio proponitur, ad oris ſiccitatem, & aquæ potus, ad irrigandum ventriculum, qui inter corporis partes maximè ſenſum percipit inanitionis. Accedit etiam, quod ſanguinis miſſionem, præſertim poſt inediam, aliquod animi D deliquium frequenter ſequitur. quod cohibere potus poteſt. Et eſſet quidem ad hoc aptius dilutum vinum, quam aqua. Sed in dolore capitis, præcipuè ieiunio homine, vino abſtinere tutius eſt. Cur autem hic aquam det, non frigidam, ſed calidam, non obſcurum eſt. Ventriculi enim inedia refrigerati calor fouendus eſt calore, non frigiditate extinguendus.

Aliud

Aliud eſt dignum animaduerſione. Nempè vbi morbus ad tertiam diatriton venit, vinum dat dilutum, quod aquatum vocat. tunc vero, ſi affectus perſtet, nunc aſperior, nunc lenior, alia proponit remedia. inter quæ, exercitationem variam, & lauacrum. poſt hæc autem ſedata perturbatione, ægrum ait aqua præpotandum: tum cibum illi dandum ſucci facilioris, & vinum tenue, paruum. Cur ergo ab exercitatione, & balneo dat aquam? & non potius, quando ſedata iã eſt perturbatio, ægrum transfert ad alimentum, quod præſcribit, omiſſa aqua? An, quia exercitatio, ac balneæ plurimũ ſpirituum tenuiorumq; humorum abſumunt: ob quam abſumptionem, & ſitis ſæpe vrget, & corporis partes vacuæ, quod cibi potuſue exhibetur, auidius trahunt; eo tempore alimenta vinumque dare, quod prompte in caput fertur, non caret ſuſpicione? Præſtat ergo aqua (vt quæ facile permeat, & replet) corporis eſuriem illam retundere; qua ſedata, alimenta in ventre debito tempore contineri, & coqui poſſunt, neque crudiora trahi in exſuctas partes, cum periculo effumationis vini in caput. Non explicat, ſit ne aqua calida, aut frigida ſumenda. Sed non diſſimilis ratio eſt hic, atque in inedia, & euacuatione, de qua ſupra. vt propterea, calida ſit bibenda. Eius autem menſuram, de qua hic nihil, præſcribit ſitis, conſuetudo, & alia, quæ in remedij cuiuſq; inſtitutione eſſe medico ante oculos debent. Itaq; ex propoſitis, quam caute in capitis dolore vinum grauiſſimi medici conceſſerint apertum eſt. Id quod tamen non impedit, quominus aliquando cum eo effectu, generoſo etiam vino vti liceat. Si enim ex ventriculi cruditate, aut ſi ex frigidiori capitis intẽperie ſit dolor, curatio eſt meraci vini potus. ſi id tamen e memoria non exciderit, trahi à vino in caput immenſam halituũ copiam, niſi in eius vſu ſit modus, & parcitas. Hoc ipſum ab Hippocrate 2. Epid. ad calcem animaduerſum putamus, quũ

alicubi

A alicubi ad dolorem ex crapula, meraci vini dat cotylam. Scilicet cruditatem, quæ alimentorum ſatietatem ſequi ſolet, corrigere id poteſt, quod adiuuat concoctionem. Et videtur quidem cotylæ menſura largior, quam vt eam quis ſimul ſumere debeat. Sed diſcuſſa iam ex toto crapula, ſi quid doloris remanet, id repreſſis alimento vaporibus, diſſoluitur. & ſumptum cum alimentis, paruiſq; poculis hauſtum vinum, conferre ventriculo poteſt ſine capitis damno. Vnum prætereundum non eſt, Galenum, quum in capitis dolore ex bi-
B lioſis humoribus potum dilutum proponit, de vino quidem id intelligere: neque tamen cum bilioſi ſucci præſentia, temere tale vinum probari, quod, vt dilutum eſt, ita & illius humoris retundere acrimoniam poteſt, & ipſum ad vrinæ vias deriuare.

In Phrenitide. *Cap. IIII.*

INTER acuta capitis mala periculoſiſſima eſt phrenitis,
C cerebri membranarum inflammatio. quæ ſiue in capite ortum habeat, ſiue ex diaphragmatis inflammati ſit conſenſu, ſemper eſt cum inſigni thoracis æſtu; frequentiſſimè autem illi ſymptoma coniungitur vigiliarum, & interdum etiã, vt Aretæus 1. de cur. ac. 1. notat, ventriculi oris ardor, & ſitis, & anxietas, & frigidæ cupiditas. vt propterea his nominibus, & reliqua præſidia refrigerantia atque humectantia, & aquæ potum hoc malum requirat. Quare Aſclepiadi, referente Celſo, lib. 3. cap. 18. huius affectus curatio erat, vt pri-
D mò die à cibo, potu, ſomno æger abſtineret: veſperi daretur potui aqua, tum frictio lenis. die poſtera iiſdem omnibus factis, veſperi daretur ſorbitio, & aqua, & rurſum frictio. per hæc enim fieri vt ſomnus accedat. Aquam ergo, & non aquã modo, ſed etiam frigidam & multam, hoc malum, quia eſt

cum

cum æſtu requireret. At obſtat neruorum conſenſus quam maximus, ob quem phrenitici facile conuelluntur, vel ſi primarius capitis ſit affectus, ob neruorum ab ipſo originem; vel ſi ex diaphragmate, quia id neruoſum eſt. ita vt danda quidē aqua frigida ſit, ſed pauca. nempè, vt Trallianus, lib. 1. c. 13. licet frigida mitigare affectum videatur, maiores tamen poſtea & malignas febres excitat, vnde alienatio mentis augetur. excitat autem denſatis vijs craſſefactiſque humoribus, & adaucta in viſceribus obſtructione. pauca igitur ſatis eſt. præſertim quod phrenitici etiamſi cum lingua ſint arida, ob auerſionem tamen mentis parum bibunt. Poteſt autem aqua phreniticis dari ſimplex, qualē & Aſclepiadem, & Aretæum proponere certum eſt, qui abſolutè aquæ meminere. Sed commiſcere tamen illi etiam mel, & mel ex roſis Paulus, lib. 3. cap. 6. & Aetius, lib. 6. cap. 2. Quod haberet aliquid ſuſpicionis, niſi exiguum ſit mel, vt innuit Aetius, ſcribens id qđ bibitur bonum eſſe vt melle irroretur, irroratio enim leuis eſt aſperſio. Confert autem mel, ne diutius in ventre moram trahat frigida, & obſtruat. Vnum notat Aretæus, quod eſt difficile. prohibet enim mulſam ſi ægri non ſint bilioſi. rationem affert, quod facile à bilioſis naturis concoquitur. Et contra tamen calidis ſiccisq; corporibus aduerſa ſunt dulcia, quæ illorum calore degenerant in bilem. Verum, an in bilioſis ob id facile mulſa coquitur, quia ſimilia ſimilibus aluntur? Fortaſſe. Expers vero etiam mulſa erit maleficij in bilioſis corporibus, ſi non plus habeat mellis quam quod ſit condimento, ſi efficiatq; id tantum, vt iocunda ſit potio, qualem eſſe oportere ſcribit Paulus; ne ſcilicet eam æger auerſetur. Quicquid autem ſit de mulſa, ætas noſtra phreniticis vtiliorem dat potum ex aqua, ſucco punici mali, & tantillo vel ſaccharo, vel refrigerante condito aliquo quod ſyrupum vocant. At vero accidunt in phrenitide non raro praua ſymptomata, ob quæ

diſij-

A diſijciuntur vires. Vrgent enim ſæpe vigiliæ, vel ſyncopæ, cum ſudore immoderato, humoribus (vt ait Aretæus) extrorſum impetu concitatis, liqueſcente homine. Tunc ergo, vbi vigiliæ vrgent quoſdam, ait Celſus, potui dare aquam, in qua papauer, aut hyoſiamus concocta ſint. Quos non improbat, ſi ea moderatione hoc fiat, vt ne quos obdormire volumus, excitare poſtea non poſſimus. Moderatio, quæ habenda, non docet. ſed eſt tum in delectu, vt vterq; ſit albus. alterius enim generis maleficius eſt: tum, vt ſeruetur in

B copia modus. tum vt intermiſſio aliqua ſit remedij. Horum minus noxius eſt, magis autem ſuauis papauer. quare nunc frequentior eſt eius vſus. At vero ſi adhuc vigiliæ inſtent. etſi commune præceptum eſt in inſanientibus, vt ne aſſumant vinum, vt Celſus, cura tamen delirij poſthabita, quod ſcribit Aretæus, ne diſſoluatur homo in vaporem; vnicum ſubſidium eſt vinum. Sic Trallianus, vbi vires imbecilles, febres autem neque vehementiam, neque ardorem habent, & aliqua vrinæ concoctio apparet, præſertim ſi æger per

C ſanitatem auidus ſit vini; & os ventriculi imbecillum, ac natura frigidum, tranſire ad vinum iubet. Id etiam dat Paulus, ſi corpus ſqualidum, & aduſtum videatur; & ſi in declinatione ſit affectus: tunc enim nihil verendum fore mentis emotionem, quia inſtat declinatio; & ſi fiat, facile ſedatur. Itaque ex his quomodo in phrenitide aliquando vinum dare liceat, apparet. Eſt tamen adhuc aliquid hoc loco explicandum, nempe an alia vlla præter propoſitas, in phrenitide, occaſio, vinum poſtulet. & quale vinum

D dandum ſit. Nanque Aſclepiadem author eſt Cælius Aurelianus primo ac. morb. capit. 15. in hoc affectu vinum abſolutè proponere, & id maritima aqua commiſtum: quia vires ſint imbecillæ, pulſus parui, & roſcida ſudatio. Ad

ſubleuandas igitur vires, & cohibendum ſudorem, id vinum facere: atque id celerius, ac cumulatius, quam mulſum, prꝩterquam quòd ægrum inſtar ebrij in altum ſomnum poteſt demergere, quo nihil in hoc malo vtilius: A
Sed & Themiſonem ille ipſe ibidem capitulo 16. eſt teſtis, vinum dediſſe; tempore tamen inclinationis. id verò etiam falſum ijs, qui non ſint inſueti, & plurimum, id eſt ad heminam vnam, aut ſeſquiheminam, & ante cibum, ſi ſitis vrgeat; ſic vt in eo perſiſtendum ſit, donec prodeſſe agnoſcatur: vbi enim non proſit, tunc aquam tribus, vel B
quatuor diebus dandam, dilato vini vſu. Addit ibidem capitulo 18. Heraclidem quoque phreniticis vinum dediſſe. ac non omnibus tamen; non etiam ijs, quibus corpus multo ſanguine grauatum ſit; ſed ſi incæperit id malum ex ſuccorum corruptela: quare his clyſtere expurgatis aquam largius bibendam conceſſiſſe, aliquandò etiam mulſum, aut vinum Chium, vel Rhodium; ſed primo aquatum, ſecundo etiam meracum. Itaque ex his conſtat dandi vini in phrenitide occaſionem non tantum ex ſuperuenientium ſymptomatum, quæ diximus, occurſu; ſed abſolutè ex ipſiuſmet affectus ſymptomatibus proponi: ex virium inquam imbecillitate; ſudore, vigilijs: quæ perpetuo quum ſint cum eo malo, vino corrigi debent: ita vt nunquam in eo vtilis aquæ ſit potus. Sed & aliud quoque patet, quale ſcilicet vinum ſit opportunum, quod ſuperiores illi authores omiſere. C
Sed age relicta diſputatione varia, qua horum decreta Aurelianus exagitat. rem expendamus. Eſſe igitur vires phreniticis imbecilles cenſet Aſclepiades, & eas ſubleuandas eſſe vino, & eo falſo. Primum in phrenitide ab ipſius initio imbecilles eſſe vires, verum non eſt. pulſus enim ſi in ea paruus eſt, non ex facultatis eſt imbecillitate; ſed ob arteriæ D

quæ

A quæ inflammatæ cerebri membranæ conſentit, duritiem : ob quam extendi tantum arteria non poteſt, quantum magni caloris vſus poſtularet. Sint vero etiam imbecilles; eas tamen in eo morbo, cuius prope futurus eſt ſtatus, ſeruare ſat eſt; nihil autem neceſſe, augere. Neque ſubleuare eas alia ratione licet, quam ſubtracta multitudine, quæ cauſa eſt cur opprimantur. multitudinem autem in capite auget vinum non imminuit. Quod autem vinum ſudores cohibeat; non conſtat. quanquam enim ſudoris materia aquæ potu maximè augetur; non tamen imminuitur vini vſu; niſi vt tantum

B inutilis illius ſeri ex hoc, atque ex aqua non gignitur. Adde, quod, quum exiguus ille ſudor, licet malus ſit, (nam ſignum eſt, vel capitis humore prauo oppreſſi, vel retentricis facultatis exolutæ, vel vtriuſque) non eſt tamen cauſa, quæ debilitet. præter rem ergo eſt, impediendi eius gratia quicquam moliri. Somnum vero prouocare in hoc affectu, non ſemper vtile eſt. quum enim per ſomnum humorum ad interiores partes fiat reuocatio; tantum abeſt, vt toto in-

C flammationis vſque ad declinationem tempore, vtilis ille ſit; vt contra, qui longior eſt, inflammationem adaugeat: non ille tamen ſi moderatus ſit, in eo eſt inutilis; quod mentis ſenſuumque perturbationem ſedat, quæ corporis agitationem immoderatam excitat, cum virium iactura. Sed aduerſus hanc agitationem, vino quod inflammationem promouet pugnare, planè diſſentaneum eſt rationi. præſertim vino ſalſo, quod acris qualitatis, & facultatis eſt exſiccan-

D tis, vt notat Galenus quarto de rat. vic. in acut. primo, in quibus, quia conuenit cum bile, exaſperari inflammationem neceſſe eſt. Obſiſtere autem frigidis remedijs, quæ bilis audaciam reprimant, reſpondet, & rationi, & quotidianæ obſeruationi. In Themiſonis autem curatione per potum, eſt

quidem aliquid, quod ſine vlla hæſitatione recipias: aliquid A
tamen etiam, de quo dubites. Vinum, vbi inclinarit iam morbus, dare tutum eſt, atque ad reficiendas vires omnes magna antea perturbatione concuſſas, vtile. tunc vero etiam ſalſum vtile eſt ventriculo, quod ſæpè ex aquæ potu, atque ex ſorbitionibus languet. & non temere eiuſcemodi vinum interdicitur inſuetis, quod infirmum adhuc ex tranſacta morbi violentia corpus, ad inſueta tranſmittere non ſine periculo eſt. Sed quod & plurimum, & ante cibum det, hoc ſanè, quam habeat rationem, B
obſcurum eſt. In periculoſo enim morbo, atque, vt ait Aurelianus, nudis, & ſitientibus viſceribus, aſſumptum vinum facile neruos, ac mentem ferit, niſi eius impetus præmiſſo cibo retardetur. quod ſi id etiam ſalſum ſit; quia tale eſt, ſitim ſedare non poteſt, imo vero adaucto calore, & acrimonia, irritare. Cæterum ad vinum maritima aqua diluendum, vt ex dulci quoque, non eadem ſemper C
menſura ſumitur. quod autem plurimum dilutum eſt, neque generoſum eſſe poteſt, neque tam prompte in neruos, & caput ferri. Et eſt id quidem ob ſalſæ aquæ miſtionem minus ad ſedandam ſitim aptum, eo quod diluitur dulci: at abſtergente facultate pollet, quo nomine, bilioſos humores ſi ventriculo inſideant, ex eo in aluum detrudens, ſoluta etiam aluo abolere ſitim poteſt, relicto ventriculo, ob partes in ſalſo humore terrenas, robuſtiore. Vt ergo hoc quis aſſequatur, vt neque paucum, neque cum cibo ſumat, eſt opus. ex pauco enim paruus, & cum cibo retuſa illius à cibo facultate, etiam D
nullus eſſe eiuſcemodi fructus poteſt. Nunc ad Heraclidem: Quem, quia, vbi non ex plethora, ſed ex cacochymia ortum habet hoc malum, clyſteri expurget, & aquam largius det potandam, non ego quidem auſim improbare. Quando enim

non

A non ſine bilis in caput irruentis copia aliqua, hic eſt affectus, quod ita irruit, clyſtere reuellit. aqua vero epota largius poteſt, non bilis modo acrimoniam retundere; ſed etiam, ſi frigida ſumatur eum humorem craſſefacere: vtro autem modo, ſeu calida, ſeu frigida ſumatur, laxare aluum, & humorem, qui in ſuperiora fertur, aluo exturbare. Non ergo incurabilem affectum reddit, vt illi obijcit Aurelianus. De mulſo autem, & vino, quod aliquando concedit, licet, quo tempore dãdum ſit, non ſcribat, æquum tamen eſt, vt non niſi inclinan-

B te affectu concedere exiſtimemus. In vino certè dando præcipitem illum nullus merito dixerit. quando primo dilutum dat, poſtea etiam meracum. Ex propoſitis, ad recte dandũ phreniticis vinum obſeruatio eſſe debet, tum affectuum præter naturam, tum ægri naturæ. In illis, vbi ſymptomata illa moleſtiora vrgeant, ſyncopa, ſudores non roſcidi, ſed exoluentes: vbi febris non planè æſtuoſa, ac vehemens, & vbi morbus declinet. In ægro, vbi corpus ſquallidum, & aduſtum videatur, vbi vires languidæ, os ventriculi natura imbe-

C cillum, & frigidus ventriculus, & æger per ſanitatem vini auidus ſit. in his vini vſus admittitur. ſit vero id, vt ait Paulus, tenue, & parum aquæ ferens. adde & paucum.

In melancholia. Cap. V.

PHRENITIDI affinis eſt melancholia, inſaniæ ſpecies. In qua Celſus lib. 3. cap. 18. licet in inſania omni abſti-

D nendum à vino ſtatuat, excipit tamen vbi ſit à metu. Aretius primo de curat. diut. morb. cap. 5. abſolutè in melancholia poſtquam æger purgatus eſt, à balneo parum dat vini. Trallianus lib. 1. cap. 17. in melancholia, quæ à bilioſo, & acriori ſanguine oritur, ſi vſus poſtulet, vini Chryſattici modicum

Digitized by Google

dat. Sed à balneo ſtatim, ab eo cauendum iubet, atq; aquam tepidam dandum. Non parum igitur hi diſſident. Sed rem ipſam ſpectemus. In melancholia omni vitales vniuerſaleſque ſpecies atro tetroq; vapore infecti ſunt, atq; eo ſicco ſemper, nunc autem frigido, à naturali atro humore, nunc calido, ab exuſta bile, aut ſanguine. Affecta pars caput eſt; quãquã valde illi cor conſentit. Qui curare hos affectus velit, tũ auertere prauos eos halitus à capite debet, tum ipſos temperate calidis, atq; humidis temperare. Auerſionem varijs quidem præſidijs molitur medicus: ſed eorum maximè alimentorum abſtinentia, quæ caput repleant. replet autem præcipuè vinum. Vniuerſim igitur à vino cauendum, ne repleatur caput: atque ita rectè in inſania omni interdicit vinum Celſus. excipit eam quæ à metu. intelligo ſi ab exteriori cauſa ortum habens non habeat interiores, quæ foueant; alioqui .n. melancholiæ frequens eſt metus, etiam non à cauſa externa: ab hac, igitur ſi affectus pendeat, vinum conuenit, quod meticuloſis addit audaciam. At in vaporum genere longè promptius in caput irruunt, qui acriores, & calidiores ſunt, quàm qui frigidi. vbi illi igitur exuberant, omninò abſtinendum vino; niſi vſus aliud poſtulet: eſt vero id, ſi forte vires ob inediam ſint imbecillæ, quam melancholici ſæpè incurrunt. at ſi vapores ſint frigidi, abſtinendum aqua, & vtendum vino. maxima autem ex parte à frigidis humoribus hic affectus pẽdet: vt propterea abſolutè de vini in ipſo, vſu authoréſque ſentiant: ſed tum imbecilli, quare Tralliani Chryſatticũ fuiſſe arbitror: tum modici, ac non aceruatim, neq; extra cibum ſumpti: quale neq; lædat caput calore, neq; in ventre fluitans vapores in ipſum mittat. Quale autem vinum conueniat, apertè Aetius lib. 6. cap. 10. docet proponens tenuẽ, album, non valde vetus: & Paulus lib. 3. cap. 14. interdicens craſſum

&

A & nigrum, vt quod acrum humorem gignit. Prætereundum non eſt, in Tralliano mendum eſſe, ſcribens .n. vini ſi vſus poſtulet, Chryſattici modicum dandum, ſubdit, in huius inopia, præferri ea debere (intelligi vina,) quæ nihil adſtringens habeat. legendum quæ nonnihil adſtringens habeant. reddit.n. cauſam, ne ipſa ad caput vapores tranſmittant: conſtat autē ea tranſmittere, quæ adſtrictione carent. Eſt & illud in eodem ſcriptore animaduerſione dignum, quod à balneo interdicit vinum, & aquam dat tepidam. Sed quorſum à balneo

B potus, & cur non vini, ſed aquæ, & eius tepidæ? An quia balneo, (quod calidum eſſe oportet) caput quoque incaleſcere neceſſe eſt: ſequi autem balneum ſitis ſolet: quam qui ſedari vino velit fiet, vt calfactum iam caput, vino quoq; epoto magis calfaciat? Rectè ergo dat aquam, vt ne caput incaleſcat, imo vero, vt à balnei calore releuetur hic Aurelianus in epilepſia, poſt lauacrum, quo feruor (vt ait) ex capite releuetur, dat aquam. At cur tepidam? Non obſcurum eſt, tum laxari balneo corpus, tum frigus ſi in laxas partes incidat, altius

C ſubire, non ſine inſiti earum caloris damno, euitanda ergo à balneo eſt frigida, quia non modo, vt Aſclepiades, referente Celſo lib. 1. cap. 3. venientibus à balneo ſit inutilis; ſed quia perniciosa.

In epilepſia. Cap. VI.

D MELANCHOLIAE affine vitium eſt comitialis: affines ita vt alter in alterum ſæpe degeneret. Sunt his ergo communia præſidia aliqua vt mox videmus. Nunc autem, quum hic affectus pueris ſit frequens, his adhuc lactentibus Aurelianus primo Tard.paſſ.cap.4. in os mulſum tenuè diſtillat, non confertim, ſed paulatim, vt ne ſpirationi incommo-

S 4 det.

det. Addit, ſoluta acceſſione dandum lac caprinum, dehinc admouendum nutricis mamæ, papilla melle illita. Iubet etiã nutricẽ vino & carnibus abſtinere, facili autem cibo nutriri, & interea mulſum ſumere. Eſt hic autem ambigui aliquid. Quum, n. mulſum primo inſtillat, mox ſoluta acceſſione lac dat caprinum, proponere id mulſum in acceſſione videtur, quod eſt valde importuno tempore, quo & æger conuellitur, & ori ſpuma affluit. Sed etiam mulſi compoſitio ex melle eſt, & vino vetere, auſtero, in hoc mali genere, ob effumationem in caput, ſuſpecto. Verum epileptici acceſſiones non raro protrahuntur. ita vt ſedato etiam conuulſorio motu, ſenſuum torpor, immobilitaſque corporis totius ſuperſtes, poſſit de vita, præſertim in pueris dubium parere, qui. n. à pituita in fauces per acceſſionem expreſſa, ob muſculorum, qui ad eas ſunt partes, imbecillitatem (communem etiam toti corpori) non facile ſe extricant, imo vero periculum incurrunt ne ſuperfluo glutinoſoq; illo humore ſpirationis meatum obſtruẽti, ſuffocentur, in his auertendum ſtatim id periculum eſt, non ſoluta etiam prorſus acceſſione, mulſi ergo diſſecantis, & detergentis remedijs aliquid in fauces inſtillat; ſed id tenue, id eſt, (vt arbitror) aqua bene dilutum, qua & fluidum id redditur, alioqui lentum; & vini vis frangitur. At ſoluta planè acceſſione hac, dat caprinum, ipſum quidem etiam ad detergendum non imbecillum, familiarius autem mulſo, atque ad nutritionem aptius: nempe, quum eo tempore buccarum, ac linguæ muſculi epileptica conuulſione ſint, vel humore aliquo imbuti, vel defatigati, ſugere ex mamma lac infans non poteſt. Eius autem partis ſordibus deterſis, ad nutritium lac transfert. quod, vt ſit ſucci, & optimi, & minimè crudi, ſectè, vti nutricem cibis concoctu facilibus iubet. Dat autem ipſi bibendum mulſum non temere. euitandum. n. vinum eſt

quo

A quo excitantur vapores in caput. & ventriculi tamen ob concoctionem habenda ratio eſt, cui non incommodum mulſum eſt, importuna eſſet aqua. & retinet quidem mulſum vini vitium aliquid; at ſine effumationis periculo eſt, ſi tenue reddatur aqua, vt reddendum eſt, quo potui ſit aptum. Fortaſſe autem mulſum in Aureliani ſcriptis mendoſiſſimis irrepſit pro mulſa. in hac vero minus eſſet ſuſpicionis. Sed accedamus ad ætates alias. Qui hoc affectu laborant, ijs idem Aurelianus, vt in melancholia quoque, balneum proponit, ſcri-
B bens, in prima, & ſecunda diatrito, & quouſq; ſomnus ſuſpenſus, vel conciſus, torbulenta inſomnia; aut grauitas, torporue, aut dolor, aut punctio in corporis parte aliqua adſint; capitis, & totius corporis balneum proponit. ab eo autem aquam dat bibendam, dehinc cibum varium ſimplicem ex media qualitate confectum. Ea vbi non adſint, & omittit balneum, & vinum cum cibis dat leue, ac paruum, aquatiſſime temperatum, ad ſemunciam, vel vnciam. Sic in tertia quoq; diatrito
C balneũ vino coniungit: & ſi nõ recurrat affectio, ad conſuetã vitæ rationem traducit. At ſi vitium protrahatur, tunc alia quidem proponit, ſed id maximè vt à vino abſtineant, & per interualla etiam ab omni cibo, maximè, vbi ex ſignis aliquib. veluti ex noctis anxietate, ſuſpicio ſit futuræ acceſſionis. tunc .n. die vna abſtinendum, ſequentibus vero cum paruo cibo & cum aqua agendum. Addit alios, tempore dimiſſionis, vini carniſq; abſtinentiam continuam vnius anni ſpacio imperare quos non probat, quia iugis aquæ potatio corpus demiſſum
D facit; ſicut & relictus carnium vſus. In hoc ipſo malo Celſus lib. 3. cap. 23. fugiendum ait ſolem, balneum, ignem, omniaq; calfacientia, & frigus quoque ac vinum. neq; vlla aqua vtendum in potum, niſi decocta. Conueniunt hi igitur authores in ſuſpicione à vino, licet Aurelianus eius aliquid interponat tempo-

tempore remiſſionis, Celſus abſolutè renuat. Differre apertè videntur in balneo, quod ab Aureliano proponitur, à Celſo prorſum damnatur. Verum, an balneum à Celſo non improbatur, niſi calidius? cuius ſ. calore incaleſcat caput, eiuſque excrementa fundantur: quæ dehinc diffuſa in cerebri anteriores poſterioreſq; ſinus epileptici caſus ſint cauſæ? Aurelianus vero conſulit de temperato balneo, quo tantum coquãtur temperarenturq; inutiles ij ſucci, non etiam incaleſcat caput. Nam huius rei gratia hic ipſe author à balneo aquam vult bibi, & ſumi cibum, vt feruor ex capite releuetur. Alioqui etiam ad laxandam capitis cutem, ad perſpiratumq; parandum, caput abluere, dulci præſertim aqua; in ijs maximè, qui capitis lotioni aſſuerint, & aliàs ſe ab ea iuuari ſenſerint, nihil videtur à ratione diſſentaneum. quanquam capitis tractatio poſt balneum ad exſiccandum neceſſaria, aliquid afferre periculi poteſt vaporum humorum ve in ipſo agitationis. Vnde & Celſi, quam Aureliani tutius conſilium videtur. De vino autem quod eius abſtinentiam exactam negligit Aurelianus, & ijs non conſentit, qui totum annum carnes vinũque euitant, habet quidem de carnibus aliquid probabilitatis, quum piſcium omnium ob alimẽti humiditatem, & lactis caſeiq; ac leguminum frugumq; aliarum ex quibus ferè præter carnes huiuſmodi vita eſt, ob euaporationem in caput, vel coquendi difficultatem, in hoc affectu laudabilis non ſit vſus. At de vino ſecurius agitur cum Celſo, niſi fortè vitium ex mala alimentorum in ventriculo concoctioni, vel dependeat vel foueatur.

A B C D

Cordis actiones, & earum varia læſio. Cap. VII.

CORDIS actiones aliæ ab ipſo & in ipſo, aliæ ab ipſo in alijs partibus fiunt. Priores ſunt tum motus ille, quo

dila-

A dilatatur, viciſſimq; conſtringitur, nunquam intermittens: tum, quas perturbationes animi vocant. Poſteriores, tum vitæ in corpore vniuerſo per vitalem calorem, & ſpiritum conſeruatio, actionumq; omnium & naturalium, & animalium perfectio; tum reſpiratio, quæ per pulmones, tum pulſatio, quæ per arterias, vtraque ipſius cordis vitæ conſeruatrix, dum in vtraque, non ſecus atque in corde per dilatationem, aer frigidus ad cordis calorem temperandum intro trahitur, & fuliginoſi halitus ex continua caloris in humorem actione neceſ-

B ſario geniti, foras exprimuntur. Inculpatas actiones haſce ſingulas ſemper edit cor, dum ſuam & temperiem, & compoſitionem & vnitatē ſeruat. vbi hæ immutentur, illas quoque & priores, & poſteriores immutari neceſſe eſt. Immutantur autem, tum priuato eius vitio; tum per aliarum partiū conſensū. & immutatio eſt, quia actio, vel imminuitur, vel

C aboletur, vel deprauatur. Itaque, quum in ſano homine moderatus ſit motus ille, ea ſcilicet modeſtia, quam & temperamentum, & ætas, & natura vniuerſa poſtulat, recedit is à modeſtia aliquando vſque adeo, vt quaſi extincto ipſiuſmet cordis tenore, arteriarum in toto corpore pulſus rarus admodum, & tardus, & languidus, omninoque obſcurus reddatur: reſpiratio repente quaſi ſuffocato homine deficiat, ſimulque actionum aliarum, quæ ab ipſo corde in reliquo fiunt corpore, veſtigium vix appareat. Qui ita affecti ſunt, ἐκλυόμενοι, exoluti ab Hippocrate dicuntur. & affectus vniuerſim ἔκλυσις, exolutio. quæ nunc prorſum inſignis eſt, & λιποψυχία, vel etiā

D λειποθυμία id eſt anima, ſeu animi defectus, ac deliquium; nunc grauior, & σύγκοπη, ſyncopa, ac conciſio dicitur. itaut eiuſdem naturæ vterque ſit affectus, & vterq; exolutio: ſed in priori deficiat animus, in poſteriori iam defecerit, defectu tamen reuocabili: in priori non omnino ſtupeat animalis facultas, propterea

preterea ſoluta acceſſione recordetur æger eorum, quæ euenere: in poſteriori inſigniter ſtupeat, neq; vlla præteriti, ægro ſit memoria. Sequitur autem affectum, & priorem, & poſteriorem (ſed hunc maximè) etiam ſudor, nunc circa caput, nunc in toto corpore, & frigidus, & ſæpe fætidus: prætereaque totius corporis refrigeratio, & frigida etiam ſpiratio: de quibus poſtea. Ita igitur imminuitur, atque etiam ferè abolетur, propria cordis actio: & ad eius noxam reliquæ actiones, tum quæ ab ipſo & in ipſo, tum quæ ab ipſo in alijs partibus fiunt: quæ itidem tum imminuitur, tum eodem modo abolentur. Sed non raro eadem quoque actio deprauatur, deprauataq; reliquarum partium, quæ ab ipſo pendent actiones, vt lædantur, cauſa eſt. Deprauatur autem varijs modis. Quum enim cordis motus in ſano homine eiuſcemodi ſit, qui ad mota cordi manu vix percipitur; atque is celeritate, & crebritate mediocris ſit, prætereaq; & æqualis, & ordinatus; non raro accidit, tanto vt motu agitetur, vt non manui tantum, ſed etiam viſui euidentius ſe ſe prodat: nunc celerior, aut tardior, denſior, aut rarior, inæqualis & inordinatus. Hæc vbi accidunt, tum actiones quoque ipſius cordis, tum quæ ab ipſo in alijs fiunt reliquæ, mutantur omnes. ea autem vitia cordis ſaltum, tremorem, & palpitationem vocant: ſingula, vt quæ vitæ arcem oppugnant, adeo periculoſa; illis vt tandem ſyncopa omnium deterrima, maxima ex parte ſuccedat.

A

B

C

Cordis actiones lædi nunc primario cordis vicio, nunc ſecundario ex ventriculi iecoris, vteri, inteſtinorum, neruoſarum partium ac corporis totius conſenſu.

Cap. VIII. D

At vero, quum hæc mala ſemper cordis ſint mala, non in corde tamen ſemper prima eorum ſedes eſt: ſed

nunc

Digitized by Google

nunc alterius alicuius in corpore partis, nunc totius offenſam
A ſequuntur. Frequentiſſima eſt eorum origo ex ventriculo, cuius oris tantus eſt ſenſus, vt quicunque illi inſignis morbus accidat, facile cor in conſenſum trahat. Quare ex intemperie, & calidiori, vt ſi inflammetur, aut eryſipelate corripiatur; & frigidiori, vt à gelidæ aquæ potu; ex vlcere, ex putreſcente in eo ſanguine, ex bile acriori, ex crudo humore, ex vermibus, ex veneno, dum ab ijs in dolorem morſumuè intenſiorē eius os incurrit, nunc vnum, nunc aliud propoſitorum affectum, frequenter autem animi deliquium, atq; vbi maior mo-
B leſtia eſt, etiam ſyncope, atque interitus eueniunt. Non ſecus inflammato quoque aut eryſipelate correpto, aut vulnerato iocinore, illi ſyncopa ſtatim coniungitur. Ex vteri autem vitijs ſæpiſſimè: tum ex retentione ſeminis, aut menſium, aut purgamentorum ſecundinæuè à partu: tum à dolore, quacunque ex cauſa illi vehemens accidat: tum ſi ita luxetur, vt exeat. Sequuntur etiam animi affectus, ac ſyncopa intenſiores coli, atq; ilei inteſtini dolores non raro, & in vniuerſum
C partium, quæ eximij ſunt ſenſus, vulnera, vt neruoſarum partium omnium, articulorum, & capitis muſculorum. Tandemq; etiam, tum æſtuoſas corporis totius intemperies, vt in ardente febre, tum immoderatas perfrigerationes, vt ijs quibus iter eſt per niues. Aliqui, affectus de quibus agimus, ex cerebro quoq; oriri putant, vt ex forti in timore imaginatione, ſed vere, timor, cordis perturbatio eſt: & vbi ex timore fit ſyncopa, fit à corde.

D *Quomodo exolutio ex ventriculi partiumuè aliarum conſenſu fiat Galeni locus expenditur. Cap. IX.*

TAM multiplex igitur quum ſit propoſitorum affectuū origo, ab ijs quidem partibus, quas diximus, in cor vitioſum

tioſum aliquid inferri, quod vel cordis ſubſtantiæ temperiem euertat, vel vitales, in eo ſpiritus, caloremq; actionum ipſius administros, aut diſſipet, aut corrumpat; medicorum eſt conſenſus. At quomodo à tam multis partibus hæc mala fiant, & quod ſit quod ab illis in cor fertur malefici: aut quomodo feratur; aut quis in corde morbus gignatur proximus eorum ſymptomatum author: non ſatis conſtat. Neque Galenus, alioqui in ſymptomatum ad morbos, & morborum ad cauſas relatione accuratiſſimus, vbi de ſyncopa agit, in ſolidorumq; ac ſpirituum vitium eius omnem originem refert, de proximo morbo aliquid docet: neque modum quo ſyncopæ cauſæ læderefint natæ, diſquirere neceſſe putat. ſat enim eſſe qđ lædant ab ipſa euidentia accipere, ac eo ad vires tuendas in morbis ſalubriter vti. Verum age, quæ miſſa ille fecit, ne, nõ neceſſaria diſputatione curationem illic inſtitutam perturbaret; ad abſolutam rei, de qua agimus, notitiam ipſi perquiramus: primumque, quando propoſitos affectus ex ventriculo maximè habere ortum diximus quomodo hoc fiat, inueſtigemus. Itaque de ſyncopa, quæ ſtomachi, vitio ſolet euenire ſcribens Galenus quinto de affectis locis cap. 6. ob dolorum ipſius proprietatem, exolutionem ait induci, eius quoque intemperie ad cor fortaſſe perueniente: ita vt, quum id vehementem intemperiem ſuſcipiat, vires agminatim cadere neceſſe ſit. His ille tria ponit obſcura. primum hanc ex ventriculo ſyncopam exolutionem inducere ob dolorum ipſius proprietatem. quæ proprietas, quæ ſit, non docet. Si enim eam vocet inſignem ſenſum doloris; at capitis quoque, & oculorum, & aurium, & coli, & ilei, & nephritici dolores; & neruoſarum partium, cruciatus tam inſignes aliquando ſunt, vt ventriculi doloribus non ſint inferiores. ita vt ſtomachi proprietas dici non poſſit, quæ alijs partibus multis eſt communis. Alterum erat, accidere eam ſyncopam ſtomachi

A intemperie ad cor fortaſſe perueniente. quod non minus obſcurum eſt; & præſertim, quia cum hæſitatione id proponit, ſcribens, fortaſſe. Verè enim, quomodo ea intemperies (imo vero, & ea proprietas quam dixit) à ventriculo ad cor vſque peruenire poſſit, non prorſum apertum eſt. Etſi enim ventriculus, & ob arterias quas à maxima arteria habet, & ob ſitus cum corde viciniam, facile illi ſuas miſerias communicat, ob eius tamen affectiones, in tam graue malum, quale ſyncopa eſt, cor viſcus natura ſua validiſſimum, incidere, aliquid

B eſt, quod diſſuadeat. Ferri certè à ventriculo in cor aliquid oportet, quod ipſum lædat. Quid autem eſt, quod ita à ventriculo in cor fertur? An nuda qualitas, an cum materia? Et, ſi nuda, an obſcura, an manifeſta? Non obſcura, qualis à veneno, curaretur enim ea ſyncopa antidotis tantum, vt vitia, quæ à veneno, non autem, vel frictionibus, vel præſidijs alijs. Si intemperiem eſſe dicas manifeſtam, & eam frigidam, quomodo tanta à ventriculo frigiditas diffundi poſſit, quæ ab in-

C termedijs primum partibus, tum vero immenſo cordis calore, non corrigatur? ſin calidam; eam quidem tantam eſſe, vt cordis calorem ſuperet, non eſt conſentaneum rationi: quare neque ipſum etiam lædet. At, ſi intemperies ventriculi ſit cum materia, & ea frigida (nam à crudo quoq; in ventriculo ſucco ſyncopam fieri docet Galenus) 2. aff. loc. 5. nullus in corpore actu frigidus humor eſt præter vitream pituitam (quam cum frigiditatis ſenſu aliquando aluo excretam idem author obſeruauit) at huius generis humor in ventriculo fre-

D quentiſſimè copioſior inſidet, ita vt eius & frigiditatem, & pōdus ægri percipiant, quæ dehinc illa vomitu excreta, deſinūt & cum ea tamen non erāt ſyncopa. Ater vero humor, qui in bulimo eſt, cum quo etiamnum vitio ſyncopam accidere idē ſcribit 1. ad Glauc. 14. non eſt actu frigidus, ſed neq; tam multus, aut motu facilis, vt eius frigidæque ſimul qualitatis celer-

rimum illũ in cor impetum fieri poſſe arbitremur, qualis ſyncopam facit. Sed de bilioſa quoq; & calida & acri materia, à qua os vẽtriculi infeſtante fieri hoc malum ſcribit Galenus, eadem eſt ratio. Neque enim fieri poſſe videtur, quin ea, dũ per arterias in cor fertur, à ſanguine in ijs contento non contemperetur prius, quam in id perueniat. Tertium erat, quod illa in corde recepta intemperie, vires confertim cadere neceſſe ſit. Cuius ſententiæ ratio, quum ex eo pendeat, quod, quæcunque inſignis ſubitaque intemperies cordi accidit, vires prorſum diſijciat: quia propoſita ventriculi, vel intemperies, vel vitium aliud quoduis, vt oſtendimus, à ventriculo tã celeriter, tamque inſigne occurre non poteſt cordi; neq; etiã habere hic locum poteſt. Cæterum, quod ſcribitur à Galeno, ex male affecto ventriculi ore deliquia, & ſyncopas accidere, id quotidiana obſeruatio comprobat. Quod fieri eas ait ob dolorum proprietatem, eius partis arbitror inſignem in dolore ſenſum intelligere. qui, quamuis alijs quoq; partibus inſit, excellit tamen quam maximè in ore ventriculi, cui à ſexto pari cerebri pro partis magnitudine longe maior ad ſenſum neruorum copia, quam vllis alijs partibus contigit. Quod ſubdit, fortaſſe à ventriculo intemperiem in cor ferri, & quæritur quomodo id fiat, difficile non eſt aperire. Euidentiſſima eſt inter has partes connexio per arterias, per quas cum vitali ſpiritu tenuiſſimo quem continent, ventriculi vitium omne cordi quam celerrime poſſe communicari nulla illi dubitatio erit, qui expenderit, quam prompte languentes vires vino epoto ſtatim robur ſumant, eo tamen nondum ventriculi ſinum egreſſo. Sed & aliarum partium, quæ inter ventriculum, & cor mediæ ſunt, vicinia plurimum hoc loco adiuuat. Ventriculo enim proximè incumbit ſeptum tranſuerſum: & hoc enſiformis cartilago munit: & cartilagini huic innititur cor. cur non igitur ventriculi malorum facillimè cor

A B C D

parti-

A particeps fiat? Adde, quod non leuis inter corporis partes aliquas abſq; euidenti etiam connexione, communio eſt. ita vt tacito conſpiratu altera alterius bonorum malorumq; ſit particeps. Talis eſt inter vterum & mammas. thoracem & teſtes, vt diuinus notat præceptor Hip. 2. Epid. 1. Gal. 6. Epid. 5. 4. 41. Non ergo à ratione alienum ſit, tale quidpiā eſſe inter ventriculum, & cor arbitrari. cuius etiam nomine ventriculi os, cordis voce veteres nuncuparint. Nihil igitur difficile eſt, vitia ab ore ventriculi cordi communicari. communicantur autem intemperies, nudę quidem per ſucceſſiuam proximarum

B partium alterationem; cum materia vero, tum ipſamet materia, tum maximè eius vaporibus, cum vitali ſpiritu confuſis, & p arterias diffuſis. Neq; .n. quia cor firmū ſit viſcus, à cauſarū tamen præternaturalium violentia exemptum eſt. imo vero ob nobilitatem, leuis quæq: illi illata iniuria, viribus noxia eſt, quam maximè. Communicari ergo à ventriculo cordi poteſt omnis intemperies, vel manifeſta, vel obſcura. &, ſi obſcura ſit, qualis à veneno, vere illius curatio eſt per antidota. ſin

C manifeſta, per manifeſtas aduerſas qualitates. At frigiditatem (ais) vſq; in cor à ventriculo peruenire, quin vel in intermedijs partibus, vel in ipſo corde corrigatur, difficile eſt. neq; caliditas à ventriculo in cor delata, maior eſſe poteſt cordis calore, ita vt ipſum lædat. Imo vero frigiditas, vbi inſignis, & ſubito occurrit, extinguit partium, quibus occurrit, calorem, potius quam extinguatur. Calidam vero intemperiem non omnem cordis calore eſſe inferiorem, aut ab ipſo vinci, argumento eſt febrilis calor, qui naturalem non excedit modo, ſed

D etiam corrumpit. De praua vero in ventriculo materia, illud etiam certum eſt, frigidam quidem non tam cordi obeſſe ſua intemperie, quam craſſitudine; ob quam viæ ſpirituū obſtruūtur. à biliola vero, mordaces ſucci vaporeſq; in cor p arterias delati ſyncopæ ſunt cauſæ, vt ſuo mox loco. ita vt nihil ſit, qđ

propoſitam à Galeno ſententiã merito perturbet. Ex his quę de ventriculi cum corde conſenſu diximus, fere etiam patet, quomodo aliarum quoq; partium, quarum meminimus vitio idem affectus accidat. Eſt enim ijs conſenſus cum corde per arterias, per eaſq; vitium omne in ipſum diffunditur. Age nunc, quod dehinc erat propoſitum, quinam proximus ſit animi deliquij, & ſyncopæ morbus, videamus. A

Quinam proximus ſit in exolutione morbus. Cap. X.

PATI quidem igitur cor omne morbi genus poteſt, intẽperiem, malam compoſitionem, ac ſolutionem continui. Atq; propoſita ſymptomata, ex intemperie, nunc calidiori accidunt, vt in ardente febri & ſub æſtu, præſertim in quẽ repente quis incidat, & quod confertim occurrat, nũc frigidiori, vt ex gelidi, tũ aeris inſpiratione, tũ potus hauſtu largiori; nunc ex ſicciori, vt ex immoderatis, cõfertimq; factis euacuationibus, nunc ex humidiori, vt ex ſatietate, præſertimq; vinolẽtia, plethora, & cacochymia. At, ſi rectè expẽdas, nulla harũ proximus eſt eorũ ſymptomatũ morbus. Ab immoderata.n. caliditate ob id animi fit deliquiũ, qđ ab ea, vt ignis minor à maiori, diſſipatur natiuus & vtilis calor: à frigiditate, qđ idẽ calor ab ea vt à proprio aduerſario extinguitur, aut certè hebeſcit. à ſiccitate, quod abſumpto vitali humore, calor quoq; qui ipſo ſuſtinebatur, perit. ab humiditate vero, qđ, vt ab oleo multo, paruum elychnium, ſuffocatur. At caloris diſſipatio, extinctio, tabes, ſuffocatio, non ſunt morbi. quærimus autem morbum, qui proximè, & ſine vllius alterius affectus intermedio, ea ſymptomata pariat. An ergo ſequuntur continui ſolutionẽ? Nihil minus. non enim in eo morbi genere aliquid poteſt cordi accidere, quin, ſicuti vulnerato corde euenit, proximus ſit interitus. cũ propoſitis aũt malis multo etiam temporis ſpacio perſtat vita. quare, neq; ipſa proximus illorũ eſt morbus. B C D

Pen-

A Pendent ergo ex mala compoſitione. Atq; in hac quidem non ex tumore, vt ſyncopa ſenſiſſe Eraſiſtrati & Aſclepiadis ſectatores author eſt Cælius Aurel. 2. ac. morb. 31. quũ tumores ex humore quidẽ frigido illi parti calidiſſimę non accidãt: ex calido aũt qualis eſt inflammatio, aut eryſipelas, de medio ægrũ tollant antequã augeſcant. A flatu vero excitati tumores non ſine inſigni aliquo ſenſu diſtentionis accidunt; qualis nullũ in his affectib. indiciũ eſt. Nõ eſt ẽt, vnde in aſperitate & leuitate, vel in figura vitiata, vel in ſitu, eſſe morbũ horũ ſyptomatũ authorẽ aliquis conijciat. Erit ergo vitiũ in meatib. Itaq;

B quũ bini cordi inſint ſinus, & ab eo arteriarum ſit principium: quicquid illi accidat. quod eas cauitates impediat; id quidem prohibita exhalatione caloris fuliginiſq; ex eius in humidum actione excitatæ, ſuffocationis cauſa eſt. vnde intercepto vitalis ipſius caloris, ac ſpirituum in arterias, per eaſq; in pulmonem, cerebrum, ac vniuerſum corpus tranſitu, reſpiratio quoque impeditur. & animalis facultas tum ſpirituum, quorum materiam ex vitalibus habet, tum caloris viuifici inopia lan-

C guet. atq; ita corpus præcipiti virium omnium lapſu, quaſi vita, deſtitutum corruit. Proximus igitur ſymptomatum, quæ diximus, & exolutionis, morbus eſt impedita ventriculi vnius vel alterius in corde, aut arteriarum cauitas.

Quæ cauſæ ſint morborum qui exolutionem faciunt proxime, & quomodo ab ijs ij morbi fiant. Cap. XI.

IMpediuntur autem cordis ſinus, vel ſubſtantiæ tũ vtilis, tũ inutilis copia, vel vtilis inopia, mutationeuẽ in ſubſtantia,

D aut qualitate. eſt autẽ vtilis materia ſanguis, ac ſpiritus, quorũ cum calore copiã multam cor habet. inutilis yero humor vaporuẽ cuiuſq; generis vitioſus. Fit ergo animi deliquiũ, ac ſyncopa ex vtilis humoris copia in plethora, & conſuetæ alicuius sãguinis euacuationis ſuppreſſione. ex inutilis, in cacochymia

vbi horũ in cor fit confluxus. Fit autem vtriuſq; materiæ cõfluxus, vel in ipſũmet cor, nẽpe in eius ſinus atq; arteriæ exortũ; vel in circũſtantes ipſi partes. Si in ipſũ, ab ea quidẽ, nunc illius cauitates impediuntur, opplenturq; ita vt vel eius ſinus, vel arteria prohibito ſpirituũ caloriſq; diſcurſu, attolli de more non poſſint. ſic impediti illius motus in propoſitis affectib. proximus morbus eſt obſtructio. Nũc ẽt ipſiuſmet cordis ſubſtãntia nõ expers ſenſus, materiæ illius, quũ vitioſa eſt, prauitate irritatur, vnde ad id qđ noxiũ eſt pellendũ ſeſe contrahẽs anguſtiores reddit ſinus. quanquã hæc cauſa cordis motũ deprauat potius, quã imminuat, vel aboleat, quatiente quaſi ſeſe corde ad inimicã materiã fugiendã. Aliquando ẽt, quod alienũ influit, tã praua eſt natura, vt vitalem calorẽ, ſpirituſq; corrũpat. quibus corruptis facultas quoq; ſinus attollens corrumpitur. ita vt in ſe ipſos, non ſecus atq; in cadauere, concidant. Accidere hoc ſolet à venenato vitæq; hominis prorſum inimico halitu in cor, ſeu foris ab inſpirato peſtilenti aere, ſeu ab ipſiuſmet corporis parte aliqua delato, tum interiori, vt ab vtero; tum exteriori, vt ab alis, aut inguine, quibus bubo aliquis peſtilens adſit. Sed ex eiuſdem quoq; vtilis inutiliſuè materiæ in circũpoſitas cordi partes influxu, eadẽ mala accidũt. Sunt autem partes eæ thorax, pulmo, & veſica in qua cor cuſtoditur. Effuſo igitur in thoracis pulmoniſuè cauitates humore cuiuſuis generis, offendi cor ſolet bifariam, vel ob copiã tãtum, vel ob copiã ſimul, & qualitatem prauam. Ab effuſę aũt materiæ copia comprimitur cor, & ſuffocatur. acciditque id ſanguine ex aperta quomodocũq; vena effuſo in thoracis cauum: & humore alio quocunq; vel in ipſũ aliũde tranſpoſito, vt ab angina, vel in eo collecto, vt pituita, tum craſſa ſicuti in aſthmate inſigni, tum tenui vt in hydrope pulmonis. A copia vero ſimul & praua qualitate, vt à ſanguine e vena effuſo, & putreſcente: aut ex ſanie ex diſrupta vomica. ſic autem ſimul

mul

A mul & copia comprimitur cor, & praua qualitate corrumpuntur ſpiritus, ac vitalis calor: vnde attolli ſinus arteriaq; non poſſunt, tum ob compreſſionem à copia, tum ob concidentiam ab imbecillitate facultatis, quæ deſtituta calore, & ſpiritibus, attollere eos non poteſt. Non ſecus etiam accidit cordis compreſſio, ſi veſicam, qua id continetur, humore aliquo ſupra modum repleri accidat. repletur autem ſero, vt non raro diſſectione obſeruatur. ſiue id aliunde in eam influat, ſiue in ipſa ex humido halitu gignatur. Hactenus quomodo ex B materiæ copia habere ortum animi defectus, ac ſyncopa poſſit; & qui ab ea proximi horum affectuum morbi in meatu fiant. Proſequamur caput alterum, quod ad inopiam, mutationemuè in ſubſtantia, aut qualitate materiæ propriæ, & conſuetæ refertur. Ea erat, vt diximus, ſanguinis, ſpiritus, & caloris quorum, quum certa ſit ratio tum ſubſtantiæ, tum qualitatis, tum quantitatis, vbi horum aliquod lædi accidat, lædi, & facultatem à qua cor mouetur, neceſſe eſt. Subſtan-C tia ergo ſunt illi quidem in corde, vt ſanguis quoq; cuius ſunt vapores, tenui, tenuitate tamen moderata, qualis ad moderatum per vniuerſum corpus curſum illis eſt ſatis. Accidit non raro, vt fiant, vel craſſiores, vel tenuiores, quàm par ſit. Craſſiores quidem, tum à nimia frigiditate, attracto ſcilicet aere gelido, vt in itinere per niues, aut gelido potu, tum à crudæ craſſæque materiæ in toto corpore copia. craſſefactis ergo ijs quoq; qui circa cor verſantur, ſpiritibus, interceptoque per obſtructionem eorum tranſitu à corde in arterias, ip-D ſius quoque cordis motum lædi neceſſe eſt. Fortaſſe huc mœror quoque pertinet. quum enim cordis calor ex mærore tabeſcat, atque hebeteſcat, craſſefieri in eo ſpiritus conſentaneum eſt: quanquam hic ſpirituum quoque diſſipationem ob diuturnam animi perturbationem concurrere non eſt à ratione alienum. Fiunt etiam ſpiritus ſæpe tenuiores. tenuitas

vero ex caliditate eſt, ſic in labore multo, & in ardente febre. A
vnde accedente præſertim corporis laxitate facultas conſueta ſpirituum copia deſtituta attollere ſinus non poteſt. Sic concidentibus in ſe illis, ceſſat cordis motus, & eſt animi deliquium, aut ſyncopa. Non raro etiam hi affectus fiunt ex ſpirituum, & ſanguinis in corde copia, vt in plethoricis, & quibus ſuppreſſa aliqua eſt conſueta euacuatio. Sed frequentiſſime ex ſpirituum inopia: quæ immoderatas euacuationes conſequitur, tum ſenſiles tum inſenſiles. ſenſiles quidem tum ſanguinis per nares, aures (vt in vrinatoribus aliquando obſeruauimus) per os, hæmorrhoidas, aluum, vterum, aut partem B
aliam quamuis vulneratam: tum humorum quoque aliorum per aluum, vomitum, vterum, vrinas, ſudores; imò & ſeri, aut puris ex diſſecto abdomine, aut ſuppurato tumore. quorum, quum confertim fit euacuatio, ob ſpirituum vna cum ijs largiorem exitum, & animi deliquia & ſyncopæ ſuccedunt. Inſenſiles verò, per inediam, laborem immoderatum, humorũ tenuitatem raritati corporis coniunctam, vigilias, moram in C
calidiore aere, aut balneo, & per gaudium. ab his enim omnibus immodica fit ſpirituum diſſipatio, ob quam demptis facultati inſtrumentis, attollere cordis ſinus arteriaſuè non poteſt: & meatus concidunt. Eſt autem, quum ob priuatam in ſubſtantia, aut qualitate mutationem, ſpiritus à naturali ſtatu deflectunt, & dictorum affectuum ſunt cauſæ. In ſubſtantia autem, quia vel craſſeſcunt, vel corrumpuntur. In qualitate, quia refrigerantur ſupra modum inſpirato aere, aut po- D
tu ſumpto frigidiori. hanc autem in qualitate mutationem ſequitur ſubſtantiæ mutatio, quia & craſſeſcunt ſpiritus, & torpet etiam calor; ita vt attolli ſinus nequeant. Aliàs ſpirituũ ſubſtantiæ ſimul fit corruptio, ſublato prauo in cor halitu à corporis parte aliqua interiori, vt ab vtero; exteriori, vt à bubone: aut inſpirato venenato aere, cuius tanta eſt vis, vt non

A inſpiratione modo diuturna ſed etiam momentanea ſpirituũ caloriſque repentina corruptio ſequatur, concidentibus in ſo cordis meatibus, & tranſpiratu, caloriſq; intro & foras curſu, ac recurſu (ſine quo ſeruari vita non poteſt) prohibito. Ex his, quomodo ad morbum in meatibus, ad obſtructionem, inquam, anguſtiam, compreſſionem, aut concidentiam deliquium animi, & ſyncopa proximè referatur, apparet. Quod ſi Galenus ſolidæ etiamnum ſubſtantiæ in qualitate, & quanti-
B tate à naturali ſtatu mutationem eorum affectuum cauſas eſſe diſputat; quodcunque tamen vitium ſolidæ cordis ſubſtantiæ accidat, deliquium, aut ſyncopam non parit, niſi interuentu mutationis in ſpiritibus & calore, à qua proximè meatuum impedimentum pendet. Ex hoc vero etiam illorum ſymptomatum origo eſt, quæ deliquio & ſyncopę coniunguntur, quorum ſupra meminimus. Sunt autem ea malefica quidẽ
C omnia, ſed alia tantum, vt cauſæ, alia vt ſigna, alia vtroq; modo. vt cauſa febris ardens eſt, quæ ipſam ſyncopam frequenter inuehit. vt ſignum, perfrigeratio totius, & frigida ſpiratio quæ indicia tantum ſunt extincti caloris. vtroq; modo, ſudores: adeo nonnunquam praui, vt priuatam in curatione medici diligentiam quærant. Accidunt autem hi nunc ſuperioribus tantum partibus, & circa caput, & dicuntur ἰδρώτια ſudatiunculæ, quæ malæ ſunt tantum vt ſigna. fiunt enim cor de materiam, quæ vel praua qualitate, vel copia, vel vtraque ipſum opprimit, in proximas partes exprimente: à quibus viciſſim in alias vſque ad cutim imbecillimam truditur, maxi-
D mè autem in ſuperiora, ob tenuitatem, & calorem tum alienum, tum naturalem, qui cum eo euaneſcit. At, qui in vniuerſo erumpunt, peſſimi ſunt, tum vt ſigna, tum vt cauſæ. vt ſigna quidem, quia immoderatæ in toto corpore laxitatis humorumque tenuitatis, & exolutæ retentricis facultatis argumentum præbent. laxitas autem, & tenuitas ex immodico

calore eſt. exolutio vero ob viuifici caloris, ac ſpirituum quos A
recipere à corde ſolet, defectum, ita vt ſuccum, quo nutriri ſolet corpus, continere non poſſit; ſunt illi etiam frigidi ob inſiti caloris extinctionem, & plerunque grauiter olent, id quod humores in corpore omnes inſigni putredine affectos eſſe plane docet. vt cauſa vero, quia vires iam languidas languidiores reddunt ob diſſipationem ſpirituum, qui ſimul cum ipſis confertim erumpunt.

B

Epilogus morborum, & cauſarum exolutionis. Quæ in eius curatione vniuerſim obſeruanda. & ipſius pro cauſarum diſtinctione in duas ſeries diſtincta curatio.

Cap. XII.

ITA quidem conſtare ex ſuperiori diſputatione iam videtur, animi deliquium, ac ſyncopam omnem, ad obſtructionem, vel compreſſionem, vel anguſtiam, vel concidentiã meatuum cordis, vt proximos morbos referri. Horum au- C
tem proximas cauſas eſſe, priorum quidem duorum, tum copiam, tum craſſitudinem humorum, aut ſpirituum; poſteriorũ vero eorundem, ſimulq; vitalis caloris tum inopiam, tum mutationem in ſubſtantia, aut qualitate. Sed & illud ex ſuperioribus pendet, propoſitos affectus, licet ſemper cordis ſint mala, aliquando tamen eſſe per ſe cordis, aliquando per conſenſum partium aliarum, maximè autem oris ventriculi. His igitur conſtitutis apertum illud quoque eſt, ad horum affectuum curationem, pro natura & cauſarum, & affectæ partis, D
præſidia varia requiri. Accidunt autem his aliquando ſymptomata alia viribus maximè aduerſa, vt immodicus ſudor, quæ priuatã medici curam poſtulant. itaque ab his quoque, tum remediorum aliorum, tum potus maximè (de quo inſtituta nobis actio eſt) quærendus eſt vſus. Age ergo, quæ de

his veteres ſcripſerint, videamus. ac primum quæ Galenus.
A Is igitur in libro de arte curandi ad Glauconem 1. cap. 14. docens quomodo ſymptomatibus, quæ in febribus accidunt occurrendum ſit, animi quoque deliquium proponit. & varijs eius allatis cauſis, vt ſingulæ occurrunt, ita ſingulis affert remedium. Eas omnes, quia inter ipſas pro communi quadam ratione aliæ alijs conueniunt, aut differunt, ad duas ſeries, facilioris doctrinæ gratia, referre poſſumus: vt ipſarum altera ſit ex materiæ copia, tum vtilis, tum inutilis; altera ex vtilis tũ inopia, tum mutatione in ſubſtantia, aut qualitate ita vt in altera, curationis ſcopus eſſe debeat detractio, in altera adiectio
B aut alteratio. Propoſita igitur ſeorsũ vna, mox & altera ſerie, quæ diuinus ille vir ſcripſit, videamus. & facto ab ea principio, quæ ex vtilis materiæ culpa eſt, à qua ipſe curationem exorditur, illius præcepta, imo verba ſingula, non modo quæ de potu, ſed quę de reliqua etiam curatione ſunt, non quo ordine ipſe ſcripſit, ſed qui commodior eſt, ad rei claritatem expendamus.

C

Exolutionis ex vtilis materiæ inopia curatio à Galeno propoſita, atq; eius ſententia expenſio, & explicatio, primum autem illius quæ ex cholera, diarrhea, & ſanguinis euacuatione. Cap. XIII.

FREQVENTER immoderatæ euacuationes animi defectum, & ſyncopam pariunt, eæ vero maximè, quibuſcũ
D magna corporis perturbatio eſt. In eo genere cholera eſt: in qua, ſurſum deorſumque concitati humores, contrario illo impetu violentiſſimè ægrum exagitant, cum ſpirituum diſſolutione immoderata. Non leuiter etiam diarrhea conturbat; ea vero maximè cum qua, præter humorum euacuationem, vlcus quoque coniungitur. non enim frequenti modo ſurrectione,

ctione,vt ait Hippocrates 2.progn.14.laſſitudinem vigiliaſq; accidere neceſſe eſt cum periculo defectus animi; ſed priuatim ob dolorem ab vlcere,nimis diſſipantur ſpiritus,cum maiori virium iactura. Fit & à ſanguinis quoque euacuatione animi defectus; quia,licet in hac,talis agitatio non ſit, qualis in cholera;maior tamen ſuccedit virium langor,quia id in hac exit,quo nutriri corpus debet;in alijs,praui ſępe humores excernuntur,quos, niſi confertim nimis & ſubito, & violenter exirent,exire bene eſſet. Vbi ex his,quos propoſuimus, malis animi defectus accidat,Galenus 1.ad Glauc.14. aquam ait frigidam aſpergendam; nares appræhendendas, os ventriculi perfricandum,vomitum imperandum,irritato etiam ſtomacho,digitorum,aut pennæ immiſſione. addit præterea de inijciendis vinculis quædam.quæ poſtea. Nunc autem,id quæſtione dignum eſt,an quæcunque ex præpoſitis cauſis animi defectum facit,illi ſingula ea remedia conueniant. Et ab aſperſione quidem frigidæ,ac narium conſtrictione, quid expectare liceat,apertum eſt. fit enim per eas ſpirituum humorumq; ad interiores partes reuocatio, effuſioni ad exteriora contraria. At in contractione illa,tanta ſpirituum in thorace fit collectio,vt,qui quieſcere non poſſunt dum denegato exitu per ſuperiora,viam ſibi quærunt per inferiora, non leuè periculũ ſit, ne cum impetu exilientes (eſt enim ſpirituum motus non ſine impetu, quando ab Hippocrate impetum facientes vocantur) abductis ſecum humoribus euacuationes per inferiora promoueant, ita vt,vel aſperſio frigidæ in faciem, vel narium appræhenſio,in diarrhea fortaſſe non ſit,vel vtilis, vel tuta. Quorſum vero in choleris ventriculi os perfricare, aut etiam vomitum imperare, atq; ventriculum ad vomendum irritare? Nihil quidem obſcurum eſt, tum frictionem calfacere,tum caliditate fluxiones promoueri, cohiberi autem frigiditate. Cur non ergo potius in eo malo ſpongias frigida imbutas

Digitized by Google

A buras ventriculo admouere, vt in ardentibus febribus & ventriculi ipſius ardoribus mos erat? Quid vero etiam partem eã violento vomitu afflictam vomitu magis irritare? Nō ſunt hæc quidem leuia. Verum, an frigidæ aſperſio ſi leuis ſit, excitare tantum eum qui animo defecit, non etiam ſpiritus cum humoribus in interiora poteſt impingere? Nam faciem ſolam aqua inſpergere mos eſt, id vero repente, vt ſubito inſuetæ qualitatis occurſu excitetur æger, ita vt foras potius trahãtur

B ſpiritus antea contracti ob cordis langorem ſpirituum inopia ob euacuationes laborantis, quam intro pellantur. Sed eo narium quoq; conſtrictio pertinet, non ſecus atque digitorum contortio, quæ itidem in defectu animi vtilis eſt. nempe trahendi ſunt foras ſpiritus, ne in corde ægro adaucti ipſum ſuffocent. Quia enim vbi ſpirituum inopia cauſa eſt defectus, à toto corpore ad ferendum cordi auxilium, ſpirituum, & cum ipſis humorum quoque fit ad ipſum confluxus, non immerito repentinæ ſuffocationis periculum eſt. propterea foras exci-

C tare, non autem intro pellere eos oportet. atque hanc etiam ob cauſam vigiliæ imperantur, quum alioqui ſpirituum defectus ſomno corrigatur. At, ſi in ſpirituum defectu foras ſpiritus extrahuntur, non ne augeri animi defectum neceſſe eſt? Ita quidem, niſi alio auxilio reficiantur ſpiritus. reficiuntur autem beneolentium rerum odoratu. Sed ventriculi quoq; perfrictio, quæ præcipitur, leuis eſſe debet, nempe non linteo, ſed manibus: q.b. ad dolores ẽt ſæuiores demulcendos, laborantes ſine inflammatione partes, leniter blandeque pertra-

D ctare mos eſt; quaſi anodino præſidio inſitum partis calorem. temperata illiq; ſimili manus caliditate, fouendo. Hæc igitur frictio calfaciendi trahendiq; ad partem humores periculo caret, & tuta eſt. Non tuta vero refrigeratio, quæ proponebatur, vbi ſpirituum tantũ inopia. non etiam æſtus defectus animi cauſa eſt, qua de re poſtea. Sed & vomitus quum præci-

pitur,

pitur, leuis præcipitur, digitis tantum, aut penna immiſſis, non A
etiam ſumpta, aut radicula, aut eleboro alioue ſimili. ſi enim ex cholera animi ſit defectus, ſat eſt. vt quod iam ventriculo inſidet educatur, neque aliquid in ipſum aliunde trahatur. ſi ex diarrhæa, aut vlla alia copioſa confertimque facta euacuatione, ſuſpectus eſt validus omnis vomitus, tum propter febrẽ quæ exaſperari calidis validiſque medicamentis ſolet, tum propter vires, quas iam ex animi defectu languentes noua perturbatione ſpirituumq; abſumptione facile valentior vo- B
mitus diſijcit. Subdit de reuulſione per iniecta manibus, & cruribꝰ vincula, in hoc affectu. imo, & in alijs vbi reuellere oporteat, quædam maximè digna obſeruatu. ſed ea perſequi huius non eſt loci. Illud tamen, quod ad vincula pertinet, prætetire non licet, quod vel non vidit, vel neglexit Galenus, artuum conſtrictioni in eruptione ſanguinis non conſenſiſſe Archigenem, vt author eſt Scribonius lib. de comp. med. cap. 21 imo vero communem vſum damnaſſe. Nempe, conſtrictione muſculorum ſanguinis eruptionem excitari, quum omnis C
conſtrictio in vtranq; partem contentam materiam impellat, vtris exemplo: quem, ſi quis medium laqueo conſtringat liquorem qui in eo eſt, in vtrāq; partem ſupra infraq; laqueũ excludi videbit; ita vt eo alicubi perforato, quod in ipſo continebatur, foras cum impetu eiaculetur. Non ſecus iniecto venæ laqueo, ſiue ſupra, ſiue infra laqueum venam tundas, ſanguis exit. Sic & forti vinculo artui alicui inducto erumpere e vulnere ſanguinem obſeruatur. Hæc fere ex illo. Cæterum, vt, quod Archigenes obijcit verendum eſt, ſi vinculum D
parti, quæ affectæ ſit proxima, inijciatur; ita, ſi remotæ, nihil eſt, quod metuas. imo vero, quum perpetuum ſit ad dolentem partem fluxiones ferri; conſtricto arctius, ita vt doleat, artu, qui à vulnere ſit remotus, ſicuti reuellendi ratio poſtulat sãguinis exitus cohibetur. At vero in hoc ex propoſitis cauſis

affectu

Digitized by Google

A affectu, quid de potu? Galenus exolutionem, quæ ex conſertis fit euacuationibus, præſertimq; ſi fluxiones ad ventriculũ repant, vinum aut frigida temperatum ſanare. Quod præceptum, quia priuatam in fluxionibus ad ventriculum obſeruationem habet, illic expendemus, vbi de animi defectu ex ventriculi vitio dicendum eſt. Illud hic tamen notandum, quod in immoderata ſanguinis euacuatione vinum deligit craſſum, nigrum, atque acerbum. Quorſum ergo id? An quia B quod tale eſt, craſſiorem reddit ſanguinem, & meatus denſat? At vere nullum vinum licet craſſum (ſi ſit defæcatum, quale in hoc affectu eſſe debet) craſſefacere ſanguinem poteſt, ob vim quam inſitam habet caloris, cuius munus eſt attenuare: minus tamen attenuat: quare & fluxiones minus promouet. At nonne in defectu virium celerima ſpirituum refectione, diſtributioneq; opus eſt? Nigrum ergo, & craſſum, & acerbũ, in propoſito affectu inutile eſt. Sed idem etiam odoratum eſſe oportet. odore autem ſpiritus recreantur. propterea, C quamuis ad ſiſtendas fluxiones potio ex punici mali ſucco, multæque aliæ conſimiles frigidæ longe ſint aptiores; hic tamen opportunius vinum eſt, non ſpirituum modo, qui odore, vt dictum eſt, celerrimè inſtaurantur, ſed ſanguinis quoq; gratia, cuius euacuationi opponere oportet eius regenerationem, quam in vini genere vniuerſo, vinum quale proponitur, maximè omnium poteſt promouere. Sane autem in fluxionibus, preter reuulſionem repulſio quoq; plurimum valet. quare in ſanguinis eruptione, locis, e quibus illa eſt, imponenda D ait quæ roborandi vim habent: capiti vero & fronti, tum hæc ipſa, tum ea etiam quæ refrigerant. Robur autem afferunt, quæ temperiem conſeruant, aut reſtituunt: at hic quæ denſant, anguſtioreſq; vnde ſanguis fluit, meatus reddunt. Si ergo e ventriculo, vtero, ſtomacho, thorace ſit fluxus, ea imponenda ait, quæ roborandi vim habent. capiti vero & fronti, &

hæc ipſa,& ea quæ refrigerant. Quæ digna ſunt notatu. Primum quidem, quod non modo ventriculo, ſed etiam ſtomacho vult ea imponi,obſcurum eſt. Quomodo enim aliquid ventriculo admoueri poſſit,quod eius ori, quod ſtomachum vocant,non admoueatur? ſolum certe eius os ad enſiformem chartilaginem,locum dat extrinſecis medicamentis;quum reliquum ipſius corpus,iecori,lieni, omento, & muſculis quoq; præter carneam membranam, & cutem ſubiaceat. Sed cur etiam his quas enumerat partibus, admoueri frigida non debet? An, vt Stephanus Athenienſis Com. in libr. ad Glauconē,quia hæ partes neruoſiores ſunt, & nullum habent propugnaculum,quod prohibere poſſit, ne ad earum imum frigus penetret? Non videtur. Demus enim ventriculum, & eius os,nec non & vterum neruoſas eſſe partes,thorax tamen neruoſus non eſt,ſed oſſeus,& muſculoſus. prætereaq; vtero nō deeſt propugnaculum:cui non modo veſica,ſed etiam os pubis,ac præterea abdominis extrema ſuprapoſita ſunt. Quæ autem neruoſæ ſunt partes, frigidi ſunt natura temperamenti,at ſimile à ſimili moderato minus quam à diſſimili læditur. imo vero(quod aperte Galenus docet 7.meth. 13.)ſicuti quæ partes natura calidæ ſi in contrariam intemperiem labantur, liberalius diutiuſq; calfaciendæ ſunt;ita quæ frigidæ, ſi calida laborent,liberalius itidem,ac diutius refrigerandæ. Hæ igitur partes ſingulæ, quum in calidam intemperiem labuntur, non ſolum à frigiditate non læduntur, ſed maximè etiam iuuantur. quare hic ipſe author paulo poſt bene eſſe ait,vbi ventriculus æſtuat,frigida roborantibus permiſta admouere.imo idem, frigidam quoque aquam opportune epotam admonet adiuuaſſe. Cæterum,quod primum præter ſtomachum ventriculus quoque in propoſita ſententia additur, male additur. græce eſt γαστρὶ, quæ vox, licet pro ventriculo huic ipſi authori,atq; Hippocrati aliquando veniat; hic tamen ventrē

reliquum

A reliquum præter ventriculum ſignificat, maximè autem iecur, atq; inteſtina, quibus duplex ille ſanguinis fluxus accidit, quem dyſenteriam tum hepaticam, tum inteſtinalem vocāt. Cur autem hiſce partibus actu, poteſtateuè inſigniter frigida non conueniant, ratio eſt, quia earum munus toti corpori neceſſarium eſt; ob coctionem quidem & nutritionem, ventriculi & iecinoris, thoracis ob ſpirationem vitæq; in vniuerſum diſtributionem à corde: vteri vero tum ob totius expurgationem, tum ob generationem. Non ergo in his à frigidis
B cauendum eſt, quia ſint neruoſæ partes: ſed quia præcipuarū ad vitamque neceſſariarum facultatum ſunt fontes: propterea ſumma in his animaduerſione eſt opus, ne inſitus earum calor facultatum adminiſter inſueta qualitate inſigni lædatur. Et nihil impedit tamen, quin illis frigida quoque opportune poſſint admoueri, vt propoſitæ rationes docent. Duo
C alia proponit Galenus, vbi ſanguis à ſuperficie, aut vena in naribus aperta erumpat, obſeruanda. alterum, medicamenti alicuius ex ijs, quæ ſanguinem ſupprimunt, impoſitionem, alterum abſtinentiam à balneo. vtraq; non negligenda. Supprimunt autem tum roborantia ſimul, & aſtringentia, quæ in ſanguinis eruptione ab interioribus propoſuit, tum præterea emplaſtica atque inducentia cruſtam. Et non minus quidem ſi ex profundo fluat ſanguis proſunt poſteriora, quam ſi ex ſuperficie: contraque non minus in hac quam in illa proſunt roborantia, & refrigerantia: ſed facilius emplaſtica atque vſtio ſuperficiei accommodantur. Si enim ab imo vulnere ſit flu-
D xio, non niſi per fiſtulas immitti, vel medicamentum emplaſticum, vel ferrum candens, aut exurens medicamentum poteſt. Quod autem de balneis ſcribitur, de calidis intelligendum eſt. alioqui partem, à qua ſanguis fluit immittere in frigidam, aut niue obtegere, craſſiorem reddit ſanguinem, & anguſtos reddit.

Digitized by Google

Ex lutionis ex ſudoris multitudine ex Galeno, Cælio Aureliano, & alijs curatio. Cap. XIV. A

AD ſpirituum inopiam is quoque animi defectus pertinet, qui ex ſudoris fit multudine. In quo, quum Galenus balneas, vt quæ plurimum nocent, interdicat; aſtrictionem cutis imperet, ventis etiam refrigerantibus admiſſis: Vinum det frigidum, & nihil omnino calidi, Caueat à vinculis, B & motu omni: quia Cælius Aurelianus de hac re plura ſecundo acut. morb. 37. non temere fiet, ſi quæ ille proponit, expendantur. vt quibus explicatis, Galeni quoque in curando ſcopi indicentur. Is ergo, quum hoc malum febremque ardentem à qua frequentiſſimè fit, virium diſſolutionem & ſudores inutiles qui illi coniunguntur, ad methodicorum doctrinam, vniuerſim pendere ex meatuum laxitate intelligeret, refrigerantibus & denſantibus ſtatim occurrit. Itaque collocato ægro in loco natura arteq; frigido, ſtrato cõmodo, imperataq; animi & corporis quiete, caput in ſtatu acceſſionis frigido oleo C fouet, ori, collo, ac pectori ſpongias liquore aliquo frigido, & aſtringenti imbutas admouet. aſpergit frigidis, varijſque inunctionibus, & cataplaſmatibus ſæpius immutatis, corporis loco vario admotis, ſudorem ſtudet cohibere. Hinc ad victum accedens, primum potum inſtituit frigidum, paruum, & paulatim. Dehinc facta obſeruatione ex feruore corporis an adſit febris: aut ſi non adſit, ex pulſus robore, ſymptomatibuſque alijs, vbi tempus nondum ſit dandi cibi, ægrum ſuſtinet, tum odoramentis non acrioribus, ſed temperatis, tũ mulſo bene decocto: aut poſt hæc pyro, aut cydonio malo cocto. D Tandemque ad cibos deſcendens ſimplicem dat cibum frigidum, non prorſus liquidum, ſed qualis panis ex aqua frigida diligenter elotus, oryza, & alia, inter quæ oua mollia. His

ſi non

Digitized by Google

A ſi non reparentur vires, vario id cibo aſſequi tentat. Quod ſi non liceat, ad vini potum accedit, albi, non turbidi, ſubauſteri, & medij temporis, quale Surrentinum, vel Falernum: aut, ſi febres corpus teneant, lenius, & tenuius. ita vt in magna diſſolutione corporis, atque, ſi frigidum ipſum ſit, & ſine febre, ad firmiora magiſque nutrientia vina accedat. Sed hæc, quum primum danda, in medio cibo cum halica dari iubet, aqua etiam temperando, vel cum pane diſſoluendo, & in-
B fundendo, miſcendo nunc plus, nunc minus frigidæ, ac recentis aquæ, vel etiam niuei liquoris. Sic per interualla nutriendum parum, & ſæpe. Non perſiſtit autem ſemper in vino. Signa autem quando ab eo deſiſtendum ſit, hæc eſſe „ ait. Torpor ſtuporque corporis, pulſus erectior, ſudoris „ quoque fluor primo non frigidus, dehinc abſtinetur. ſom- „ nus inſequens, & ad omnia quæque facilis ægrotantis „ artiſio. Tunc denique oportet non denſe, atque ſemel „ vinum detrahere, ſed paulatim ſubducere, & magis ſi fe-
C „ bres nullæ fuerint repertæ. At ſi poſt ſudoris abſtinen- „ tiam febrium fuerint acceſſiones ſubſequutæ, & ægrotan- „ tes ſufficienter reſumptos ſenſerimus, omnino vinum ex- „ templo detrahimus. Sin vero adhuc imbecilles viribus „ viderimus, dabimus vinum moderatione cautiſſima. Subdit deinceps dandum eſſe cibum frequenter, ac pene continue, nunc ex vino, nunc ex aceto, nunc ex aqua. Et, ſi cibi faſtidio tenentur, pugnandum tum ciborum varietate, vt ex multis parum ſumendo reficiatur, tum odoramentis.
D Quod ſi omnis ſpes ſit adempta, clyſtere cibum inijcit, non ex lubrica re qualis ptiſana, ſed ex lenticula. Nutrit autem etiam panis in vino cum aqua expreſſo ſucco. Hec fere ille, licet longe fuſius. quæ quamuis non omnia de potu, placuit tamen referre, vt non indigna obſeruatione. In hac

igitur curatione illud primum notatu dignum, quod ad reficiendas vires exorditur à potu, non diuerſus ab Hippocrate, qui ſi cito nutriendum ſit, vtendum liquidis admonet libr. de alimento. Dat ergo potum frigidum, paruum, & paulatim. At cuius nam rei potum, non explicat. Conſulenda eſt affectus natura. qui, quum ſit præceps virium lapſus, frequenter cum ardente febre, poſtularet quidem aquæ potum febris: at non exiguum, neque paulatim, quo extingui tantum incendium non poteſt. ſed neque plurimum, neque confertim. quia calorem imbecillum extingui periculum eſt. Virium igitur gratia potus proponitur, & recte poſthabita febre conſulitur viribus, quarum imbecillitas vigente præcipiti diſſipatione nutritionem poſtulat, quam celerrimam. nutrire autem aqua ſola parum poteſt. ea longe magis, vinum. diſtribuere autem quam maximè aqua poteſt. quæ & Ariſtoteli tenuiſſima eſt liquorum omnium, & Hippocrati libr. de alimento eſt alimenti vehiculum, cuius tenuitatis, quo magis particeps eſt vinum, eo magis adiuuat diſtributionem. quare tenuia vina aquoſa, longe ad hoc magis probantur, quam craſſa, & ſine aqua. Dandum ergo hoc loco non aqua, ſed vinum; & id non craſſum, ſed tenue, dilutum. Sic Galenus 12. meth. 6. in ſyncopa, quæ ex nimia ſuccorum tenuitate laxitateque meatuum eſt (qualis hic ab Aureliano curatur) aquoſum vinum ſtatim neceſſarium eſſe ait ibidem capitulo tertio, & quarto, & in ſtomachica quoque tum ex crudis, tum ex bilioſis humoribus, vniuerſim, licet vtraque ſit cum alienæ materiæ copia, tamen vtrique etiam propriæ inopia coniungitur, ad huius, quæ deficit inſtaurationem, & virium conſeruationem dat vinum, vt quod, & non parum alit, & alimenti deductionem in corpus promouet. id vero cum aqua frigida calidiori aere; non calido, calida. Sed hic, quum non eadem ſit vi-

A ni omnis natura, quale deligendum ſit, aliquid eſt dubitationis. Galenus ad inſtaurandas vires auſtera prorſus damnat: quæ ventriculum quidem roborant, caputque inter omnia vina maximè tentant; cæterum digeſtionem in corpus non promouent. quæ magis ait fugienda eſſe in ſyncopa præhenſis, non ſecus quam aquam. Sed & Aretæus 2. de curat. ac. 3. vinum in hoc affectu quærit odoratum, haud ita multum aſtringens, & quam minimè craſſum, tale autem non eſt auſterum. Contra tamen & Aurelianus, vt diximus,
B auſterum hic quærit. &, ſi rem expendamus, auſterum abſolutè damnare in ſyncopa non licet. cuius eſt, vt non eo tantum nomine conferat, quod ventriculo affert robur; ſed etiam, quia, vt craſſum eſt, magis nutrit. craſſa enim vina „ (non longe à ſuperiori ſententia ſcribit Galenus) nutriunt „ magis quam tenuia, & vitioſos ſuccos, omnium vinorum „ celerrime ſanguinem generando, corrigunt. Imo ille ipſe Galenus, qui auſtera damnat, non multo ſuperiori loco dixerat deligendum quidem vinum ſemper optimum & aptiſ-
C ſimum ad deductionem, quale Aruiſium, & Lesbium. quod ſi non adſit, vt in Aſia, illic aut Aphrodienſe petendum, aut auſterum Tmolite, aut ſimile aliud, quod & colore fuluum ſit, & ilico quum bibitur, manifeſtè calefaciat. Vitium igitur, quod in ſententia illa auſteris tribuit Galenus, maximè auſteris ineſt, non quibus moderata inſit auſteritas. Sed nec auſterum prorſus quærit Aurelianus, illud ſcribens eſſe oportere album, non turbidum, ſubauſterum, & medij temporis, quale Surrentinum. Sic Celſus lib. 3. cap. 19. ſubauſterum
D probat. Et Galenus ante ſuperiora omnia ſcribit, ſyncopæ præhenſis commodiſſima eſſe vina, quæ, quum naturaliter auſtera ſint, ſenſilem iam aſtringendi vim ob vetuſtatem non amplius exhibent, caliditatem tamen euidentem habent: & & in hoc genere vinorum optimum eſſe ait Surrentinum, &

alia quædam quæ omnia aſtringunt. Reſtat in Galeni ſen- A
tentia, qua de auſteris,ſcrupulus. Ea enim ideo improbans, quia digeſtionem in corpus non promouent; ſubdit, propterea ipſa non ſecus fugienda, quam aquam. Anne igitur aqua digeſtionem in corpus non promouet? Nullus certe merito id abſolutè de aqua proferri à Galeno exiſtimet, non ignaro, aquæ eſſe vt maximè diſtributionem adiuuet ob tenuitatem. eſt id igitur de frigidiori, quam eo nomine alibi damnat. vox igitur hoc loco deſideratur,quæ id exprimat. Verum, ſi fri-
gitatis hoc vitium eſt, quomodo hic vinum frigidum, ac non B
potius calidũ quæritur, vbi celerrima diſtributione eſt opus? Nam & Aretæus in vſu vini primo bucellas panis calefactas vino madefacit, quæ duæ treſuè initio præbeantur. dehinc vinum dari iubet calidum,licet poſtea ad medẽdum ſiti, det etiam frigidum. Sed calor ſpiritus diſſipat, & ſudores promouet:quæ duo mala hic vrgent. frigus contra, corporis meatus denſat; tenuioreſq; & ſpiritus & humores craſſefacit.
quæ duo celerem diſtributionem remorantur. Vino igitur, C
quod. poteſtate calidum eſt,ſi actu frigiditas accedat,temperatum quid efficitur,quo à calida vi promouetur diſtributio, neque immoderate augetur meatuum laxitas, aut ſpirituum humorumuè diſſipatio.recte ergo proponitur vinum, ſed frigidum,ac potius,vt iubetCelſus lib. 3.19.egelidum(id eſt neque calidum,neq; frigidum)gelido euitato;quale languidum calorem extingueret. Sic Aetius lib. 5.c.97.atq; Oribaſius 7. ſynops c.26.quibus ob flauam bilem os ventriculi lædentem,
ſyncopa accidit, frigidum vinum tenue antiquum & fuluum D
proponunt. & Aretæus quoq; 2. de cur.ac. 3. ſi periculũ ſit, vt ex inflãmatione aliqua inſigni, in præcordijs, aut iecinore, ſyncopa accidat,pręberi iubet frigidũ vinũ ad medendũ ſiti,ſi inflãmatio pmiſerit.Cur igitur vinũ calidũ, aut frigidũ detur in ſyncopa, apparet.Sed proponitur id etiam paucũ, ne copia

ventri-

A ventriculi facultati ſit oneri, & ne liquore multo, vt ait Aurelianus, laxetur corpus: quum id certum ſit, effluxiones humore multo non corrigi, ſed augeri. Iubet etiam paulatim ſumi, non temere. quo roris atq; exilis pluuiæ inſtar in intimam ventriculi ſubſtantiam recipiatur, non, vt imber effluat. A potu, ſi tempus non ſit dandi cibi, proponebat odoramenta. quo conſilio expletur Hippocraticæ ſententiæ pars altera. qua ſi celeriori nutritione ſit opus, iubet agi odoratis; quanquam vi-
B num quoque quod prius dedit, ipſum met, & liquidum eſt, & odoratum. Et impropriè quidem nutrire odores dicuntur merito ſolidæ ſubſtantiæ atq; humorum, quæ odore non reficiuntur; at vere tamen temperantur ſpiritus, quibus etiam conſtamus. In delectu autem odorum recte acres vitat, vt quorum aſſiduus vſus ſpiritus diſſipat. non illi tamen etiam paululum naribus admoti incommodi ſunt, vt ſui tenuitate in cor, caputque celerrime iocundos halitus mittunt. Iubet deinceps, vt panis detur frigida aqua diligenter elotus. quod fa-
C cit ad fermenti calorem caſtigandum. qui tamen in hoc affectu aſperſus vino, qualem hic ipſe paulo poſt exhibet, magis probabitur. Quod dehinc ad temperandum vinum, non frigidam modo & recentem aquam, ſed etiam niuium liquorem admittit, quo dubio procul, prærerquam quod celeris alimentorum diſtributio; vnicum in ſyncope omni remedium impeditur, calor quoque naturalis ob diſſipationem humoris, quo ſeruari ſolebat, iam imbecillus periclitatur de extinctione, admirationem pareret, niſi in medio cibo id ita frigefactum da-
D ret. à cibis enim, & in ore dum manderentur, & in ventriculo ipſo caloris aliquid adeptis, aliquo modo niuis frigiditas retunditur. Sed eius etiam ex niue liquoris plus minuſuè dandum ſcribens, medicum admonet, vt an æſtus adſit, atque an vires, & conſuetudo, ac reliqua quæ ad hominis naturam pertinent, plus minuſuè frigoris ferant, bene conſideret. In ſen-

tentia autem quæ ſequitur de ſubtrahendi vini tempore, ſigna ponit, tum alia, quæ periculum minantur graue niſi ab eo abſtineatur, ſuntq; ea torpor & ſtupor, quibus admonemur materiam in caput obrepere, facturam in eo pernicioſum aliquid tum alia, quæ nihil vino eſſe opus ſignificant, datur enim vinum ad reparandas vires. quæ vbi iam ſint reſtitutæ, nihil vino eſt opus. reſtitutas autem eas eſſe prodit ſudor non frigidus, & qui non perſtat, tum præterea ſomnus inſequens, atq; ægri tolerantia melior. Qum hæc igitur adſunt, abſtinendũ à vino; non tamen (ait) denſe, id eſt, confertim, ſed ſenſim ſubtrahendo. ſcilicet repentina omnis mutatio ſuſpecta eſt. Quod addit magis ſubducẽdum vinum, ſi febres nullæ fuerint repertæ, non aſſequor. oppoſitum enim dictat ratio, ſi non adſit febris, perſiſtendum, ſi adſit, cauendum. legendum periculo meo eſt, ſi febres vlla.) quod indicant ſubſequentia. At ſi poſt ſudoris abſtinentiam fuerint acceſſiones ſubſequutæ, & ægrotantes ſufficienter reſumptos ſenſerimus, omnino vinum extemplo detrahimus: ſin vero adhuc imbecilles viribus viderimus, dabimus vinum moderatione cautiſſima. Sed quid eſt, quod ait dandum vinum cautiſſima moderatione? Pertinet hoc ad id quod admonet Aretæus. Si neceſſitas vrgeat, vino vt non ſolo, ſed cum cibo vtamur: cibum tamẽ ante exhibendo, ne vinum mentem lædat. Quod ſi multus ſudor emanet, arteriæ iam micare deſinant, vox acutior reddatur, & pectus calore deſtituatur, vinum, quantum potare æger poſſit, concedatur. quod in eo ſolo refrigerantis ſpes vitæ poſita eſt. æger ergo id bibat, modo ſolum, modo cum cibo, & per interualla. Inter cætera huius mali præſidia, vbi alia non contulerint, ad clyſteres nutrientes tranſit hic ipſe author, euitata ptiſana, vt, quæ leniat, quum ſyncope detentis pernicioſiſſimum ſit ventris fluorem commouere, ſumptaque pro ea lenticula. hoc præcipit, & aſſerit etiam in ventriculo-

A triculoſis. Celſus tamen 4. tard. paſſ. cap. 3. qui itidem huius preſſi ij meminit, ptiſanę vel halicæ cremorem non abhorret. Sed ſuperſtitioſior ſæpè eſt Aurelianus. non caret ptiſana lentore aliquo, licet careat aſtrictione. ità vt morari quidem in ventre diutius, non tamen alui fluxum parere ſoleat. melioris autem ſucci eſt, quàm lenticula, vt (ſi modo clyſteres alendo iuuare poſſint) laudabilius alimentum præbeat ptiſana, quam lenticula.

B *Exolutionis ex abſceſſus diſruptione, ſectione, hydropicorum euacuatione, curatio. Cap. XV.*

AD immoderatam euacuationem referri ſolet animi quoque defectus ille, qui ex abſceſſus diſruptione, aut ſectione, aut propter confertam hydropicorum euacuationē. Nempe conſenſus eſt medicorum, defectum illum vniuerſim fieri ob immodicam ſpirituum cum humore, qui confertim exit, diſſipationem. Habet tamen hic cauſam fortaſſe non
C vnam. In abſceſſus quidem diſruptione, ſi intro fiat, ſpirituũ euacuationem fieri, nihil eſt, quod doceat: contra autem à prauo putriq; vapore ex ſuppurata materia exhalato infici ſpiritus probabilius eſt. cauſa ergo eſt, non euacuatio, ſed corruptela. Quod ſi vel in abſceſſu, vel in hydrope ſectio fiat, etiã ſi multa confertim fiat vitioſæ materiæ euacuatio, quod tanta tamen vtilium ſpirituum diſſipatio fiat, vt induci animi defectus debeat, non eſt creditu facile. Quod certè euacuatur, ſiue id ſit humor, ſiue pus, ſiue etiam ſpiritus, inutile eſt, & prauum
D prorſumq; partibus quibus inerat noxium, atque inimicum, ac propterea ijs ab eo onere, ab eaq; moleſtia, qua tenebantur liberatis, corpus totum cum ijs leuamenti plurimum ſentire rationabile eſt. Sit vero etiam tunc aliqua vtilium ſpirituum euacuatio, ita tamen vires labefactari, vt remedium

non habeant, quod ait Galenus 6. aph. 27. credi vix poteſt: A
quum longe maior optimi ſanguinis ex naribus, ore, vtero, hæ
morrhoidibus, aut vulnerata parte alia, euacuatio ſæpe ſine tā
to periculo accidat. Alia igitur hic defectus animi cauſa eſt,
quam ſpirituum euacuatio. Sane autem in hydropicorum
ſectione Eraſiſtratus, referente Cælio Aureliano 3. tard. paſſ.
8. aliam periculi cauſam agnoſcit. nō illi diſſimilem quam Ga
lenus quoque ait in aphoriſmis. Nempe iecur in hydrope
tumidum, dum in humore natat, ab aquoſa illa ſubſtantia ſu-
bleuari. eo effuſo, quia non ſuſtentatur, fieri, vt diaphragma, B
& maiorem venam, partes ſibi annexas, prætereaq; viſcera,
quæ ſunt in thorace, trahat, atq; ita celerem mortem inducat.
Sed Aſclepiades eodem Aureliano authore, in hac ſectione
periculum eſſe ait, quia viæ quas Græci poros vocant, interie-
cto humore blando ſe tactu contangunt. & propterea illæſi
manent ægrotantes. detractione autem facta liquorum, aſpe-
ro ſe tactu contangunt, atque concidentes anguſtiantur. ac
ſimili ratione etiam ſpiritus vehementer irruens carni dolorē
facit, atq; inflationem & tormenta inteſtinorum. Ex his, quū C
propoſitorum affectuum cauſa non immoderata modo ſpi-
rituum euacuatio, ſed eorum quoque ſit, tum corruptela, tum
coarctatio, in horum curatione Galenus ſat eſſe dicens ſi odo-
ribus quam primum recreentur, poſt vero ſorbitionibus coctu
facilibus nutriantur, aliquid reliquit dubitationis. licet enim
hæc remedia corrigere corruptelam, & ſpiritus aliquo pacto
poſſint reficere, nihil hic tamen vini meminit, quod alioqui
vnum fere inter omnia vtrunque præſtare poteſt: & non tan-
tum poſtea, ſed etiam ſtatim, hic neceſſarium videtur. At ve- D
ro, ſi abſceſſu in interiora diſrupto ſpiritus ex prauo halitu cor
rumpuntur, corruptelam certe vtilium ſpirituum, eorum in-
opia ſequitur. atq; ſi foris abſceſſus aperiatur, cū praui humo
ris vaporiſq; exitu optimorum quoq; ſpirituum fieri diſſipa-
tionem

tionem negare non licet. Sed fiat etiam in hydropis ſectione,
A illa iecoris, & cum ipſo venę magnę, partiumq; thoracis deorſum tractio, & per hanc anguſtia; non fit hæc tamen ſine ſpirituum inopia, eorum maximè, qui proximè ſinus cordis attollunt, ita vt recte vniuerſim in ſpirituum defectum propoſiti affectus referantur. Quam ob rem appoſitè quoque curatio inſtituitur ex odoratis. ex ijs ſcilicet quæ non tam naribus admouentur, quam ex ijs, quæ ſumuntur. Sic Hippocrates lib. de alimento vbi citius alendum ſit, alendum ait odora-
B tis, inter hæc vero primas tenet vinum, eo hic etiam præſtantius, quo odore magis præſtat. Nihil igitur ad huius affectus à propoſitis cauſis geniti curationem, præterit neceſſarium Galenus.

Exolutionis ex ventriculi oris imbecillitate curatio. Cap. XVI.

FIT animi defectus etiam ex ventriculi oris vitio. Gale-
C nus 1. ad Glauc. 14. modos aliquos hoc ipſo in loco proponit, ex oris ventriculi imbecillitate; ex vitiatis humoribus ipſum mordicantibus, ex flaua bile ipſius os infeſtante, ex pituita in ipſo inſidente, & ex fluxionibus ad ipſum repentibus. Quorũ affectuũ quũ alij ad inopiã materiæ vtilis, alij ad multitudinẽ inutilis, alij ad vtranque pertinent, hic de imbecillitate agendum, quæ eſt ex inopia: de reliquis ſuo poſtea loco. Imbecillitatis primum nomine licet non explicet quid velit, ex ijs tamen, quæ alibi docet, apertum eſt, non aliud quam inſi-
D gnem intemperiem intelligi. Quam autem hic velit, curatio docet, quam ſubdit. Quæ, quum tota ad exſiccandum, atq; aſtringendum, ac propterea ad retentricem ventriculi vim corroborandam ſpectet, iure intemperiem humidam hic intelligi ſtatuas, eam vero non cum materia, qualis ea eſt,

quæ

quæ in ventriculi cauitate non raro cumulatur: ſed qualis ſub- A
ſtantiam potius imbuit, & lienteriam facit. Si enim in ventriculi ſinu ſuccorum copia eſſet, aſtringentia primo initio non proponeret, ventriculo humoribus pleno damnoſa, vt hic ipſe paulo poſt admonet. Eſt ergo imbecillitas hoc loco humiditas ventriculi ſubſtantiæ immerſa, retentricem vim adeo exoluens, vt detineri alimenta debito tempore, concoctioneque ad nutritionem idonea reddi non poſſint. Hinc vitalium ſpirituum inopia eſt, ob quam animi defectus. Vbi igitur exo- B
luta ventriculi retentrice vi, quis deficit animo, admouet ſtatim Galenus, quæ aſtringunt. talia autem varia enumerat, ex calidorum quidem genere pleraq; quod cum frigiditate id vitium frequentius eſt quam cum calore. & illis tamen ſi humiditati coniungatur æſtus, ad caliditatem temperandam frigida commiſcet; ea vero præſertim, quibus aſtrictionis quoq; aliquid inſit, qualis eſt ſuccus, tum ſolani, tum acerbæ vuæ, quam maximè commendat. Addit, quibus cum hoc affectu ventriculi os æſtuat, ijs ſæpe frigidam aquam in tempore da- C
tam profuiſſe, alias plurimum obeſſe. Sed ipſis etiam vinum dandum calidum, ſi nihil obſtet. Valde autem eos adiuuare, qui eiuſmodi ventriculi os habent, extremorum frictionem. Quæ omnia ſi non iuuent, æſtuantes quidem iubet ad balneũ celerrime duci, qui vero frigiditatis alicuius ſenſum habent, his diatrion pipereon, aut etiam piper ſolum, aque abſinthiũ in potu exhibendum. Sic ille. Qui, quum frigidam ſcribit in oris ventriculi æſtu opportune datam ſæpenumero profuiſſe, neque explicat, pauca ne an multa; ante cibum, an poſt, an cũ D
ipſo ſit danda, plura innuit ex rebus quas naturales, præternaturales, & nonnaturales vocant, quorum in frigida opportunè danda obſeruationem alibi explicuimus. Certum autem illud eſt, quum medico in oculis perpetuo eſſe debeat, vt tuto curet, tuto acturum eum qui in frigidæ vſu illam, & pau

A cam, & cum cibo dederit, vel poſt cibum; ac tutius fortaſſe, qui hic vbi aſtrictione quoque opus eſt, punici mali ſuccum aquæ commiſcuerit. Quod autem ſubdit vinum quoque calidum potius dandum, hoc quidem non niſi de propoſita retentricis facultatis imbellitate cum frigiditatis ſenſu, accipiendum eſt. ab ijs autem notandum, qui vinum calidum ventriculum laxare contendunt. quod hic tamen vbi aſtrictione opus eſt, à Galeno proponitur.

B

Exolutionis ex thoracis frigiditate curatio. Cap. XVII.

VBI vero ex frigiditate animi ſit defectus, tunc non ſecus atque in bulimis agendũ ait Galenus 1. ad Glauc. 14. omni modo calfaciendo. Quare vinum dandum calida temperatum, & alimenta, quæ calfaciendi naturam habeant: perfricandumque, ac fouendum ad ignem. Quo loco, quum C eadem in huius frigiditatis curatione obſeruari velit, quæ in bulimo, apertum quidem eſt, hunc qui hic proponitur affectũ à bulimo diuerſum eſſe; quis autem ille ſit, & cuius partis, nõ conſtat. quanquam enim ſtatim poſt defectum à frigido in ore ventriculi collecto ſucco, de hoc agit, atq; huic proximè alium defectum ſubdit à caliditate, in quo fricari atque irrigari ventriculi os iubet, id quod eſſe hunc quoque aliquod ventriculi malum ſuadent, quis ille tamen ſit præter bulimum, nõ conſtat. Sed, quod etiam eandem in hoc affectu atque in bulimo abſolutè curationem probat, ſuſpectum eſt, quum buli-D mus, vt aliqui graues viri cenſent, aliquando ſit à caliditate, & non ſemper à frigiditate. Sit vero etiam ab vna frigiditate, non patiet hæc animi defectum, niſi ſit inſignis. at ab inſigni frigore calor ad interiora compulſus, adaugeri ita poteſt, vt alimentum abſumat, quod in problematibus ſcribitur 8. ſect. probl. 4. proptereaq; animi defectum non modo non auertat

ſed

ſed acceſſat, non ſūt igitur calida remedia prorſum tuta. Sed A
etiam ſi hic affectus frigidus eſt, cur vinū det temperatum, & non potius meracum, non conſtat. vt neq; id etiam, quæ pars ſit calfacienda, aut fricanda. Cæterum, etſi immoderatior aeris frigiditas non raro offenſo ventriculo bulimiam atq; animi defectum parit, poteſt illa tamen partes quoq; alias lædere, vnde idem affectus prodeat. obnoxia autem frigori pars eſt thorax quam maximè. ita vt, qui per gelida loca iter faciunt, vitali ſpiritu ob gelidi aeris inſpiratum denſato, & thoracis meatibus aſtrictis, primo, difficile ſpirare mox, intercepta ſpiratione, non deficere modo animo, ſed etiam ſuffocari accidat. An ergo de thoracis frigiditate hic verba facit Ga- B
lenus? Ita arbitror. Nam & exolutio, quam proximè ſubdit ex mora in calido aere ſuffocāte & balneo, quaſi huic à frigiditate affectui oppoſita ipſa quoq; pertinet ad thoracē. Qui autem bulimiā à calore quoq; eſſe aiunt, confundunt caninæ appetentiæ, & bulimiæ affectus, ſimiles quidem, at non eoſdem, quum caninæ appetentiæ perpetuo coniūcta ſit eſuries, C
& à cibo vomitus, quorum hic non eſt in bulimia, illa vero ad initia tantum. neq; vero etiam fami accidit animi defectus, de quo agimus. Itaq; etſi caninę appetentiæ cauſa aliquando caliditas eſt, non eſt tamen bulimiæ. Vereri autem, ne ob frigiditatem, quæ bulimiam facit, cōtractus in interiora calor eo incrementi veniat, vt innatum humorem diſſipet, vanum eſt. fit in eo quidem affectu totius corporis & humorum quibus alitur, atque inſiti humidi quo ſuſtinetur, immenſa pernicioſaq; diſſipatio; ſed ab inedia maximè, atque ob extinctam D
appetentiam: hæc vero, intimo calore, ab externa frigiditate quaſi abolito. Vt autem hic vinum dilutum, non autem meracum detur, cauſa eſt, tum nutritionis celeritas hic neceſſaria quam aqua vino tenuior promouet, tum ſicitas, quæ frigiditati inſigni, maximè in bulimia, coniungitur. Cui autē parti

per-

A perfrictio & calfactio ſit admonenda, docet res ipſa. Vbi exolutionis periculum ex vtilis materiæ inopia eſt, totum corpus agitare, ſine maximo periculo non licet. ſiue igitur hæc ſit thoracis intemperies, ſiue bulimia, thoracem ad enſiformem cartilaginem cui ſubeſt ventriculus, fouere, ac fricare vtile eſt; blande tamen, & leuiter, vt imbecillus calor excitetur, non etiam importune diſtrahatur, aut foras violentius tractus diſſipetur.

B

Exolutionis ex thoracis caliditate curatio. *Cap.* *XVIII.*

VT in ſuperiori affectu ex frigidiori aere inſpirato exolutio accidit, ita etiam ex calidiori, quo & vitales ſpiritus diſſipantur, & cordis thoraciſq; vniuerſi calor adeo excandeſcit, vt, quum refrigerationis indigentiæ thoracis am-
C plitudo non reſpondeat, & animi defectus, & mors eueniat. Sic Hippocrates 5. aph. 16. calido, ſi quis eo ſæpius vtatur, & alia, & animi defectum, ac mortem ſuccedere admonet. Quibus hoc accidit, hos ſtatim ait Galenus 1. ad Glauc. 14. refrigerandos eſſe, & roborandos, frigidam aquam aſpergendo, flabellando, & ad ventum exponendo, atque os ventriculi fricando, irrigandoque, deinceps vinum, atque alimenta exhibendo. At, quid frigida aſpergendum ſit, cubiculumnè, an pars corporis aliqua; Cur os ventriculi fricandum, atque irrigandum; prætereaque quale vinum, aut alimentum conueniat, non docet. Verum proponitur quidem à Galeno in ſu-
D perioribus faciei quoque aſperſio ex frigida, ad eius qui ſit exolutus, excitationem. & manuum quoq; in frigidam immiſſio conferre ſolet in magno æſtu. at tollenda eſt ante omnia aeris caliditas, mali huius cauſa. corrigi autem illa poteſt, tum frigidæ aquæ ſiue proiectione in aerem aſſidua; ſiue cubiculi aſperſione, ſiue alia quauis tractatione; tum aeris per

flabella,

Digitized by Google

flabella, perque venti à frigidis locis, & per frigida admiſſione. ita enim frigido aere non inſpirato tantum, ſed etiam per inſenſiles corporis totius meatus intro ſubeũte, interior æſtus temperatur. Verum quorſum oris ventriculi frictio? ſi enim in frigido de quo proximè actum eſt, affectu confert, vt eadẽ in calido illi contrario proſit, nulla ſuadet ratio. Et quidem frictio, partis cui adhibetur calorem excitat, ad illamq; à proximis ſpiritus atque humores trahit; in exolutione autem de qua agimus facta eſt immoderatior ab interioribus ad exteriora effuſio, prætereaq; diſſipatio & caloris & ſpirituum, quã corrigere refrigerando, ac denſando oportet. blandiſſima igitur, ac breuis hic tractatio, quaſiq; titillatio eſſe debet, qua calore tractantis manus tractatæ partis caliditas ob ſimilitudinem foueatur. Ab hac irrigatio eſſe debet ex refrigerante, denſanteque, imo & ſui odore ſpiritus recreante oleo, quale eſſet myrthinum, aut roſaceum. Poſt irrigationem vino alimentoque eſt opus, quo refici ſpiritus, quam celerrimè, ſimulq; refrigerari corpus poſſit. Et ſi ergo immenſus calor frigidam aquam requirit, aptius tamen ad alendum vinum eſt. recte igitur dat vinum. debet vero id & bene odorum eſſe vt celeriter nutriat; & frigida dilutum, vt æſtum temperet; & paucum, vt ne copia vires exhauſtas grauet, & cum mica panis, vt melius nutriat,

A

B

C

Exolutionis ex thoracis ſiccitate in febribus curatio.
Cap. XIX.

D

TANTVS eſt non raro febrium æſtus, vt inter acutiſſima alia ſymptomata moleſtiſſimam quoq; faucium, oriſq; ventriculi, ac thoracis vſq; in cor pariat ſiccitatem, ad quam exolutio accidit. Vbi id periculum eſt, docet Galenus, quomodo & prohibeas ne adueniat, & vbi aduenerit, ſuccurras.

Præ-

Digitized by Google

A Præſeruatio eſt ſi duabus tribuere ante febris acceſſionem horis, idonei alimenti quid detur, & conſtringantur manus, ac pedes. In alimento autem inſtituendo pro maiori periculo agendum. Si magnum impendeat diſcrimen ex ſyncopa, (quod maximè cognoſcitur ex præcedentis acceſſionis cum ſuperioribus comparatione, & pręſenti virium robore) vitium dari iubet. præſertim in elixam alicam infuſum. Si minus ſit quod metuas, miſſo vino punica mala pyraue, aut fructuum aſtringentium aliquid dare ſat eſt. quos etiam fructus ſi acceſſio fuerit mediocris, vbi alia expectatur acceſſio omittes.

B At ſi ex inopinato ſuperueniat ſyncopa, tūc remedium eſt vinum calidum cum pane, & alicæ calidæ poculo datum, euitatis cibis, & coctu difficillibus, & multis, vt qui ſyncopam accerſant, & ſtangulatum. In his Galeni præceptis, quorſum, ad euitandam exolutionem, cuius cauſa eſt ſiccitas ab aſſumpto alimento manus pedeſque conſtringi; & in vini quoque vſu ad præcauendum, quale id eſſe debeat, dilutum an meracum, & cur cum alica, præſente vero iam affectu non frigidam det, ſed calidam, non conſtat.

C Cæterum manuum quidem ac pedum conſtrictio ad auerſionem caloris, qui in maximis illis thoracis æſtibus, quos ſiccitas conſequitur, extremis partibus relictis ſurſum ferri ſolèt, imperatur, Vinum, vero vbi præcauere oportet, ad æſtus & ſiccitatis temperiem, ſimulque ad virium conſeruationem, non niſi dilutum, & frigidum conuenit. dat vero id cum pane, aut alica. vt ſpiritus & craſſiores, & minus diſſipabiles fiant. At vbi præſens iam eſt affectus, vinum dandum eſt, non frigidum, ſed calidum,

D quale ad celerrimam inſtaurationem viriū eſt opportunius.

Exolutionis ex animi perturbationibus curatio. *Cap. XX.*

FIunt tandem ex animi quoque perturbationibus varijs exolutiones; ſpiritibus, vel foras, vel intro, vel vtroque verſum

verſum immoderate confluentibus. Vt præſenti affectus ſuc- A
curratur, & excitetur æger, odores, nariumque appræhenſionem proponit. poſtea vero curandum ait, vt affectui conuenit. Cum odoribus locum habet bene odorati vini hauſtus læuis, maximè in timore, ac mæſtitia: ita & in gaudio, in quo foras nimia fit ſpirituum diſſipatio. In ira contra, vel frigida aqua, vel potius ea dilutum vinum ex vſu eſt; quo poteſt tum eſcandeſcens calor reprimi, tum ſpirituum copia celeriter reſtitui. B

Animi defectus ex multitudine. Cap. XXI.

ABſoluta priori animi defectuum ſerie percurramus nũc alteram, quæ refertur ad multitudinem. Accidere igitur ſolet animi defectus ex multitudine. Hæc vero nunc totius eſt corporis, quam plethoram vocant, nunc præcipuũ aliquod viſcus obſidet. Plethoram autem parere ſolet plenior victus. corporis animique ocium, aut ſuppreſſa aliqua C
ſanguinis conſueta euacuatio. Vbi ergo quis ex hac cauſa animo deficiat, iubet, vt artus quam plurimum fricentur, ac calfiant: & inijciantur vincula: hæc vero manibus potius quam cruribus. Vino cibiſque abſtineat; & balneo quoq; ſi febris adſit. Potus ſit melicratum ex thymo, pulegio, origano, hyſſopo, aut oxymelite. In qua curatione mirum alicui ſit, quod venæ ſectionem omnibus præſidijs non præponat: quod frictionem illam plurimam, & calfactionem, imo & balneum imperet, quibus fuſiles longeque aptiores, vt ad imbe- D
cillum cor fluant, humores reddi, corpus vero in maiorem tumorem, ac propterea ſuffocationis periculum maius attolli ſolet. Neque vero etiam apparet, cur vincula manibus potius quam cruribus inijciat, quum contra in affectibus cordis trahendum ſit in inferiora. Cæterum, quæ ad tollendam

qui-

Digitized by Google

A quidem multitudinem pertinent reliqua, non præteriiſſe Galenum, arbitrandum eſt. iis autem præmiſſis, nunc ſymptomatis, quod iam inuaſit, quæ habenda ſit ratio, aperit. Trahendum quidem eſt ab interioribus ad exteriora. hoc vero, & frictiones, & calfactio artuum, & balneum, vbi iam ſublata magna ex parte multitudo eſt; efficiunt citra noxam, & ſine ſuffocationis periculo. In balneo tamen obſeruandum, quod, quum tres eius ſint partes, prima calidi aeris, ſecunda calidæ aquæ, tertia frigidæ; non alia hic pars intel-
B ligitur quam prima. reliquæ enim magis exoluerent, altera humores fundendo, obſtructionemque duplicando, altera cutem denſando, & prohibendo perſpiratum. Quod autem de manuum potius quam crurum vinculis legitur in vulgata lectione, id irrepſit temere. neque eſt in Galeni contextu. Id notatu dignum eſt hoc loco, quod de vini potuſque abſtinentia præcipit. in quo vulgus facile labitur, in omni exolutione ad vinum, ac cibum properans. quibus vbi ex humorum copia ſit affectus, nihil pernicioſius. quum & vi-
C num fluxiones in cor promoueat, & adaucta ex iis aſſumptis multitudine in maius ſuffocationis diſcrimen cor ducatur.

Curatio exolutionis ex multitudine in præcipuo viſcere ob inflammationem, aut humoris praui in ipſum confluxionem febrilis acceſſionis initio. *Cap. XXII.*

D AT ſi, non totum corpus, ſed præcipuum tantum viſcus multitudo vrgeat, ſit hoc quidem tripliciter. vel quia partem inflammatio aliqua obſideat, vel quia in febrilis acceſſionis initio ad illam praui humoris fiat confluxio: vel quia in ipſa magna iam [illegible] conſtiterit. Vbi primi,

vel

vel ſecundi modi multitudo eſt, & animi defectus accidat, A
tunc quidem extremorum quoque frigiditas accedit, contracto ad cor cum humoribus calore. Proponit igitur Galenus frictiones validas, & fomenta, & vincula, vt calor foras euocetur, qui intro cum humoribus contractus ſuffocationis periculum inuehit. Imperat hic etiam vigilias eandem ob cauſam, quod ſcilicet per ſomnum intro fluunt humores quos foras ne ſuffocent, trahere expedit. Sed quod abſolutè cibi potuſque omnis abſtinentiam imperat, non caret ſuſpicione, quando, licet in viſceris cuiuſq; inflammatione ne illa augeatur cauendum ſit, augeri autem ſolet alimento; in maligna tamen febre, quæ cum inſigni humorum prauitate eſt, in qua vires celerrime cadunt, corrigere prauitatem & ſeruare vires neceſſe eſt. hæc vero vtroque alimentum præſtat vt Galenus 1. aph. 17. verum, quod in ſuperiori defectu, ita in hoc (arbitror) ſermo eſt de agendis eo tempore, quo iam animo æger deficit. tunc enim reuocandus eſt frictionibus, fomentis, vinculis, vigilijs, non etiam nutriendus. At ſedato ſymptomate, alendus æger eſt cibis, qui bene alant; & potu eiuſcemodi, qui inflammationem febremue non irritet, aut concitatis nouis humoribus adaugeat; ſed refrigeret, atq; vbi adeſt ſuccorum malignitas, eam corrigat. talis autem punici mali acidus eſſet ſuccus, aut aliud ſimile. De tertio autem multitudinis in parte modo ſunt, quæ idem author de principalis membri obſtructione affert. Quo loco, quid per principale membrũ intelligat, ex ijs, quæ ſubdit, colligere eſt. Obſtructionem enim hanc, niſi plehorica ſyndrome adſit, cognoſci ait ex inæqualitate pulſus, ſecundum alias quidem etiam differentias, ſed maximè in magnitudine & paruitate, vehementia, & caliditate. atq; ex eo quod aliquando ſunt intercidentes. Ait autem (niſi plethorica adſit ſyndrome) quia in plethora quoque conſimiles ſunt pulſus. id quod nobis ad ſyncopam, ex

B (margin, beside "quando, licet…"); C (margin, beside "culis, vigilijs…"); D (margin, beside "enim hanc…")

A priori, de qua dicebamus, totius multitudinem cognoſcendam indicio eſt. Eſt autem læſa pulſuum actio, cordis noxa. animi igitur defectum intelligit ex obſtructione in corde genitum. Atqui, non ne in primi quoq; ac ſecundi modi multitudine, de quibus diximus, ob id ipſum fit animi defectus, quod in ijs ſpirituum viæ obſtruuntur? Habet ita quidem res. Sed aliquid eſt diſcriminis, quod prima obſtructio eſt ex plethora, ideſt, optimi ſanguinis copia; ſecunda ex vitioſo humore, tum calidiori in inflammatione, tum prauo, ac putri in

B maligna febre. tertia vero hæc ex craſſo eſt, ac tenaci. Nam curatio, quam inſtituit, hoc docet. primo enim dat oxymeli, potumque ex melle, hyſſopo, origano, & pulegio. euitatiſque cibis craſſis, ac lentis vt noxijs, dat incidentes. ita conſulens obſtructioni. Addit frictiones, & vincula, ad auerſionem à corde. Tranſit dehinc ad cientem vrinas potum. qualis qui anethum, fœniculum, apium, petroſelinum, ammi, daucum, & ſpicam nardi recipit; ad auerſionem ſimul, & attenuati

C humoris euacuationem. Atque hæc vbi manifeſte iuuerint, iam tunc ait vino vtendum eſſe albo & tenui, ac non admodum antiquo. Quo loco, quod vinum tunc ſolum det, quum cientia vrinam manifeſte iuuerint, illud dari innuit non ad vrinarum tantum prouocationem, quam ſatis ille potus promouet; ſed ad alium etiam vſum, conſeruationis virium. Sed quod vinum non det niſi potus ille manifeſte iuuerit; habet hoc quidem aliud conſilium. eſt vero id quod vinum attenuatos humores facile in cor vehit. Non prius igitur dan-

D dum, quam naturam ad conuenientem regionem repere ſit obſeruatum. Cur autem in vini delectu & album, & tenue, & non admodum antiquum velit, aperta ratio eſt. Album minimè omnium vinorum calidum eſt. id etiam tenuiſſimum, & aquoſiſſimum eſt, impetumque habens ad vrinarios

meatus. Vbi autem vetuſtius non eſt. præterquam quod minus caput tentat, etiam ſuauius eſt. id quod in ſyncopa requiritur, vt ſuo poſtea loco. A

Exolutionis ex prauis ſuccis ventriculi os mordicantibus curatio. Cap. XXIII.

FIT defectus animi ex prauis quoque ſuccis ventriculi os mordicantibus, cuius curationem proponit Galenus. In B qua, quoſnam mordicantes ſuccos intelligat, non plane conſtat, quia in mordicantium genere primas tenet bilis. At in ſyncopa ex oris ventriculi morſu à bile, longe aliam in libris methodi medendi 12. meth. 4. curãdo inſtituit viam. Verum, non bilioſi modo, ſed infecti putredine inſigni cuiuſuis generis ſucci mordaces ſunt, & ventriculi os, ſi illi inhæſerint, mordere poſſunt. Hic igitur, vbi id vitium eſt ab humoribus ventriculi os mordentibus, ſcopos vniuerſim obſeruandos proponit; tunc tamen etiam exequendos. Vbi priuatim eius morſus C cauſa bilis fuerit. illic vero, quia ſyncopa ex bile frequentior maliginiorq; eſſe ſolet, de illa agit; neq; omnem tamen, ſed ſolam, quę victum ſpectat curationem proſequutus: ita vt quę illic notat, ad hæc appendicis habeant locum. Sed videamus primum, quæ hic ſcribit. Quicunq; igitur ſuccus ventriculi os mordicando animi defectum pariat, primum omnium is tollendus eſt. eius vero tollendi tuta, & eadem compendioſiſſima ratio eſt, per vomitum. Qui, quum excitandus ſit per ea maximè, quæ peccanti humori conueniunt, quia is D mordax eſt, recte aquam proponit, vt quę inſipida, acri humori commiſta, eius mordacitatem frangit proponit autem calidam, quia, licet humor præter acrimoniam, inſignem etiam calorem habeat; & eius gratia frigidam potius quæreret,

vt

vt qua etiamnum ad vomendum veteres ſunt vſi; viarum tamen laxitas ad vomendum neceſſaria eſt, quam frigiditas denſat, caliditas adiuuat. vt ſit autem calida non intenſe, ſed moderata, ac quaſi tepida, oportet. Hac ſumpta, ſi non ſequatur vomitus, dat hydreleum: quod & leuitate ad os ventriculi innatans, nauſeam parit; & lenitate, ac mollicie facilem humori exitum facit; ſimul vero etiam temperat acrimoniã. Si adhuc difficile vomitus fiat, regiones circa ventriculum fouet, veterum more, ante omnem per ſuperiora, aut inferiora

B purgationem calida fomenta ventri adhibentium ad humorum fuſionem, & meatuum laxitatem. Fouet vero etiam manus, ac pedes. cuius non alia patet ratio, quam quod neruoſæ partes neruoſis conſentiunt. nempe etiam ex pedum frigiditate dolent aliqui ſecundum ventrem, cõmunicata illi ab ijs frigiditate. Quæ ratio ſi eadem eſt etiam manuum, ſane cur, qui aſſumpto pharmaco vomituriunt, manibus in frigida aqua detentis non vomant, aliqua hinc pendet ratio. ſicut enim vomitum adiuuat ventris caliditas, ita ex oppoſito

C cohibet refrigeratio: quæ & meatus denſat, & humores craſſefacit. iure igitur frigore à frigefactis manibus communicato ori ventriculi ſedatur nauſea, & vomitus. Redeamus ad Galenum, qui, ſi nec fomento quoque citetur vomitus, digito aut penna immiſſa laceſſit. ac rurſum, ſi neque ita fiat, oleum dat calidum quam optimum, vt quod ſolet vomitum irritare, imo & præterea emollire aluum: quem in hoc affectu lubricũ eſſe non modo vtile eſt; imo niſi ſit, danda eſt opera vt fiat, præcipuè autem ſubditis, id eſt, glandibus immiſſis. Hæc ex

D illo. qui quod glandibus, ac non potius clyſteri irritet, quo idem author in libris methodi 12. meth. 3. in ſyncopa ex crudis humoribus vtitur, non caret ratione. Quod enim per clyſterem in aluum immittitur, qua vi per ſyphonem inijcitur, eadem, quæ ipſi occurrunt, mouet, atq; etiam pro parte ſur-

ſum impellit. fit ergo, vt qui in ventre praui ſunt humores, A
vel praui ex ipſis excitati halitus, vel fortaſſe etiam medica-
mentoſa eius quod immittitur, qualitas per viſcera in ventri-
culum atq; ipſum cor delata, eas partes male afficiat. Vnde
& tormina, & moleſtiæ ſæpe variæ, & animi defectus ex leui
etiam, ac benigno clyſteri ijs fiunt, quibus viſcera paulo exa-
ctioris ſenſus eſſe contigit. An hic igitur, vbi à vitioſis humo-
ribus fit ſyncopa, irritare id materię genus, ac mouere tutum
non eſt? Ita quidem videtur. propterea glande vtitur, quæ
ſphyncterem ſolum mordicat: & non modo in ſuperiora ali- B
quid non mouet, imo vero à ſuperioribus ad irritatam partem
retrait. Hic igitur ob ſuccorum mordacitatem tutus non eſt
clyſteris vſus, in ſyncopa vero illa ex crudis humoribus; quia
illi mordaces non ſunt, nihil ex clyſteri periculi eſt. Cur ergo
ad mouendam aluum hic ſubdita præſertim probet, apertum
eſt. At præterire tamen nō licet, clyſtere alijs nominibus præ-
ferri glandi, irritat quidem glans, ſed aluum non emollit; ne-
que ex alto trahit vt clyſtere. cuius liquor ſurſum in inteſtina
expreſſus, excrementiſq; immiſtus, quæcunque occurrunt, ſi C
dura, ſint emollit; ſi mordacia mitigat. abluit etiam inteſtina,
& eorum ſordes detergit: quorum nullum glans poteſt. Cur
ergo glande hic potius vtatur, alia fortaſſe ratio eſt. cū enim
qui facile animo deficiat, agitare tutum non eſt. operoſior au-
tem eſt, & maioris agitationis clyſteris quam glandis immiſ-
ſio. quare & Hippocrates 1. de rat. v. in ac. 45. vbi minus vali-
dæ ſint vires pro clyſteri immittit glandem. Si cui igitur mi-
nus moleſtus, minuſq; incommodus clyſteris eſſe vſus ſoleat:
&, ſi vires ferant, clyſtere quidem ſemper maioris eſt vſus. pe- D
riculum vero defectus animi, qui illi aliquando coniungitur,
auertitur, ſi quod inijciatur minus ſit acrimoniæ particeps, &
minus caleat. Stephanus Athenienſis ante clyſterem aquam
temperatam ſe præbere aſſerit, vt quæ qualitatem à clyſteri

Digitized by Google

A prouenientem ſtomacho immediate occurrere non permittat. Quæ tamen diligentia in hac de qua agimus curatione, quo modo habere locum poſſit, quando iam & aqua & hydrelæum & oleum præceſſere, non video. Itaque ad arcendum prauam ex clyſtere ab ore ventriculi qualitatem, mali tum punici, tum medici ſuccus; imo & panis bucella aceto madefacta, aut quid aliud tale ante clyſtere ſumptum iuuabit. Proſequitur curationem reliquam Galenus, & ſubducta aluo, melicratum cui incocta ſit abſinthij coma, dat bibendum. Dat
B vero etiã & vinũ. Melicratum autem ex abſinthio, quod adeo ex ſapore & qualitate, ac natura omni à ſanguinis natura alieno, non modo ad nutritionem idoneum non eſt, ſed cibis commiſtum ipſos, quos inficit nutriẽdis partibus aſpernabiles reddit, dandum eſt ſeorſum à cibis. cum cibis vero vinum. De cuius, quemadmodum, & ciborum, delectu, atq; vſu, nihil ſcribit, ne ea repetat; quæ, vbi de animi defectu ex nimia, & confertim facta euacuatione, abunde de eo dixerat. Sed, quum
C illic in fluxionibus, quæ in ventriculum repunt, vinum probarit tenue, & calidum, quale leſbium; quod idem etiã expers non eſt auſteritatis; merito id vini genus, hic, vbi robore etiã opus eſt, conueniet. datum autem cum cibo, vt mos eſt in nutriendo. Sed de vino in hoc affectu, mox diligentius. Subdit omnino roborare oportere particulas tum per medicamẽta exterius appoſita, tum abſinthij potionibus. Sed, vt non prius hoc fiat, quam quæ circa ventrem, ſint pura: nempe, quod dum adhuc in ventre continentur ſucci, aſtringendum
D non ſit; ſed tantum vt antea dictum eſt, fouendum. Cuius præcepti ratio non eſt prorſus vulgaris. Videntur quidem, aſtringentia humores in partibus quibus admouentur inſidẽtes, denſare; vnde denſati, & craſſefacti difficilius poſtea coquantur. Atqui non ſemper craſſefactio inutilis eſt; quæ in tenuioribus humoribus non vtilis modo eſt, ſed ad compa-

randam ſalutem neceſſaria. ita vt in animi defectu ex vitioſis ſuccis ventriculi os infeſtantibus, ſi tenues ſint, quales bilioſi, partibus quæ circa ventrem ſunt, antequam puræ ſint, aſtringentia admouere ſalubre ſit futurum, contra quam ſtatuat Galenus. Aliud ergo ipſum ſpectaſſe probabilius eſt, nempe, quod denſatis per aſtringentia meatibus partium, quæ circa ventriculum ſunt (ſunt autem meſaraicę venæ, iecur, & lien) tum obſtructionis in ipſis gignuntur non exiguæ; tum prauorum humorum euacuationes difficilius fiunt. A

B

Animi defectus ex bile ventriculi os mordicante.
Cap. XXIV.

Hæc igitur de animi defectu ex prauis ſuccis ventriculi os mordicantibus. Ad quæ, quum id quoq; pertineat, quod de bile os ventriculi infeſtante ab eodem authore in libris methodi ſcribitur, ne rem eandem alibi repetamus, præſtat, quæ illic ſcribuntur, huc afferre, & eodem, vt ſuperiora, modo expendere. Itaq; qui hac laborant, his ait potum frigidum exhibendum. hoc autem, vinum aliquod, alimenti deductionem in corpus promouens. quale omnibus C quos ſyncope male habet, conuenit: in quibus ſcilicet diſtribui per corpus nutrimentum, non autem manere in ventre oportet. Eſſe ergo debet ſubſtantia tenui, natura calidum, ætate vetus, ſapore iocundo, colore κιῤῥὸν quod autem tale eſt, continuo etiam boni odoris fuerit. Subſtantia ergo tenue eſt, vt ait, quod inter aquoſum, & craſſum medium eſt. aquoſa enim vina diſtributionem quidem promouent, ſed inefficacia ſunt. craſſa vero diſtributionē retardāt; propterea noxia ſunt, D præſertim in ſyncopa ex crudis humoribus. at tenue, de quo agimus, diſtributionem promouet, & efficaciter promouet. Natura autem calidum vinum id eſſe ait, quod ſi paululum, vbi miſtum eſt, guſtes, ſenties calorem per totum corpus trāſ-

A mitti. Sunt vero, quæ talia ſunt tenuia, quia caloris munus eſt attenuare. Adiuuat etiam vetuſtas tenuitatem, quia quo vetuſtius, eo defæcatius. Sed & vinum in hoc affectu ſapore eſſe debet iocundo, quia iniocunda ſtomachum lædunt. propterea amarum vinum etiam ſi id ſaporis illi non natura, ſed vetuſtate accidat, vitandum, ijs præſertim quibus ſtomachus flaua bili vrgetur. quia quod tale eſt, laudabilem, & nutrientem ſuccum amiſit: præterquam, quod ſtomachum offendit. auſtera vero, licet ventriculum roborent, caputque inter om-

B nia minime tentent, alimenti tamen in corpus digeſtionem non promouent. quare & hæc euitanda. danda vero ea, quæ natura quidem auſtera ſint, ſed præ vetuſtate ſenſilem aſtringendi vim non amplius exhibeant; leuiter autem aſtringant. Vult etiam colore eſſe κιῤῥὸν & ratio eſt, quia debet eſſe calidum: at nullum ex albo vinorum genere calidum eſt. & quotquot in vinis calidiſſima ſunt, flaua ſunt omnia. Quod addit de odore, paulo poſt expendetur. Summa eſt, vinum quod tale eſt, iocunde ſumi, ad concoctionem facere, digeſtionem

C in corpus promouere, ſucci vitium mitigare, corporis habitũ excalfacere, & ſtomachum firmare. Huius naturæ vinum eſſe ait Surrẽtinum, Signinum, Sabinum, Tiburtinum, Marſum. & hæc omnia ſalubria eſſe ſtomacho, qui amara bile vexatur. ijſque vtendum quoties vel ex ardenti febre offenſus ſtomachus ſyncopam attulerit; vel alias multa in eum bilis confluxerit. aut is multam imbiberit bilem. Addit, ſi in talis vini penuria, quod accommodum ſit vtrique ſyncopæ, & quæ ex craſſi ſucci, & quæ ex bilis multitudine, coactus ſis vino ali-

D quo alio vti, fugienda quidem tum auſtera, tum noua, & craſſa: deligenda vero aquoſa, magiſque ſi ſint antiqua. quod talia, etſi valenter non calfaciunt, facile tamen in omne corpus deducuntur. quare, quum in celeritate digeſtionis conueniant aquoſa cum ijs, quę κιῤῥοὺς vocat (appellemus nos interea

fulua)

(I. 2103)
Digitized by Google

fulua) differre tamen, quod fulua concoctioni & ventriculi & venarum magis conducunt, quia magis calfaciunt. & magis miſcibilia, ac nutrientia ſunt. propterea que ad ſucci bonitatẽ opportuna & vtilia. quarum facultatum nulla eſt in aquoſis, vt quorum ſubſtantiæ minimum in ſanguinis ſpeciem mutatur. lædunt tamen fulua caput: cui aquoſa minus ſunt noxia. hæc vero etiam vrinas præ cæteris mouent: his vero proxima ſunt inter fulua, quæ maximè tenuia ſunt. quare hæc ad ſyncopas deligenda. Sunt enim fulua alia craſſa, alia tenuia. & craſſa tardius deducuntur in corpus quanquam auſteris omnibus magis penetrabilia. Sed nutriunt magis quam tenuia, & vitioſos ſuccos omnium vinorum celerrime bono ſanguine generando corrigunt. Hæc fere Galenus, in quibus aliqua ſunt, quæ excitent ad dubitandum. Vt enim, quod primum ſcribit; in ſyncopa ex bile flaua os ventriculi infeſtante frigidum potum dandum, rationi prorſum conſentaneum eſt, quę caloris mordacitatiſque bilis remedium quærit per contraria. ita, quod in eo ipſo affectu, vinũ proponat, & id natura calidũ, atq; inter vina generoſum, quod guſtatum calorem in totum corpus diffundere ſentias; & repetat quoties ex ardente febri offenſus ſtomachi ſyncopam attulerit, vel aliàs multa in eum bilis confluxerit, vel is eius humoris multum imbiberit, tunc Surrentinum, ac reliqua illa generoſiora eſſe opportuna; hoc quidem maximè mirum eſt. non ob id modo, quod talia poſſunt & ardentem febrẽ in immenſum promouere, & adaucta calida ſiccaque intemperie bilem tum acriorem reddere, tum adaugere; Sed etiam, quod noxiũ illũ humorẽ in caput, aut principem aliam partem, maximè in cor, ventriculo in hoc affectu nimis conſentiens, cum præſentanea pernicie inferre. Sunt quæ etiam de calore, de colore, atque odore non carent obſcuritate. Quum enim calorem cognoſci ex eo oſtendit; quod ſi paululum, vbi miſta ſint, guſtes, ſentiens calorem per

totum

A totum corpus tranſmitti: quid vult quum ait, vbi miſta ſunt? An miſceri vult aqua? At talia quidem, nedum caliditatem per totum guſtata non tranſmittent; ſed ne largius quidem epota illius vllum, vel in ore, vel in ventriculo ſignum prodent. De colore, quum κιῤῥὸν Vinum deligit, videamus cur tale eſſe velit. Non alia quidem ex eo colligi poteſt ratio, quã quia eſſe debet calidum. flaua autem calida ſunt. Verum quis non norat fallaciam? Sic enim ſcribit, quaſi ſola flaua calida ſint. At in nigrorum & rubrorum genere in Italia paſſim, præſertim in Taurinis generoſiſſima multa ſunt. Et in albis

B etiam (quod antea oſtẽdimus, aliqua ſunt, quæ quum ab aqua vel colore vel tenuitate ſubſtantiæ parum differant, tanta tamen ſunt, & caliditate, & vi vt temulentos eos ſæpe reddiderint, qui inſcij temperatum ex his quaſi ex aqua vinum liberalius hauſere. At neque illud hic prætereundum, quod quum à principio in hoc affectu vina eſſe velit fulua, κιῤῥοὺς (interpres male vertit flaua) poſtea habet, quotquot calidiſſima ſunt, omnia ſunt flaua ξανθοὶ. non leui culpa, ex eo,

C quod calidiſſima flaua ſunt, probans vinum quia debet eſſe calidum, eſſe oportere fuluum. De odore autem ſatis quidem conſtat, varios vinis ineſſe odores, tum connatos à ſolo vitiſq; natura, & vuarum maturitate, vel acerbitate, probitate vel vitio, ac corruptela, tum aduentitios ex aere, & vaſe in quo premuntur vuæ, & ſeruatur vinum. quod autem ex tenuitate, caliditate, colore, aut vetuſtate, bono odore ſit, nihil quidem neceſſe eſt. quum & craſſa, & imbecillia, & nigra, & noua grato non careant odore. Eſt & in quo de aquoſis agit, dubitatio.

D Si enim in ſyncopa hac, ad celerem alimenti deductionem vino opus eſt, cur non potius longe minori periculo aquoſum, & id antiquum detur, quod non ita calfacit, & facile tamen deducitur in corpus, vt ipſe quoque ait? Tandemque damnat is craſſa vina, vt quæ non facile deducantur in corpus, at

poſtremo

Digitized by Google

poſtremo tamen quum fuluum vinum aliud craſſum, aliud te- A
nue ſit; craſſum fuluum nutrire magis quam tenue ait; celerri-
me omnium vinorum vitioſos ſuccos, bono ſanguine generã-
do, corrigere. nihil autem dubium eſt, quod celerrime nutrit,
id etiam facile deduci in corpus. Hæc in propoſita Galeni ſen
tentia videbantur difficilia. Cæterum, vt vinum quidem, &
id generoſum in ſyncopa ex bile flaua detur; ex ſymptomate,
non ex materia à qua id pendet, indicatur. præceps enim viriũ
in ſyncopa lapſus ex præcipiti eſt diſſipatione ſpirituum, quæ B
ſtatim ijs, quæ ſpiritus reparent, corrigenda eſt. præſtare autẽ
id ſolum poteſt vinum, & tale, quale proponitur. vt propterea
poſthabita & cauſa morbi, & febris ardore, illi ſymptomati at-
tendendum ſit. Sed etiam, licet vinum, idque generoſum de-
tur, datur tamen actu frigidum. frigiditate autem retunditur
bilis acrimonia & calor. datur & paucum. quamuis id Gale-
nus ſileat. adde, quod ea verba quæ interponuntur, (ſi paulu-
lum vbi miſta ſint deguſtes) non ſine aquæ alicuius commi-
ſtione id proponi probant. ita vt vinum quidem generoſum C
deligendum, ſed aqua frigida commiſcendum & parce dan-
dũm ſit. quod autem tale ſumitur, neq; vt excandeſcat bilis,
aut febris efficiet, neque non deductioni alimenti aptum erit:
præſertim cum alimento, quod vini coniungi oportere nulla
dubitatio eſt, quando diſtributioni alimenti non inſeruiet niſi
coniungatur. At quomodo vinum aqua miſtum, etiam pau-
ca, calorem in totum corpus tranſmittet? Poterit quidem id
paulo poſt, vaporibus in cor & ab eo in vniuerſum corpus fri-
gidum diffuſis: At priuſquam detur, imo antequam diluatur, D
guſtandum à medico eſt. & quod tale eſt, vt calorem toti lin-
guæ corpori, & palato guſtatum prodat, id opportunum eſt.
De colore autem, fuluum vinum eſt, vt hic à Galeno ſcribitur
coloris ignei pallentis, id eſt, ignei dilutioris, minuſque colo-
rati quam flauum, quod ξανθὸν eſt, bili flauæ ſimile. propterea

inter

Digitized by Google

inter generoſa vina fuluum proximum illi eſt, quod flauum,
A & calidiſſimum eſt; quale importunũ eſt in hoc affectu, in quo
ſat eſt, vt eiuſcemodi vinum ſit, quod deductionem alimenti
in corpus celeriter promoueat, neq; immodicam excitet cali-
ditatem, quam flaua vina excitarent. Rectè igitur non fla-
uum, ſed fuluum deligit. & ex eo quod flaua calidiſſima ſunt,
fuluum probat; quia calidum eſt. nempe quum flauo fuluum
proximum ſit, ſed dilutiori colore. At contra caliditas in ni-
gris quoq; & albis aliquibus excellit. propterea ex caliditate,
B quæ hic requiritur, inferre non licet, non aliud quam fuluum
vinum hic eſſe ex vſu. Verum non calidum tantum, ſed etiã
tenue, vt ſit aptum ad deductionem hoc loco quæritur. nigra
vero omnia, vt terreni elementi plurimũ participia, ſunt craſ-
ſa. Ex albis vero licet aliquod caliditate ſit inſigni, quod idẽ
tenuiſſimum quoq; agnoſcitur, ex temulentia quam prom-
pte inuehit: vniuerſim tamen album vinum omne, vt aquam
refert colore, ita & viribus. quod à Galeno in ferendo de al-
C bis vinis iudicio animaduerſum eſt, album colorem ſumente
pro aqueo: non etiam pro fuluo, vt Aurelianus, qui albũ quæ-
rit, & Sarrentinum fuluum proponit. De odore vero, quod
vina quę tenuia, calida natura, fulua & vetuſta ſunt, eadem bo
ni quoque ſint odoris, certum eſt, niſi quid aduentitium ſit.
odoris enim pręſtantia ex coctione eſt, & optima tum ſubſtã-
tiæ miſtione, tum qualitatum elementarium confuſione, quæ
non niſi à calore, neque niſi cum tenuitate. quæ ſi in propo-
ſito ſint vino, vt odore id quoque præſtet, neceſſe eſt. Neque
D vllus merito neget ſuum eſſe craſſis quoque & nigris & albis,
& nouis odorem. ſed ſat eſt id, quod proponimus, bono eſſe
odore. qui ſcilicet ad celerrimam nutritionem plurimum ſpe-
ctat ex præceptoris Hipp. lib. de alim. iuſſu, vbi celerrime nu-
triendum ſit odorata proponentis. Quam ob rem licet aquo-
ſa vina tenuitate præſtent, & minori periculo caliditatis, præ-

ſertim

ſertim quum vetuſta ſunt, deducant alimenta in corpus, non A
hic tamen apta ſunt, vt proximè quærebantur, quia odore carent. neque ſunt ad reficiendos ſpiritus vtilia. Quod postremum erat quaſiq; diſſidij aliquid in Galeni verbis, indicabat, nunc craſſa vt inepta ad deductionem reprobantis, nunc ex fuluis craſſa celerrime bonum ſanguinem generare affirmantis; diſſidium non eſt. tenuia quidem ſunt, præ cæteris fulua; & in his ipſis ea, quæ tenuitate excellunt, celerius alimentum, quod cum ipſis ſumitur, deducunt. at quæ minus tenuia, de ſuo plus addunt ad alendum: & cum celeritate ta- B
men bonum ſanguinem generando vitioſos ſuccos corrigũt. ita vt deducant ſimul & ſanguinem gignant, & corrigant celerius, quam tenuiora, quæ tantum celerius deducunt, ſed ad ſanguinem generandum minus præbent materiæ. Sane autem præterire hoc loco non licet, Eudemum Themiſonis ſectatorem, vt author eſt Celius Aurelianus 2. de curat. ac. 38. frigidam aquam in hoc affectu clyſtere immiſiſſe. quæ curandi ratio ſuſpecta eſt. quum poſſit ea frigiditas non inteſtinorũ C
modo calorem hebetare; ſed inſueta, & inſigni qualitate tormina excitare; adde etiam, quod alicubi ſcribit Galenus 4. de rat. v. in ac. 104. reprimere, reprimendo autem prauos ex inteſtinis ſuccos in ſuperiora nobilia viſcera retrudere.

Animi defectus ac ſyncopa ex pituita multa, ac frigida in ore ventriculi collecta ex libro ad Glauconem.
Cap. XXV. D

SEquitur animi defectus ex pituita multa, ac frigida in ore ventriculi collecta. Qui vbi acciderit, perfundendum, ait Galenus plurimum oleo in quo decoctum ſit abſinthium. dehinc melicratum dandum, in quo hyſſopum, vel quid ſimile maduerit. prætereaq; ex oxymelitè, & diatrion pipereon,

vel

Digitized by Google

vel dioſpoliticon. Victus autem rationem, quæ in vniuerſum incidendi vim habeat. Quo loco, quod non ſubtracta multitudine ſtatim perfundat oleo ex abſinthio, quod aſtringendi vim habet, aduerſum videtur ſententiæ proximè ſuperiori, in qua dum adhuc ſucci in ventre continentur, nondum aſtringere ait oportere, ſed tantum fouere. Verum abſinthiũ abſtringendi vim habet per quam leuem, quæ etiam plurimũ retunditur oleo ſi in eo incoquatur, quæ autem proximo pręcepto reijciebat, aſtringentia erant longe validiora, nempe emplaſtre ex palmulis, vino, polentis, croco, aloe, maſtiche: & irrigatio ex oleo cydonitę, maſtichino, nardi, aneti. abſinthite ergo oleum recte hic ad concoquendum vſurpatur. Oxymeli autem & reliqua, quæ ſubdit, ad concoquendam & diſſecandam pituitam frigidam craſſam, ac lentam pertinent; vt etiã victus ratio. Atque hæc, vbi ex eo humore in ventriculi ore collecto deficiat tantum animus, ſufficere facile poſſunt. At ſi etiam ſyncopa accidat, tunc maiori opera opus eſt. quam quum in libris methodi fuſius hic ipſe author proponat, quæ illic ſcribit hic, & referre & expendere opportunum eſt.

De eodem affectu ex libris methodi. Cap. XXVI.

ITaq; vbi quis ex crudorum ſuccorum copia vna cum oris ventriculi offenſione febricitat, quum is, licet euacuatione indigeat, non ferat tamen, vel ſanguinis miſſionem, vel purgationem, ſine ſyncopæ metu, omiſſa euacuatione omni, ſolã frictionem à morbi principio mediocriter aſperam Galen. 12 met. 3 inſtituit. tum ſi à frictione metus ſit, ne laſſitudinis ſenſus ſuperueniat, oleo laxante, atq; etiam ſi hyems ſit, diſcutiente iniungit. In frictione autem ita inſiſtit, vt eo ſolum tẽpore intermittat, quo ſomnus capiendus eſt. qui etiam eſſe debet moderatus. ægro autem lucido in loco detento. Hæc

fere

fere ille primum. Quæ non ſat apertam habent rationem. A
In quo enim euacuationē omnē ad initia excludit eſt, vt dubites: quia etſi euacuationi per venæ ſectionem, aut per inſignē purgationem non eſt locus, quod illam cruditas, hanc periculum ſyncopæ non admittat, non importunus tamen ſit frequens clyſteris vſus: cuius ille non niſi poſt atq; obiter meminit, ſcribens, ſi pulſus mediocri ſit robore, ac magnitudine, æqualis, & non intercitus, conſiderandum quæ ad aluum ſpectāt: ac ſi ſua ſponte nō deijciat, audacter per inferiora aliquid infundendum. Cur hoc igitur remedium ante frictiones non B
proponit, quo tamen quæ in aluo praua ſunt, prompte tutoque ſubduci, & ſyncopam arceri frequens obſeruatio eſt? Quod vero etiam de frictionibus præcipit, quomodo tutum dicas? Totum profecto corpus ille ipſe author alibi docet 11. meth. 7. priuſquam euacuatum ſit rarefacere non expedire. Quomodo ergo hic ſtatim nulla præmiſſa euacuatione, frictiones imperat, & eas aſperas, ac multas: quales non rarefacere modo corporis habitum, ſed etiam diſſipare vires per quam ſtrenue poſſunt? Quod autem iubet tunc ſolum à fri- C
ctione intermittendum; quum ſomni capiendi eſt tempus, & nullum quietis tempus concedit à cibo, probare non poteſt: quum frictione & diſtrahatur à concoctione ciborum in ventriculo calor, & crudi ſucci in habitum trahantur, materiam, quæ morbum facit adaucturi. Sed quod etiam ægrum lucido in loco iubet detineri, ſuſpectum eſt. vt enim luminoſus aer, ſenſus, ita & calorem ab interioribus euocat ad exteriora. at hoc illud quoque efficit, vt intus coctio minor, ſpirituum autem foras diſſipatio maior fiat. Sed progredere. Victum D
is dehinc inſtituit, & per triduum ſine cibo, ſine ſorbitione & aqua eſſe iubet. ſolam autem mulſam in qua coctum ſit hyſſopum dari. Addit, quia mulſa, quæ ſuperflua in primis venis circa iecur, & meſenterium colligi ſolent, aluo deijcit; ſi maior

A maior ſit, ad aluum, ſuperfluorum impetus, illam, ne adeo
ſubducat, coquendam; vel eius loco ptiſanæ cremorem dan-
dum, aut ſorbitionem ex alica: redeundo etiam ad mulſam, &
in ea ſola cum hyſſopo cocta, atq; vnctionibus, ſine cibo, vel
ſorbitione, vel aqua perſiſtendo vſq; ad diem ſeptimam: quod
ita affecti ferre abſtinentiam poſſunt, corpore ex crudis illis,
ſuccis dum concoquuntur enutrito. Accidit autem aliquan-
do, vt pulſus ad imbecillitatem, vel inæqualitatem, vel parui-
tatem ſubito mutetur, tunc ergo panem dat ex diluto vino,
B niſi ventriculus, aut iecur inflammatione laboret. Hæc fere
ille de victu. Quæ itidem habent dubitationis aliquid. Quum
enim mulſam non aliter quam obuias ſordes detergendo al-
uum ſubducere certum ſit; eam, quia aluum expurget, vel
coquere, vel omittere, eſt, remedium quo maximè in hoc affe
ctu ad praui ſucci imminuendam multitudinem opus eſt, ti-
mide euitare. Id autem mirum, ſola mulſa ad ſeptimum vſq;
diem detinere hominem. humorumque ac ſpirituum diſſipa-
tioni non proſpicere in affectu, in quo illius tam magnum pe-
C riculum eſt. confidere enim quod crudis ſuccis dum conco-
quuntur nutrietur corpus, eſt vitam ægri negligere. quis enim
certo ſibi polliceri audeat fore, vt in ancipiti maximaque ex
parte lethali affectu crudi illi humores concoquantur, aptiq;
reddantur ad nutriendum? Immutato autem ad imbecillita-
tem, vel paruitatem pulſu, vt panem ex vino dare virium gra-
tia bene eſt; ita in malo, de quo agimus, quod ex tam inſigni
eſt cruditate, idoneum non videtur dilutum. Proſequitur, at-
que ſi crudos affatim ſuccos eſſe intelligas, pro mulſa vt oxy-
D meli des iubet. hoc vero ſi æſtas ſit, & æger frigidæ potioni aſ-
ſuetus, frigidum: ſi hyems, aſſueto inſuetoq; calidum. Quo
loco, cur æſtate, neglecta affectus cauſa, quæ ſi cruda eſt, etiã
frigida eſt, eius qui frigidæ aſſueuit conſuetudinem ſeruet, &
frigidum det, contra vero hyeme neglecta conſuetudine, at-

tendat cauſæ, non apparet. Addit euitanda his eſſe balnea, A
& calidiorem frigidioremq; aerem; quod ab vtroq; exceſſu lædantur, quia à calore nimio liquantur humores: vnde periculum eſt ne in pulmones, aut cor, aut cerebrum ruant. ab intenſiori autem frigore incoctiles reddantur: vnde & iecoris obſtructiones ſi adſint, augeantur, ſi non adſint, fiant. At hic tamen, vbi crudorum ſuccorum coctio quæritur, quo iure balneum abſolute damnat, quod temperatum poteſt concoquere, non conſtat. Et quod etiam à calidiori, vel balneo, vel aere ſi liquentur humores, veretur, ne in pulmones, aut cor, aut cerebrum liquati illi ruant, ſi id accidat, vt liquentur, quando in vētriculo maximè cruditas eſt, vt ab eo deorſum, nō ſine ęgri beneficio in aluum potius, quam contra humoris naturam ſurſum in pulmones, cor, aut cerebrum ferantur, probabilius eſt. B
Concludit quę hactenus præcepit eſſe obſeruanda, ſi æger initio ſibi occurrerit; & ſi crudi tantum, non etiam corrupti ſint ſucci, ita vt perfecte coqui non poſſint. vbi enim corrupti etiā ſunt, tunc deſperatam eſſe ſalutem. Verum demus iam corruptos quoq; & non tantum crudos ſuccos eſſe; an ſuperiora præcepta negligenda, an vero alia curandi ratio ſubeunda, aut æger relinquendus, non docet. Subdit ille etiam, ſi non à principio vocatus ſis, ſed vbi iam animo æger concidit, tūc præcordijs non inflammatis, dandum eſſe panem non multum, & vino tenui madefactum. ſtatim etiā frictionibus, vt ſupra, imperatis: obſeruandum autem in vino, vt æſtate, aut regione, conſtitutioneuè aeris calida, ſit cum frigida aqua; &, ſi nihil eiuſmodi ſit, cum calida: ita tamen, vt ſecundo, ac tertio quum potus dabitur, omnino ſit calidus, qualis ad totam curationem melior eſt, vt qui crudorum ſuccorum adiuuet concoctionem. Scribit etiam cap. 5. non longe diuerſo loco, his aquoſum vinum ſtatim ab initio idoneum eſſe, ſi vehementer non febricitent (quod tamen frequenter non fit in C D

A hoc affectu) præſertim ſi æger ſit ſenex, atque id dandum poſt quanque cibationem; magiſque ſi διαλείμματα, interpoſita quietis ſpacia, ſint mediocria. Fieri autem cum huiuſcemodi ſuccis acceſſiones quotidie, & magis ad veſperam, ac noctem, quam mane & vſque ad meridiem. Hæc ille igitur, reſumpto de victu ſermone, poſtremo præcipit. In quibus, quod vinum aqua, & illa frigida, in tam frigido affectu diluat, mirum eſt. qui enim ex immenſa eſt cruditate, meraco,
B calfacienteque, atque exſiccante vino curari, adaugeri aqua, præſertim frigida, longe probabilius eſt. Etſi enim hoc agendum præcipit vbi calida ſit aeris conſtitutio, indicatio tamen quæ à malo, & mali cauſa, ſuggeritur, præcipuum in curatione omni habet locum. Verum, quod alio præterea loco de vino admonet, vt poſt cibationem detur, id quidem Aetius ad ſingulos cibos, non autem poſt eos dandum ſcribit. Et longe vtilius videtur, vna opera cum cibo dare, vt vterque dat, quum panem ex vino aliquo, quod celerem in corpore
C digeſtionem adiuuet, aiunt conuenire. Sed & in dandi vini tempore, aliquid eſt dubij. Quum enim vterque vinum cum cibo omni dari iubeat, addit Aetius ad veſperam, ac noctem potius quam à mane vſque ad meridiem dari eſſe opportunum. Cuius animaduerſionis ratio obſcura eſt. Atque hæc quidem ſunt, quæ in propoſita à Galeno eius ſyncopæ, quæ ex crudis humoribus fit, curatione animaduerſione digna videbantur. In quibus ille tamen damnandus non eſt. Primum, quum crudi ſucci multitudo huius mali cauſa ſit; & in
D ventriculo, & in venis, & in corporis totius habitu, in eas partes clyſteris vis non pertingat. aut etiam ſi aliquo modo per ſucceſſiuam euacuationem pertingat, ſit is tamen in tam graui malo remedium valde impar; poſſet ille quidem alui ſordes detergere non prorſum inutiliter, ſed non eundem modo, imo vero maiorem, ad hanc rem, vſum af-

Digitized by Google

ferre mulſa poteſt, quam dehinc proponit, quæ etiam ex ventriculo aliquid detrahit. Ad frictiones autem vt ſtatim, & contra curationis leges veniat, cogit imminens periculum ſyncopæ. atque id hortatur, quod non vt in putridis febribus, in quibus rarefaciendum ante euacuationem non eſt, interiora tantum, ſed etiam exteriora onuſta ſunt inutilibus ſuccis, quos imminuere, qua licet ratione, neceſſe eſt. imminuit autem frictio qualem proponit. Neq; autem, quamuis ſomni tempore excepto, totam diem frictionibus dicet Galenus. vel continuas tamen eas eſſe oportere, vel omni tempore fieri iubet, ita vt etiam ſtatim à cibo fiant: ſed, ſomni tempore excepto, arripi fricandi occaſionem oportere innuit: quæ eſt, cum eorum obſeruatione, quæ in frictione negligere nunquam oportet. Rectè vero etiam in lucido, non madente, & temperate calido loco ægrum tenet ob ſomnum, quem diuturnum, aut profundum (qualem crudi ſucci pariunt) cauere oportet in tanta crudi ſucci copia: qua & contractum intro per ſomnum calorem cordis opprimi non leue eſt periculum: & caput, quod repleri per ſomnum ſolet, à ſoporiferi affectus alicuius iniuria tutum non eſt. In victu autem inſtituendo non temere ſola mulſa per dies aliquot alit. Corpus enim crudis ſuccis immodice plenum copioſius alimentum, neque poſtulat, neque ferre poteſt, aut concoquere. In tanta autem crudorum humorum copia non tantum eſſe diſſipationis periculum facile intelliget, qui in mentem reuocabit frigidiorum aliquorum animalium per totam hyemem inediam. Neq; autem hic crudorum tantum humorum coctio expectatur, ſed etiam adiuuatur, tum frictione, tũ mulſa. Quæ etſi parum alit, longe tamen vberius alit, quã ſola aqua, præſertim vero quum cocta eſt. hanc enim, quum large ſubducit, ea de cauſa coquit, vt magis nutriat, non vt aluum ſubduci prohibeat. Sane aũt, quod dehinc oxymeli, æſtate & conſueto

hominí

A hominis det frigidum, in ægri, nõ in affectus gratiam dare certum eſt. habendas enim ægrotanti gratias præceptor admonet 4. Epid. 5. 4. ſent. 8. alioqui etiam quum affectus calidum poſtulet, hyeme ne calidum detur, vna tantum (ſi frigidæ aſſuetus ſit æger) repugnat conſuetudo; æſtate & hæc, & aer calidus. Vt autem deinceps quum vinum dat, dilutum velit, ſuadet id quidem febris. quæ licet imbecilla, ob nimiam tamen ſucci copiam minime tuti à putredine, irritanda non eſt. atq; vbi tam multa affluunt excrementa, metuenda eſt
B generoſi vini vis capiti inimica; ne crudis ab eo in caput ſublatis humoribus, ſomniculoſa affectio aliqua oriatur. De balneis autem quæ deinceps in hoc affectu improbat, de ſecunda & tertia, non de prima balnei parte in qua temperatus aer eſt, dubio procul intelligendum: in ſecunda enim lauacrum calidum eſt, in qua ſe immergens, qui crudis humoribus plenus ſit, in colliquationis illius metum incidit, quem ille ait, fuſionis; in tertia vero, frigida domus eſt, in qua & cruditatis maioris, & obſtructionum, vt ait, periculum eſt. Si autẽ liquen-
C tur humores, fieri quidem poteſt, vt liquati ꝑ aluum ſecedant, quod non eſſet inutile. Sed neq; id polliceri ſibi vllus poteſt, neque id quod non ſine vitæ periculo euenire poteſt, Galeno erat ſilendum. Quid vero corruptis iam, non tantum crudis, humoribus, ac deſperata ſalute agendum ſit, non ſemper ab eo admonẽdi ſumus, qui 10. meth. 10. vel relinquendos ęgros vel non ſine præfatione periculi tentandum aliquid, atque, ex Thucydidis conſilio, agendo aliquid periclitandum. Attendendum quidem primum eſt viribus, quæ cum inſigni cor-
D ruptela quum eſſe non poſſint fortes, cum ea alimenti adiectione quam ferre poſſunt ſuſtinendæ ſunt; ſenſim tamen ex eo, quod corruptum eſt, ſubtrahendo aliquid, eo, quo licebit modo. Huc pertinet (quod deinceps ſequitur) panis vino tenui madefacti pauculum; ac fortaſſe, maiori cum virium im-

becillitate, expreſſus potius ex eo ſuccus, & iuſcula, qualibus vti mos eſt. Non ita frictiones, quas poſtea præcipit, ſed blandiſſima potius tractatio. Vbi autem curationem nihil impedit, quod ſubiungit de vino, non caret magna ratione, vt ſcilicet vinum æſtate cum frigida aqua, atq; aquoſum vinum ſtatim ab initio detur, ſi vehementer non febricitent. Nempe frigidam dat, vbi iam premit ſyncopa, ad arcendam cordis exolutionem. neq; dat niſi in æſtate, & regione, aeriſq; conſtitutione æſtuoſa; quod externo calore interioris diſſipatio nimis augetur. alioqui, quod ſecundo, ac tertio deinceps dandum eſt, iubet calidum dari. Quod autem alio loco Galenus aquoſum vinum præbet à cibo, & non cum cibo: & antea tamen cum cibo, nempe panem vino madefactũ dederat; alia quidem, atq; alia occaſio impulit. cum cibo dat, vbi iam ſyncopa premit, quod tunc inſtauratione virium celerrima opus eſt. inſtaurantur autem eæ maximè ſolidis alimentis, ſed celerrime liquidis, commiſcetur ergo recte vinum pani. at in affectus tempore reliquo vinum dat à cibo: non quidem, vt quis fortaſſe putet, aſſumpto iam toto cibo; ſed vt moris eſt, interpoſito inter cibum potu. ita enim aquoſum vinum minus moleſtiæ ventriculo afferet crudis ſuccis referto. quod alioqui primo loco ſumptum frigida atque humida poteſtate cruditatem adaugere non parum poteſt. In poſtrema autem de dandi vini tempore dubitatione, eſt quidem quod ſcribit Aetius à Galeni propoſito longe aliud. quæ enim de huius affectus exacerbatione Galenus ait, hos quotidie acceſſiones exercere, pręcipueque ad veſperam & noctu, non mane, neq; vſq; ad meridiem, ea Aetius ad dandi vini tempus refert, ſcribens vinum ad veſperam & noctem potius dandum, quam mane, & ad meridiem. Neque hic tamen aliqua deeſt ratio, quæ Aetij præceptum tueatur. quando enim in hoc ex crudis humoribus affectu curando, duo præ cæteris neceſſaria ſunt; al-

A

B

C

D

terum,

A terum, vt humor concoquatur, alterum, vt concoctus diſcutiatur: diſcutitur autem per vigilias magis, & per ſomnum magis concoquitur; atq; ad vigilias aptior eſt diurna lux; ad ſomnum nocturnę tenebrę: ob id, ne interdiu ſomno æger detineatur, noctu vigilet, vinum veſperi aptius videtur, quo ſomnus prouocetur, quam in die, quo vigiliæ. Vnum in Galeni ſententia ſupereſt ſub obſcurum, quum vinum poſt quanque cibationem dari iubet. ſcribit enim id magis faciendum, ſi remiſſiones ſint mediocres, Quomodo enim mediocres? An

B quia quietis à febris vehementia tempus non nimis ſit breue? an quia ſymptomatibus minus perturbatum? Vtrumque arbitror. perpetua enim lex eſt, mitiori, puriorique acceſſionum tempore ſumendum eſſe cibum. quando inſitus ventriculi calor, ad quem primum, illum ad nutritionem præparandi munus pertinet, minus à morbifica cauſa opprimitur. Itaq; vt in remiſſione quietiori febris, ac ſymptomatum cibum dare opportunius; ita etiam tunc à vino ne excandeſcat febris minus periculum eſt.

C

Exolutio ex euacuatione confertim facta per ventriculum. Cap. XXVII.

INTER exolutiones quæ cum ventriculi vitio fiunt, meminit Galenus primo ad Glauc. 14. illius quoque, quæ ex confertim factis euacuationibus prouenit. ac præſertim, ſi fluxiones ad ventrem repant. Quod eſt obſcurum. Quomodo enim ſi euacuationes fiunt, fluxio fit ad ventriculum? Non

D eſſet quidem humorum euacuatio, ſed ab vno in alium locũ tranſpoſitio, ſi fluxiones fiant in ventrem. Sed intelligo, ſi euacuatio fiat per ventriculum, & vomitum, vt in choleris, de quibus antea dixerat. Pertinet ergo hic animi defectus ad vtranq; ſeriem. ad eam quidem quæ vtilis humoris inopiam

ſpectat,ob euacuationes immoderatas;ad alteram vero, quæ ex alienæ materiæ copia; quia in ventriculum praui humores impetum habent;& eo nomine prauis vaporibus per arterias cordi communicatis,conſtringente ſeſe, ne eos recipiat, corde, fit animi defectus. Vbi hic fit, ſanare ait vinum frigida temperatum. id vero paulo poſt vult tenue & calidũ, vt Leſbium. Cogit vero hic vt det vinum, ſpirituum diſſipatio ab immoderatis euacuationibus facta: vt autem det frigidũ, ventriculi laxitas, ob quam facile fluentes in ſe humores excipit: quos ſi denſetur,non ita prompte ſit admiſſurus. adde etiam, quod frigore humorum acrimonia retunditur, qua irritatus ventriculus in vomendo perſtat. Cur vero tenue calidumq; quale Lesbium eſt. quærat, explicatur fuſius ab hoc ipſo authore in libris methodi lib. 12. cap. 4. vbi de ſyncopa ex bile os ventriculi mordicante, de qua antea. Admonet hic tamen conſiderandum, an aliquid, vinum quale proponit, exhiberi prohibeat. Quæ autem prohibere poſſunt,enumerat.atque hic locus ille eſt,ex quo methodus illa colligitur, quam vbi de vniuerſali aquæ vſu ageremus,explicauimus. Pertinent enim quæ obſeruanda in hac re ſunt, alia ad affectus præternaturales, vt ſi aliquod viſcus inflammatione laboret, vel capitis dolor adſit vehementior, vel affectus qui delirium minetur vel febris ardens in morbo inconcocto, prohibent enim hæc ſingula vini potum frigida permiſtum,vt cuius vſu,vt ait propemodum inſanabiles noxæ eueniant. Alia ad res naturales ſpectant. in his autem obſeruandam proponit naturam, conſuetudinem, ætatem. atq; his conſideratis ſtatuendum, an calidum, an frigidum date potum oporteat. qui enim frigido potui non ſunt aſſueti, vel etiam ab ipſo manifeſte læduntur; & qui natura ſunt frigidiores:& qui in extremo ſunt ſenio, hi à frigido ſunt arcendi. Alia referuntur ad res nonnaturales: & ex his meminit tantum anni temporis,& regionis:quæ vbi

A B C D

A frigida ſunt, cauendum. Ita quidem, quum tria propoſita capita de vini vſu, & de calido, aut frigido potu doceant, ſicuti vbi conſentiant, facile eſt decernere, ita vbi diſſideant, ſemper id quod habet vrgentis rationem, præferendum. In hac autem ſententia, quod febrem ardentem propoſitum vini potũ renuere ait in morbo incõcocto, duo ſpectat: vini vſum, quod non niſi concoctionis ſignis apparentibus, dandum: & frigidũ potum, quem requireret quidem ardens febris, ſed arcet cruditas morbi. De hoc ipſo affectu paulo poſt ſubdit, balneas,
B in fluxionibus quæcunq; ad ventriculum feruntur, maximè idoneas eſſe. contra autem quæcunq; cutem aſtringant, aut refrigerent, tanto magis augere fluxiones, quantum denſatur cutis. Quod intelligendum eſt, vbi iam ſubtracta ſit vomitu humorum multitudo. alioqui enim quum balneo liquari fundique humores, fuſoſque non in maiorem modo molem attolli, ſed etiam in affectas partes facilius fluere neceſſe ſit; augetur fluxio in ventriculum. dempta ergo multitudine,
C quod in habitu corporis reliquum eſt, attenuatum balneò, & in habitum corporis pertractum, per cutem tum inſenſili perſpiratu, tum per ſudores euacuatur.

Exolutio ex coli & ilei doloribus. Cap. XXVIII.

FIVNT ex alienæ materiæ copia coli quoque atq; ilei dolores, tam magni aliquando, vt ob ſpirituum diſſolutionem, quæ à dolore & vigilijs eſt, animi defectus pariant. Ho-
D rum curatio eſt doloris ſedatio. ſedaturq; is cauſarum ſublatione. quæ quum aliæ, atque, aliæ ſint, quia tamen frequentiores ſunt ex frigidi humoris, & flatuum diſtendentium copia, propterea calefactionibus ait Galenus, affectarum partiũ; & extremorum frictionibus deſiſtere. Hæc autem curatio eſt, non omnis colici, aut iliaci doloris; ſed eius tantum, qui à

frigiditate. Verum, quod partium calefactio conferre hic poſſit, aperta ratio eſt. calore enim diſſipantur flatus. at, quid extremorum frictiones inteſtinis conferant, non facile eſt videre. Reuellunt eæ quidem à ſuperioribus ad inferiora. at, quę in inteſtinis continentur, nulli ſunt meatus per quos ad extrema trahantur. Videtur vero etiam extremorum calfactio calorem ab affecta parte reuocare. ad quem tamen moleſtæ materiæ concoctio & diſſipatio pertinet. An ergo ea ratione cõferunt, quæ extremorum ſubſtantia neruoſa, magna ex parte cum membranacea inteſtinorum multum habet ſimilitudinis? Quod enim antea quoque diximus, corripiuntur inteſtinorum doloribus non raro, quibus pedes ſunt refrigerati. vt propterea ab ijs quoque per frictionem calefactis ſi caleſcant inteſtina, ab eo calore poſſint adiuuari. A B

Exolutio ex vteri vitio. Cap. XXII.

EST in hoc ordine ille quoque animi defectus, qui cum affecto vtero ſæpe eſt. De quo ſcribens Galenus 1. ad Glauc. 14. ait, quod vterinũ ſtrangulatũ animi defectio præcedit. vterorum aũt recurſus ad ſuperiora, & inclinationes ad latera inſequitur: vt ẽt inſequitur plerunq; eorũ phlegmonas. Quæ ſententia habet obſcuritatis non parum. Apertum quidem eſt, inter affectum, quem ſtrangulatum vteri, & eum quẽ contractionem tum ad ſuperiora tum ad latera vocant, id eſſe diſcrimen, quod in ſtrangulatu iacent mulieres ſenſu motuque deſtitutæ; in contractione autem, & ſentiunt, & mouentur veluti conuulſorio modo. Prioris autem affectus cauſam receptum eſt, eſſe aut ſeminis, aut menſtrui ſanguinis retentionem. quod enim horum excerni conſueuerat, retentum corrumpi, vnde prauis ac corruptis, & frigidis ex eo halitibus in cor delatis, vitales quoq; ſpiritus corrumpi, calorem vero C D

fere

A ſere extingui accidat. hinc autem & ſpirationis, & pulſus eſſe interceptionem, & ſenſus motuſque in corpore vniuerſo amiſſionem; & totius refrigerationem. Conſtat etiam poſterioris cauſam eſſe duplicem, vel repletionem, vel inanitionem, ſeu ſiccitatem. In hanc, quia ſiccioris naturæ eſt, facile incurrere, vbi conſueto menſium exitu, aut viri ſemine non madeſcat. repletionem autem fieri ex inutilium ſuccorum multorum, qui per vterum ſingulis menſibus expurgari ſolet, retentione. iis enim in venis, quæ ſunt ante vterum retentis, B neque in ipſius ſinum effuſis, repleri venas, & ex humoris copia perfundi ligamenta, quibus ille viciniis partibus alligatur. atq; ita impletis diſtentiſque ligamentis præter morem, nunc ſurſum, nunc ad latera vterum trahi. vnde ex conſenſu qui eſt inter neruoſas partes, manuum crurumque, ac corporis totius fiant conuulſorio more contractiones. Quæ ſi ita habent primum quidem, quomodo ſtrangulatus qui cauſam habet non in vtero, ſed in ſeminalibus vaſis, aut in venis, quæ ante ipſum ſunt, vterina affectio dicatur, non conſtat. Tum vero, quo-C modo ante hunc ipſum ſtrangulatum animi defectus accidat (quod ille ſcribit) non apparet. Impeditur hic quidem cordis motus ob ſpirituum caloriſque vitalis corruptelam ex prauo halitu à ſemine, aut menſibus retentis; ita vt & ſpiratio, & pulſatio, & caloris in totum corpus diffuſio ſere pereant. atque hic eſt animi defectus. præter hunc in propoſito affectu nihil aliud obſeruatur, ex quo male affici vterũ cognoſcere liceat. Itaq; animi defectus non tam præcedit propoſitum vitium, quam conſtituit. De contractione vero, quod in ipſa animi D defectum non præcedere, ſed ſequi ait; recte. nam contracto vtero, compreſſiſq; ſuperioribus viſceribus vſq; ad Diaphragma. ſi tanta ſit compreſſio vt ſpiratio prohibeatur, animi defectus eſt. & hic vteri conuulſione poſterior. De huius autem curatione hac ſcribit. Quæ ex affectis vteris exoluuntur, eo-

dem

dem modo, quo qui ex multitudine, curare oportere. De illo A
autem dixerat artus plurimum fricandos, ac calfaciendos, &
vinciendos, à vino, & alimentis abſtinendum, & à lauacris ſi
febricitent. ſatiſque eſſe dare ijs melicratum, in quo vel thy-
mus, vel origanum, vel pulegium, vel hyſſopum decoctum ſit
conuenire etiam oxymeli. Hic igitur oxymelite excepto pro-
bat reliqua. Addit etiam crura magis vincienda, & fricanda
quam manus. &, ſicuti in nimia vteri excretione cucurbitæ
juxta mammas imponuntur, ita quibus ſurſum, aut in latus
vteri retractio eſt, admoueri inguinibus & coxis. Sed & na- B
ribus graueolẽtia, vtero autem beneolentia, & quæ laxare &
calfacere poſſint adhibenda. Hæc ille. Quæ quum omnia
tum ad tollẽdam multitudinem, tum ad reuulſionem ab vte-
ro pertineant; in ea tamen contractione, quam ex ſiccitate
vteri eſſe diximus, alia vtero debetur cura. calidioribus enim
laxantibuſque, vt quæ ſiccitatem inferre maiorem ſolent, re-
lictis; temperatis, & humectantibus fouendum eſſe vterum res
docet. Huius generis præſidium eſſet inſeſſus in altheæ de-
cocto: illitus interni pudendi; atq; in vterum per metrenchy- C
tem iniectio olei temperatioris, quod nullius, aut exigui, & il-
lius iocundi ſit odoris, quale ex dulci amygdala. Sed hic etiã
reuulſiones inutiles ſunt. quibus futurum ſit vt ſicca pars iam
ſurſum contracta, deorſum ſine dolore maximo, & periculo
retrahi non poſſit. In reuulſione etiam, quod ad inguina vult
trahi; in contractione ad ſuperiora, vtrique inguini, in ea quę
ad latus, oppoſito inguini admouere oportet. Quæ de oxy-
melite, deque ſuffitu ex beneolentibus & fœtidis naribus ad- D
mouendis ſcribit, aliquid habent dignum perſcrutatione.
Quod vitandum ſit oxymeli, ex Hippocrate eſt. qui alicubi
dolorem vtero inferre ait. At hoc tamen perpetuum non eſ-
ſe quotidiana docet obſeruatio. quum multæ eo impune pror-
ſum vtantur. Neq; ſi obeſt aceti magis quã mellis vſu obeſſe,

A ex eo cõſtat, tum quod acetum ſaccare commiſtũ, quod aceto-ſum vocant, nihil lædere animaduertimus: tum quod ſine aceto mellis vſum plurimas ita offendere videmus, vt eo non aſſumpto modo, ſed etiam ad expurgandum aluum iniecto, ſæpe numero præfocentur. contra autem quæ aceto frequentiſſime in cibis vtuntur, nihil ex eo pati ſe agnoſcãt. Neq; igitur quæ à Stephano Athenienſi affertur ratio, acetum, quia frigidum eſt, & ſiccum, temperiem vteri angere, ſic lædere, vera eſt. nempe vt conueniunt in natura, ita ſine noxa illius viciniã ferre poſſe vterum veriſimile eſt. An ergo de aceto, & oxy-B melite acerrimo, plurimo, diutiuſque aſſumpto, intelligenda res eſt? Quanquam enim priuſquam in vterum veniat, longo itinere, humorum commercio temperati illius acrimoniam neceſſe eſt; importuno tamen vſu, vt neruorum quoq; in toto corpore reliquorum, ita & naturalem vteri temperiem immutare poſſe negandum non eſt. De odoribus autem certa quidem obſeruatio eſt, vterum odore ita excitari, vt ad iocundum ſe effundat, à fætido refugiat, ita vt, ſi beneolentia ſub-C dantur, deorſum; ſi graueolentia, ſurſum moueatur. At quid eius rei ſit cauſa obſcurum eſt. Illi certe odoris, vt odor eſt, ſenſum ineſſe, ab omni abeſt ratione. quũ vnius ſẽſiterij, quod in naribus poſitũ eſt, odores, eorũq; differẽtias pcipere ſit munus. Nõ ab odore igitur, ſed à re alia, quæ odoratis ineſt rebus, excitatur. Ineſt aũt odoratis rebus, nõ ſecus atq; alijs quibuſq; ſua & ſubſtãtiæ & tẽperamẽti ratio, qua nõ ſeruantur modo, ſed ſuas quoq; ſingulæ edũt actiones. ita vt actionũ, quas odorata corpora edunt, varietas, variũ caloris gradum, variamq; D elementorum, ex quibus conſtat, in ſubſtantia miſcelam, & in qualitatibus temperamentum ſequatur. Et eſt quidem in ipſis vniuerſim non imbecillus calor: at tam diſſimilis tamen eſt in beneolentibus & fætidis rebus ea miſtionis proportio, vt iocundum odorem ex optima ſicci cum humido & proportione

&

& miſtione & coctione; fætidum vero contra ex mala prorſũ conſtare philoſophis ſit conſtitutum. Eſt vero illud etiam longo iam tempore obſeruatum, certam quandam amoris odijue ſimilitudinem inter res naturales eſſe, vt aliæ aliarum congreſſu iuuentur, magno ſimilitudinis in miſtione argumento, quia ſimilia ſimilibus conueniunt: aliæ prorſum lædantur, indubitato contrarietatis in miſtione indicio. Hanc ergo certam etiam cauſam eſſe ſtatuunt, cur hominis naturæ fætidi odores vniuerſim adeo ſint moleſti, vt etiam necent; contra autem beneolentes adeo amici, & iocundi, vt periclitãtem vitam nõ raro confirment, quaſique amiſſam reſtituant. Verum, ſi odor vnius priuatæ in corpore partis ſenſus eſt, quomodo odoratũ corpus vtero admotum mouere ſenſum, voluptatemque illi, aut moleſtiam afferre poteſt? Sed ex odorata re quauis alicuius vaporis expiratio eſt. (hoc enim in cauſa eſt, vt cuiuſq; rei odor tandem, præſertim aperto & calido aere fatiſcat.) vt autem aeris, qui nos circumambit, non per nares modo & os, ſed per cutis quoque meatus in corporis interiora ſubit; ita & cum aere odor, altius excipitur. Eo igitur, ſi ſuauis ſit naturæque hominis gratus, temperantur quidem, & reficiuntur ſpiritus aereæ naturæ corpora, cùm ſpiritibus vero etiam aliquid commodi ſentiunt humores; quibuſcum ſpiritus perpetuo verſantur. neq; eos ſolidæ partes aſpernantur: imo vero non inuitę admittunt. Nihil igitur mirum, ſi vterus, cui non hebes eſt ſenſus, ad beneolentia occurrit, à fætidis retrahitur, id enim toti corpori commune eſt. ſeſe ab eo quod noxium eſt, cõtrahere. Atq; hæc ipſa ratio eſt, cur fætida naribus admota vterum ad ſuperiora retractũ deorſum pellant. contrahunt enim ſeſe ſuperiores partes, atq; à tetro illo halitu auertunt, ita vt eius occurſa diaphragma deorſum retrahi ſentiamus; & eo retracto, reliquas illi ſuppoſitas partes ad vterum vſq; & ipſum quoq; vterum de ſuperiori loco quem præter naturam tenebat,

Digitized by Google

bat, moueri neceſſe ſit. Sed adde, quod, quum odores nari-
A bus attracti repente in cor perueniāt, ab eo per arterias, quę in vterum feruntur, odorem etiamnum ferri probabile eſt. adeo enim peruij ſunt ab vtero in ſuperiora meatus, vt ſuffitus quoque vtero factos in caput vſque perferri præceptor Hipp. de ſuperfætat. admoneat. Sane autem, quum hic curationem proponat Galenus, quæ animi defectui ex affectis vteris debetur; vteri vero affectus, quibus hic comes eſt, tres antea recenſuerit, ſtrangulatum, conuulſionem, & inflammationes; curationem quidem illi ſimilem (excepto oxymelitis vſu) eſſe di-
B cens, qua ex multitudine animi fit defectus; magnam relinquit dubitationem de vſu melicrati ex thymo, origano, pulegio, hyſſopo, rei in inflammatione omni, ob caliditatem ſuſpectæ. Sed præterit is etiam reuulſionem, maximum in inflammatione remedium. Et quum, præter dictos vteri affectus, tum emortui in vtero fætus, tum ſecundarum à partu retentioni non infrequenter animi defectus ſuccedat, horum tamē nihil meminit. Cæterum euitandum quidem eſt in vteri in-
C flammatione calidi cuiuſq; remedij vſus, dum incrementi periculum eſt. repreſſo autem fluxionis impetu, melicratum cū alicuius ex propoſitis calidis momento, importunum non eſt, dum quod hæret iam in vtero, concoquere, attenuareque poteſt, aut etiam diſſipare. Quomodo autem fluxionis impetus per venæ ſectionem, aliaq; præſidia cohiberi debeat, hic, vbi non ex propoſito de vteri vitijs agitur, decore nihil neceſſe erat; vt neq; etiam omnium affectuum meminiſſe, quos animi defectus conſequitur. Verum quid tu (inquies) de op-
D portuno in hoc affectu, vbi à propoſitis fit cauſis, potu? Vbi quidem ex vteri inflammatione accidat, apertū eſt, & ob inflammationem, & ob febrem quæ illi coniungitur, pernicioſū eſſe vini potum: ſalutarem vero ex refrigerantibus aſtrictionis alicuius participibus rebus, qualis aquæ & punici mali ſucco,

decocto

decocto hordei,& ſimilibus. At quum ex fætu mortuo eſt, ſi A
quidem adſit febris, abſtinendum vino. ſi abſit,& cum cibo, & cum calidis etiam medicamentis ſæpe vtilis eius eſt vſus, dum ſpirituum,quos ex prauo halitu corrumpi accidit, inſtauratione,vires addit;& inſignem vteri, atq; omnium ab eo viſcerum corrigit frigiditatem. Eadem de retentis quoque ſecundis ratio eſt. quæ & putrent,& ſymptomata pariunt non diſſimilia.

In difficili ſpiratione. Cap. XXX. B

INTER thoracis actiones præcipua eſt reſpiratio.atq; hęc, quum vitiari varijs modis poſſit, denſa ac difficilis redditur, tum ipſomet affecto thorace, tum adiacentium ipſi partium culpa,ſine thoracis malo. In thorace autem vitium eſt, nunc intus,pulmone,aſperaue arteria, aut membrana coſtas ſuccingente, læſa:tum foris,offenſione muſculorum,qui conſtruunt thoracem. In partibus vero adiacentibus malum ac- C
cidit,tum inferioribus,hypochondrijs,ſcilicet,& quę in ijs sũt viſceribus,tum ſuperioribus:ſunt autem eæ, fauces, per quas & exterior aer inſpiratur, & expiratur interior. Verum vbi non aliarum partium,ſed proprio thoracis vitio ita læditur reſpiratio,vt difficilis & denſa fiat,dum parua eſt, ſpirandi difficultas δύσπνοια, quum vehementior vt ſpirare æger ſine ſono & anhelatione non poſſit, ἆσθμα, quum non niſi recta ceruice ſpiritus trahitur, ὀρθόπνοια,appellatur. Accidit autem hic affe- D
ctus,vel cum febre,vel ſine febre. cum febre abſolute δύσπνοια, dicitur. ſine febre autem eſt ἆσθμα, illi non diſſimilis, in quam incidunt, qui cucurrere. vnde nomen habet; non quia aſthmati aliquando non coniungatur febris, ſed quod neceſſario non coniungitur. Sequitur hic affectus pulmonis aſperæque arteriæ anguſtiam. Anguſtiæ autem huius duæ præcipuæ

cauſæ

A cauſæ à principibus medicis agnoſcũtur, tum craſſi lentiq; ſucci, & in pulmonis vel ſubſtantia, vel meatibus, & in aſpera arteria collectio. tum crudum aliquod in ijs tuberculum. Auicennas tamen à frigida quoq; & à ſicca pulmonis intemperie, prætereaq; à flatibus, & à thoracis paruitate fieri id malũ docet. imo etiam addit fieri adiacentium partium culpa, ſeptum tranſuerſum comprimentiũ. Quæ omnia plena ſunt difficultatis. In ijs primum, quas præcipuas cauſas diximus, quum humores in pulmonis ſubſtãtia, & meatib⁹ collectos facere aſthma dictum eſt, id ſcitu dignum eſt, an illos in eius ſubſtãtia ita colligi oporteat, vt eius caro humoribus illis imbuta ſit, inſtar ſpongiæ (cui ſimilis eſt) madefactæ. Auicennas quidẽ ſentire id videtur ſcribens humores in eius raritare, & locis vacuis cõtineri. At illud certum eſt, niſi aeris attractio impediatur, non lædi reſpirationem, impediri autem ea nõ videtur, niſi aſpera arteria, eiuſue propaginibus redditis anguſtioribus. at pulmonis ſubſtantia humore quantumuis multo imbuta aſperam arteriam reddere non poteſt anguſtiores, neq; ergo reſpirationẽ impedire. Quod etiã oppletis pulmonis meatibus fieri aſthma dicitur, quæritur, an ſi arteriæ quæ in ipſo ſũt lenes oppleãtur, ſit aſthma. Hoc quidem non conceſſit Antipatro Galenus 4. aff. loc. Auicennas tamen affectum hunc fieri ait ob inuiſcationem humorum in pulmonis arterijs, & earum ſuctoribus, id eſt oſculis. Sed etiam, quum anguſtiæ, quę aſthma facit, prę cipue cauſę ponantur tum craſſi, ac lenti humores, tum crudũ tuberculum ſine febre, quam aſthmatis definitionem ſtatuũt, hoc difficile eſt. non enim ſemper craſſi lẽtiq; humores in pulmone contenti difficilem faciunt reſpiratum. vt eadem Antipatri hiſtoria conſtat, qui inęqualitatem quidem pulſus, ſed illæſo reſpiratu patiebatur. Eſt & de aſpera arteria dubitatio, quam ſæpe craſſorum lentorumq; humorum copia ſordidam eſſe accidit, ſine reſpirationis tamen noxa, vt in raucedine. Et

hæc de præcipuis cauſis. Quæ alia ſequuntur, non minus ha- A
bent difficultatis. Quod de frigida primum intemperie ſcribi-
tur, quomodo pulmo calidiſſimum viſcus adeo, ſtante vita, re-
frigerari poteſt, vt ob frigiditatem ſpiratio turbetur? Et quum
à ſiccitate quoq; fieri aſthma dicitur, q. fieri poteſt, vt pulmo,
qui plurimo ſemper humore ſcatet, ita exſiccetur, vt corruge-
tur? In tabidorum certè diſſectione nunquam ea vel ſiccitas,
vel corrugatio obſeruatur. Et præterea Ariſtotelis alicubi ſen-
tentia eſt, vbi ob ſiccitatem dilatari pulmones nequeunt, tunc
deſtitui animal vita. Fuliginoſos vero, aut craſſos flatus à qui- B
bus etiamnum fieri aſthma author eſt Auicennas, ſi non vna
aut altera, at continuata tamen & multa expiratione excludi
poſſe veriſimile eſt. & à ratione alienũ eſt tãdiu à flatu malum
perſiſtere, vt perſiſtit aſthma; nec à vehementi thoracis calo-
re diſſipari. Quid vero à paruitate thoracis aſthma fieri? Nõ-
ne ſi proportione corporis reliqui thorax alicui minor contin-
gat, vt is ab ortu ſtatim ipſo perpetuo aſthmate laboret neceſ-
ſe eſt? Quid poſtremo de aſthmatæ ex adiacentium partium C
conſenſu ſcribitur, non reſpondet communi medicorum vſui.
qui denſam reſpirationem aſthmatis voce non vocant, niſi eã
quæ fit proprio vitio pulmonis. Hæc oppugnare Auicennam
videntur. Quæ tamen ſunt leuia. Quod primum de pulmonis
ſubſtantia obijcitur plane vanũ eſt. fit quidem exterioris aeris
attractio per aſperam arteriam, ſed in pulmonis ſubſtantiam,
& ab ea per arterias in cor. ſi oppleta igitur humore craſſo pul
monis ſit ſubſtantia quomodo in ipſam recipi aer poteſt? fieri
igitur aſthma pulmonis ſubſtantia craſſo humore infarcta nõ D
modo accidit, ſed etiam frequenter. vt cadauerum diſſectio-
ne conſtat. Quod de lenibus pulmonis arterijs diſputaba-
tur, difficilius eſt ob Galeni authoritatem. At Antipatrum ta-
men licet vitam illæſa reſpiratione aliquantum protraxerit,
Galeni teſtimonium eſt non ſine difficillima reſpiratione in-
terijſſe.

A teriſſe.ita vt vbi lenes pulmonis arterias craſſo humore opple ri accidat, ſi non ad initia, poſtea tamen, aſthma nõ ſit à Galeni obſeruatione, imo neq; à ratione alienum. Si .n. per arterias, quæ in pulmonis ſubſtantia diſperſæ ſunt, fuligo à corde in arteriã aſperam nunquam non truditur, quomodo intercepto itinere difficultas, & crebritas reſpirationis non accidat? Difficilius eſt, quod ſequebatur. Verũ, an non omnis ex craſſo humore pulmonis anguſtia ſine febre, eſt aſthma; ſed q̃ cõfirmata ẽ? Ita arbitror. quare aſthmate Antipatrũ quoq; iteriſſe

B probabile eſt. Vt autẽ ex aſpera arteria aſthma fiat; nõ ſat eſt eius caudicem pituita eſſe ſordidum: ſed eius maxime propagines, quæ pulmoni inſeruntur, per quas inſpirari, & expirari ſpiritus ſolet, anguſtas craſſis illis humoribus reddi oportet. Quæ ſequebantur non magni etiam ſunt facienda. Quod ſpirationem impediat frigiditas, experiuntur qui aere frigidiori iter faciunt. Ratio vero quæ ex pulmonis natura ſumitur friuola. Non ne calidius eſt cor pulmone? Et id tamen ſtãte etiã

C vita labi à proprio temperamento ſolet in tremore cordis ex frigiditate; in prefocatione vteri, cũ qua ſæpe vix reſpirationis pulſuſue aliquod veſtigiũ eſt. Sed etiam quod de ſiccitate dubitatur, leue eſt. Scatet in ſenibus humiditate inutili corpus vniuerſum; & ea tamen tueri non poteſt à corrugatione exter nas partes. idẽ ergo & in interioribus. In tabidorum autem cadaueribus pulmones magis quam in alijs flaccidi ſpectantur, argumento certo amiſſæ ſoliditatis illius, quæ in ſano animali eſſe ſolet eius viſceris alioq; natura flaccidi. & nõ eſt hoc abſq;

D innati humoris aſsũptione magna, ad quã corrugatio neceſſario ſequitur, quanquam ſuperfluo illo humore ſiccitas obſcuratur. De Ariſtotelis vero ſententia, etſi dilatationi pulmonis à ſiccitate prorſum prohibitæ ſuccedere mortem verum eſt; non tamen ſi dilatatio in totum non tollatur id neceſſe eſt. in aſthmate autem impeditur quidem reſpiratio, at non omnino

prohibetur. Quæ reliqua ſunt de flatibus, de thoracis paruitate, de adiacentium partium conſenſu; negare quidem nullus iure poteſt, & craſſiores flatus in thorace ex craſſis in eo contentis humoribus ex cõtinua caloris actione perpetuo gigni, ita vt licet continua expiratione eorũ aliquid foras trudatur, & calore diſſipetur, ſemper tamen eorum aliquid nuper excitatum, ſit reſpirationi impedimento. Et quibus etiam paruus contigit thorax, ſane ijs leui quauis iniuria, vel fluxionis in thoracem, vel tumoris ad hypochondria reſpirationem lædi neceſſe eſt; vt ijs etiam quibus vel iecur vel lien tument, aut diſtenduntur flatibus hypochondria, diaphragmatis impulſu in thoracem. Ab his autem cauſis ſi ſeorſum occurrant, aſthma fieri dicendum non eſt. neq; id aſſerit Auicennas, quãuis agẽs de aſthmate eorum meminerit ob ſimilitudinem, & quia hæ præcipuas eius affectus cauſas frequenter adiuuant. His ita cõſtitutis, vt non eædem huius affectus cauſæ ſunt, ita neq; curatio eadem. At in eo tamen qui ex præcipuis fit cauſis, quod & verum aſthma eſt, licet illæ diuerſæ ſint, aliquid tamen in curando cõe eſt. eſt aũt id attenuatio. quia vtraq; cauſa eſt cũ craſſitudine. fit autẽ attenuatio per calfacientia. quæ ea etiam ratione vtriq; conueniunt, quia vtraq; cauſa cum frigiditate eſt. At quum calfacientia alia mediocriter calfaciant, ita vt concoquant, alia valide, ita vt etiam liquefaciant, & abſumant, non idem in vtraque cauſa attenuandi modus requiritur. aſthma quod ab humoribus eſt craſſis, ac lentis, non quærit abſumentia, quia hæc inſigni calore tenues partes diſſipando, quod relinquitur craſſius relinquunt. quod eſt à tuberculo non admittit concoquentia, quia hæc pus faciunt. purulentia autem thoraci grauiſſima eſt peſtis. Debetur ergo vtriq; affectui communiter attenuatio. Sed priuatim, qui ab humoribus eſt, per mediocriter calida, quæ non ſtrenue diſſipent, qui à tuberculo, per calida valida & valide diſſipantia. quę etiã

valde

A valde exſiccant. At in affectu, qui ex humoribus, alia etiam ſuggeritur indicatio à lentore, cui debetur abſterſio. quærit ergo mediocriter calida & abſtergentia. At quæ abſtergunt eadem aſperitate ſua irritant, & tuſſes mouent. tuſſi autem non facile reijcitur quod craſſum eſt. craſſi autem ſunt, vt diximus, humores tum natura ſua, tum præterea per accidens, quia quæ attenuant licet imbecillia, tenuiorum partiũ aliquid abſumunt, & non nihil craſſefaciunt: quare minus apti ſunt vt excernantur. adiuuare igitur excretionem oportet humectan-
B tibus. ſic attenuantia, detergentia, humectantia eſſe debent remedia vbi à craſſis lentiſq; humoribus aſthma eſt. Atque hi ſunt in hoc affectu curationis ſcopi, quos Galenus quoque 7 de comp. med. per loc. 6. proponit. Ex quibus cum victus etiam & potus ratio petenda ſit; quia in vtraq; affectus huius cauſa, vt dictum eſt, attenuantia quæruntur, merito Galenus vinum tenuis ſubſtantiæ ait vtriq; conuenire. At quia qui ex tuberculo eſt maximè exſiccantia requirit, qui ex humoribus lentis & craſſis humectantia; iure etiam in priori parciorem
C perſcribit potum, in poſteriori largiorem. ita & Aetius. Auicennas tamen curatione huius affectus in vniuerſum propoſita, paulo fuſius potus rationem perſequitur. quæ in quatuor fere capitum obſeruatione eſt. in potus genere, in quantitate, tempore, & modo. Quo ad genus, vina dat odora, vetuſta, tenuia: maximè autem tenuia vbi coctionem ſputique excreationem velis adiuuare. Addit conferre ſirupum ex melle; & vina dulcia, ſi quid attenuans miſceatur prodeſſe ad moderate abſtergendum, leniendum, & calfaciendum. Subdit præ-
D terea, & de aqua nonnulla, quibus ipſius quoque potum admittere illum conſtat. Quo ad quantitatem, abſolute vt exiguum bibatur iubet. Quo ad tempus, duo ſcribit, quæ contraria dixeris. primum oportere vt elongent inter cibum & potum. qua ſententia eodem tempore cibum potumque non

admittere planè apparet. ita vt, niſi ante cibum, quis velit potum ſumi, quod plane abſurdum eſt, bibendum ſit à cibo. at idem iubet poſtea, vt vitent potum poſt cibum, ſiue ſit aqua, ſiue ſit vinum. De modo etiam admonet ne ſatientur aqua ſubito, ſed pluribus vicibus. ſcilicet ne confertim hauſtu vno, ſed pluribus interpoſito tempore ſumatur quod in potum venit. Quæ omnia digna ſunt notatu. Galenus vinum abſolute proponit. Auicennas etiam mulſam, ſub nomine ſyrupi ex melle: & aquam. In vini delectu Galeno ſat eſt, vt tenuis ſit ſubſtantiæ. Auicennas vult eſſe odorum quoque, & vetuſtũ: prætereaque dulce etiam probat admiſta re attenuante aliqua. Verum cur vnius vini quod tenuis ſubſtantiæ ſit Galenus meminerit, apertum eſt. agit enim de aſthmate vero. cui, vbi iam factus eſt morbus, non aliud quam vinum conuenit; quia in eo attenuandum eſt. Et attenuat quidem etiam mulſa. at in morbo diuturno qualis eſt aſthma; in quo ſeruandæ ſunt vires, & ventriculo diligenter eſt proſpiciendum; neceſſarium vinum eſt. præſertim quod ſua tenuitate cum calore, aptiſſimum eſt, vt in thoracem infractis viribus feratur, ad concoquendum; ſi coctione ſit opus, vel detergendum, vel etiam exſiccandum. Auicennas tamen mulſam, & aquam proponit non immerito, ſi alia ſpectemus. vt ſi deſtillationem, præſertim calidam, quæ cauſa eſt aſthmatis frequentiſſima, & efficiens, & ſæpe fouens pertinaciſſime. Vini autem ad aſthma opportuni differentias non explicat quidem Galenus; ſed eo tamen propoſito quod ſit tenuis ſubſtantiæ eas quoq; innuit quas proponit Auicennas. Si enim natura tenuis ſit ſubſtantiæ odoratum quoq; & vetuſtũ eſt. ſunt quidem aquoſa vina tenuia, ſed non vt vina, verum ob aquæ multæ participationem. quare neq; etiã ſunt odora, neq; ad vetuſtatem perueniũt. explicat igitur Auicennas vini à Galeno propoſiti naturam. Cõſtat autem ex his id quoq; quod ſi tenuis ſubſtantiæ ſit vinũ,

A eſſe non poteſt auſterum. ſed neq; etiam dulce, quod natura craſſum eſt. propterea Auicennas recte non dulce ſolum, ſed attenuanti quoq; re aliqua commiſtum quærit. ad concoquẽdum, ad promouendum ſputum, atq; ad thoracis aſperitatẽ leniendam, Quare vbi à tuberculo ſit aſthma, dulce vinũ inutile eſt, quia in eo aſthmate euitanda ſunt, quæ maturationẽ & ſuppurationem adiuuant. Sed neq; auſterum vtile eſt, quia non eſt tenue. Vt autem in aſthmate aqua aliquando opportune veniat, non vna occaſio eſt. ſunt qui neq; vinũ, neq; mul

B ſam ferant. aqua vna ſupereſt, qua ſitim arceant. propterea ſi ea vtendum ſit, quomodo vtendum conſulit Auicennas, vt mox videbimus. Hæc de potus genere. de quo, quicquid illud ſit quod aſthmatico in potum venit, illud prætermit tendum non eſt vt ſtatuatur calidusne, an frigidus actu potus cõueniat. Sed res ipſa loquitur. Attenuatione opus eſt. ergo & calore. Nũc de quantitate. Galenus vt diximus diſtinguit. exiguum eſſe oportere potum in tuberculo, multum in humorum craſſitudine, & lentore. Auicennas abſolute dat

C exiguum. Sed hunc exiguum dare arbitror, comparando mor bum ſanitati, vt qui plurimũ bibere ſanus conſueuerat ſi hoc affectu laboret, ſit parcior. quod propterea aduertit, quia ſuſpirioſi frequenter ſiti laborant. De tempore digna quidẽ animaduerſione res eſt, an in hoc malo quo tempore ſumuntur cibi, eodem quoq; potum ſumere expediat. Eſt enim & cõco ctionis, quæ elixatio quędam eſt, & diſtributionis gratia liquo re aliquo opus, qui cibum diluat. Quomodo ergo cibum alio tempore inſtituit quam potum? Sed etiã quorſum à cibo? Et

D quantum temporis inter vtrunq; interponendum? Verũ aſthmaticorum cibi, & molles & ſorbiles eſſe debent quum affectus vrget. propterea q; eorum gratia nullo eſt opus potu. Extra cibum importunum non eſt, liquore aliquo, vt medicamẽ to, craſſos humores, & lẽtos perfundere, quo facile excreẽtur.

Quare vbi affectus vrget, non cum cibo, ſed extra eum, & vino & liquoribus alijs opportunus eſt locus. Quando autẽ eorum aliquid dare animus eſt, obſeruandus eſt modus quẽ proponit, vt ne confertim atq; vno hauſtu, ſed paulatim & pluribus ſumant. ita enim in thoracem ſenſim aliquid illabitur, q̃d dum craſſos lentoſq; humores madefacit, affectui cõferre plurimum poteſt, ſine coctionis quæ in ventriculo fieri debet offenſa. Huc autem illud quoq; pertinet quod ſcribit vitandum potum à cibo ſiue aquæ, ſiue vini. non enim hoc contrariũ eſt præcepto ſuperiori. Sed largum interdicit potum, qui ventriculi coctionem perturbaret, citra thoracis commodum, non prohibet exiguam quaſi lambendo ſorbitionem. eã vero non quidem à cibo ſtatim, ſed vbi ipſum iam concoctum putaris, & ex dimidiæ fere horæ interuallo, crebram. Præterire hic nõ licet, Celſum, nulla facta cauſarum diſtinctione, inter medicamenta, ſulphur ignem non expertum cum abrotano tritum ex tepido vino dare ad ſorbendum, cum cibis vero interdum vinum tenue, auſterum. Quorum vtrunq; ob ea, quæ antea diximus, ſuſpectum eſt. Sulphur quidem ob nimiam calfaciẽdi, ac deſiccandi vim huic malo ſi non ſit ex tuberculo, aduerſam: Vinum vero auſterum, quod terrenum & aſtrictionis facultatis ſit particeps, quale vniuerſim in ſpirandi difficultate pernicioſum eſt. Verum fortaſſe vim ſulphuris obtundit abrotanum, eo minus calidum & ſiccum. ita vt extenuet tantum non etiam tenues craſſorum humorũ partes abſumat. auſterũ autem vinum licet quo nomine aſtringit & terrenum eſt, etiã craſſum ſit: non tamen omne æque vel aſtringens vel craſſum eſt: ſed quod in ipſo minus auſterum, dæfecatum autem & clarum eſt, tenue etiam eſt, ac in propoſito affectu nõ inutile, dũ leuiſſima aſtrictione, quando eius vis in thoracem peruenerit partium quæ in ea ſunt, ſubſtantiam denſando, efficit vt inutiles ſuccos aliunde non tam prompte excipiant, quos autem

A excepere contrahendo ſeſe valentius propellant. quod igitur inter auſtera minus craſſum,minuſq; auſterum eſt, id cõmodum eſt,& tale quærit Celſus, vinum tenue auſterum proponens. Adduntur eodem in capite de interiore faucium exulceratione, quædam: quæ quũ ad hypotheſim de ſpirandi difficultate non pertineant,certum eſt,ſuperioris capitis, vbi de faucibus agebat,partẽ eſſe,deſcriptoris errore prępoſtere huc translatam.

Ad ſitim. Cap. XXXI.

B SEquitur ventriculus. cuius munus quum ſit & ſentiendi, maximè in ore ſitum,& concoquendi alimenta,toti ventriculo inſidens,ad ſenſum pertinet ſitis intentior,atq; vitiata appetentia:in quibus frigidæ aliquando eſt vſus. De ſiti hæc Hippocratis ſententia eſt. Qui noctu bibere appetunt, ijs valde ſitientibus ſi ſuperdormierint,bonum,& hæc inter vigilãdum ſiti in ſuperficie ſomnus medela eſt: ſiti vero ex ſomno vigilia quibuſdam. Quibus,quũ in priori,excitatis à ſomno,&
C valde ſitientibus ſomnum probet, in poſteriori eundem commendet in exigua ſiti quæ per vigilias accidit, vt ijs, qui à ſomno ſitiunt,vigilias quoq; aliquando eſſe dicat medelam,dubitatio eſt. Quomodo enim,& in ſomno, & in vigilia, & in leui, & in magna ſiti,coferre ſomnus poteſt? Et quomodo in ſiti ex ſomno,non modo ſomnus iuuat,ſed etiam vigiliæ? Et cur in ſiti magna potus verum ipſius remedium præteritur? Cæterũ eſt quidem ſitis ſymptoma ſemper oris ventriculi,non illius tamen primaria ſemper culpa;ſed aliarum quoq; partium,tum
D ſuperiorum,tum inferiorom. Superiorum, tum capitis pituitã ſalſam in ipſum demittentis; tum pulmonis aut cordis,à quibus calidiores ſiccioreſq; halitus elati in fauces ipſi etiamnũ ventriculi ori labem communicant per neruos ſexti paris cerebri vtriq; parti cõmunes, inferiorũ vero, iecinoris maximè,

atq; ieiuni inteſtini, quum ab ijs partibus calidiori ſicciorìue intemperie affectis, vel humor aliquis, vel alitus vitioſus, in ipſum ventriculi os infertur. Frequentius tamen ipſi ventriculi ori vitium primo inſidet. eſtq; id intemperies, vel nuda, vel cũ materia. nuda, caliditas, vel ſiccitas, cum materia vero vel bilioſa, vel pituitoſa ſalſa, imo & alia quauis, cui putredo inhæſerit. Itaq; licet naturalis ſitis remedium ſit frigida aqua, vitioſæ tamen non ſemper confert, ſed tunc tantum quum ventriculus per caliditatem, aut ſiccitatem à naturali ſtatu exceſſerit, vitio ſeu proprio, ſeu alieno. Nanq; ſi à caliditate, maximè eduliorum, & vini multi aut vetuſti, ſit ſitis, vbi illa quidẽ exigua ſit, atq́; vt ait Hippocrates, in ſuperficie nihil eſt potu opus, quę. n. non ventriculi vitio, ſed ob eorum tantum partiũ caliditatem accidit, quæ inter os & ipſum vẽtriculum mediæ ſunt, in quas à concoctione, quæ elixatio quædã eſt calidi halitus efferuntur; ea ſomno, quo halitus illi diſſipantur, & non ſomno tantum, ſed etiam vigilijs corrigitur, vt per quas reuocatus ad exteriora calor vapores quoſq; obuios diſſipat. At vbi intenſior eſt ſitis, quia ipſimet ventriculo vitium inſidet, licet conferre ſomnus plurimum poſſit, quod per ipſum cõtractus in interiora calor concoquere temperareq; quicquid ſitis cauſa eſt, validius poteſt, vera tamẽ eius medela eſt, vt Aetius ait lib. 5. cap. 119. frigidæ aquæ potus, præſertim vero ijs quibus nonnũquam gelidæ vſus fuit, vt Galenus notat. Hoc remedij genus vt notiſſimum, præterit Hippocrates: meminit ſomni, vt quod non ita vulgatum eſt, & vigiliarum ẽt quoq; alibi, vt quod minus etiam ſit notum: ſibi nihil contrarius, ſi quis recte expendat. At vero coniũgitur ſitis febri non raro. Quæ ſi ſit ex ebrietate (hæc vero in genere eſt diariarum) illi quoq́; remedio eſt frigida. Sic Celſus in præf. 1. lib. Caſſium commendat, qui cuidam febre & magna ſiti affecto, quum poſt ebrietatem eum premi cæpiſſe cognoſceret, aquã ingeſſit. qua ille

A epota, quum vini vim miſcendo fregiſſet, protinus febrem ſõno & ſudore diſcuſſit. At febri alterius generis ſitis frequenter eſt comes. accidit enim ſæpe in ardentibus. & in his aliquãdo non ſimplex ſitis, ſed cũ ardoris eroſioniſq; in ventriculo ſenſu, & animi ob nimium calorem, cibiq; faſtidium, defectu. De ſiti igitur in ardentibus febribus agens Trallianus lib. 12. c. 3. ſi ardor ſtomachum infeſtet, frigidam tempeſtiuè datam frequenter ait profuiſſe: intempeſtiuè valde nocere. Archigenes eodem referente lib. 7. c. 6. in ſiti cum ſtomachi ardore, præ-

B ſertim ſi roſionem in eo ſentiant, & animo ex calore nimio, cibiq; faſtidio deficiant, dat vuæ acerbæ ſuccum; aut malorum cotoneorum, aut cucumeris ſatiui ſemen cũ aqua frigida, aut mali punici dulcis acidiue ſuccum cũ aqua pari menſura, aut etiam ramuſculum mẽthæ leuigatum ex aqua frigida, aut roſaceum oleum ſimiliter cum frigida, aut perſicorum immaturorum ſucco, aut decoctum roſarum ſiccarum. aut lactucæ albæ ſemen cum aquæ frigidæ cyathis quatuor. Addit, ad febricitantes quibus parum conducit bibere, ſitis gratia, & tenen-

C da ſub lingua, & extrinſecus admouenda, vt veſicam aqua frigida, aut niue repletam, & alia. Sane autem Oribaſius quoq; in hac ipſa ſiti æſtuoſa & cũ exolutione, ac cibi faſtidio, quacunq; ex cauſa accidat, præter quam à febre, aquam dat frigidam cum omphacij ſucco, aut decoctum vitis capreolorum, vel ſeminis cucumeris, aut ipſa etiã ſemina trita, aut menthæ ramulos tritos ex aqua. Addit ventriculo foris veſicam frigida aqua plenam, aut niuem, aut cucurbitæ ramenta. Quibus plane conſtat hunc, Archigenem æmulari. At in his tamen & nõ

D parua varietas eſt, etiam in remediorum genere, & dubitatio. Varietas, quod Archigenes de hac ſiti agit in febre, vt Trallianus quoq;: Oribaſius excipit eam, quæ eſt in febre; & eadẽ tamen quæ ille proponit auxilio, & intus, & foris. Eſt etiam dubitatio, tum quia Archigenes dat oleum quoq; roſaceum cũ

frigida

frigida, quod nauſeabundũ & ventriculo aduerſum eſt: præ- A
tereaq; facultatis contrariæ vuæ acerbæ, cotoneorum, punici
mali, & menthæ ſucco, quibus, vis ineſt aſtringendi, non laxã
di, quæ oleo. tum quid frigidæ nomine intelligant, moderate-
ne frigidam, an gelidam, vt Celſus, qui, vbi exæſtuat ventricu-
lus, potui ait dandam gelidam, niſi quid obſtet. Profectò, cur
Oribaſius ad frigidam in ſiti dandam, febrem excipiat, dignũ
eſt animaduerſione. Fortaſſe obſtructiones veretur, quas frigi
da ex Galeno in de rat. vict. in acut. fouere poteſt, vel parere, B
præſertim cum aſtringentibus ſuccis, quos hi addũt, ſumpta.
Atq; hoc eſt quod Trallian. frigidã in hac ſiti intẽpeſtiue ſum
ptam ait valde nocere. quãquã præter obſtructiones cruditas
quoq; intempeſtiuum frigidæ vſum facit, vt Galenus ſtatuit,
eam non probans niſi cum concoctionis notis. Cur non hæc
igitur timet Archigenes? Aliud poſtulat febris, aliud ſympto-
ma. Inuertit curationem hoc acutiſſimum ſymptoma, cui niſi
cito occurretur, propere incurrit æger in exitium. huic igitur
conſulendum, febris curatione, non neglecta quidem, ſed dila C
ta. Oleum autẽ quod Archigenes proponit, vt ventriculo ad-
uerſum recte prætetit Oribaſius. non temere tamẽ dat Archi-
genes, ſi adſit cum reliquis malis, eroſio. hanc enim hydrelæũ
facillime curat, lenita humoris acrimonia, ſimulque humore
acri per vomitum aut aluum detracto. An autem gelidam in
hoc affectu, an moderate frigidam velint, non facile eſt decer
nere. Videtur quidem æſtus gelidam quærere, quam Celſus
quoq; proponit: niſi quid obſtet. & eam hos velle niuis quoq;
vſus ſuadet. At ſæpe obſtant & naturalis temperies, & habitus D
corporis, & ætas, & conſuetudo, & præterea externa alia, de
quibus in ſuperioribus: hic vero priuatim etiã ventriculi di-
gnitas, & inſigne id cordis ſymptoma, defectus animi, quę mo
derate frigidam potius quam gelidam quærunt. ita quidẽ eo-
rum ſcriptorũ vterq; menthæ quoq; ramulos contritos cum

aqua

A aqua exhibet, hoc ipſo, caute in refrigerando ventriculi ore, agendum eſſe admonens. Alioqui etiam frigidæ vocem abſolute poſitam, de temperate, non de extreme frigida, dici, omni caret dubitatione. Quando autem, aut quantum dandũ ſit frigidæ, colligere eſt ex Archigene, qui eam ſcribens eſſe ſuprabibendam, dat à cibo aliquo. Sed idem etiam menſuram præſcribit, dans cum ſuperioribus lactucæ albæ ſemen cum aquę frigidę cyathis quatuor. ſi enim cyathus, vt Paulus notat ſeſquiunciam, & ſcrupulos quatuor habet, cyathi quatuor

B continent vncias ſex cum dimidia, & ſcrupulos quatuor.

Ad Inappetentiam. Cap. XXXII.

ALiud eſt ventriculi ſymptoma non leue, Inappetentia. Quæ quum varias habeat cauſas; eius tamẽ quæ ex nuda intemperie eſt, frequentiſſima & continens in primis cauſa, vt ait Galenus, eſt caliditas. quæ ſolida corpora laxando exoluit, & ad attractionem imbecillia reddit; humida autem

C diffundit atq; amplius extendit. Hanc igitur qui corrigere velit, denſanda eſt ventriculi ſubſtantia. atq; hoc efficit frigus, quod morſum ſuctui ſimilem facit. Recte ergo Aetius lib. 9. c. 20. ad hoc vitium ſorbitiones dat aquæ frigidæ, modicæ, & dulcis. caute & modicam, & abſolutè frigidam ſorbendã præbens; non autem gelidam, multam, & affatim ingeſtam, quod licet hæc celerius calorem extingueret; non id tamen ſine cõcoctricis facultatis iniuria, nimium periclitantis in diuturno ſymptomate, quod ſine graui inſiti caloris ventriculi offenſa

D protrahi diutius nõ poteſt. Quare Paulus lib. 3. c. 37. quoq; in hoc affectu ſi ex calida ſit cauſa victum ex refrigerantibus cõſtituit, ex ijs maximè quæ parantur cum aceto. quare & panẽ dat ex poſca, & poſcam bibendam, & lac acidum, & Romanorum meliam, & intybum, & lactucam, & aliquando etiam

frigidam aquam. omnia tamen ait moderate ad præſentis intemperiei cõtrarietatem; quod immoderatus horum vſus nõ ſolum non prodeſt; ſed etiam incurabilem ſæpe reddidit affectum. Quod ſi affectus ex frigida ſit intemperie, quũ hic præſidia requirat calida, bibendum ait vinum vetus, & præter alia quæ proponit, aquam calidam commẽdat cum pipere. Quod præſidium quum merito piperis, quod ex Dioſcoride, & Plinio auiditatem parit, dignum ſit quod probetur; ob aquam tamen aliquid habet dubitationis. quod licet actu calida nõ ita refrigeret, facultate tamen, quæ illi connata eſt refrigerandi, ne piper quod ex ea ſumitur, ſuas vires valide exerceat, facit. Sed neq; etiam quomodo piper ſumendum ſit, conſtat: an in puluerem redactum, an craſſe contuſum, an integrum. Verũ, piper, ſi eius puluis ex aqua ſumatur, dum altius in oris ventriculi tunicas ſe infert, ſingultum facit Galeno authore. in integro abditæ vires iacent. cõfractum ergo, ſed craſſius, eſt ſumẽdum. commodius autem cũ liquore aliquo ſumitur, quã ſeorſum & aridum. & ad id aptior aqua eſt quam vinum, quod minus faucibus moleſtũ & minus acre eſt cum illa quã cũ vino. ſumitur autẽ cum ea etiam calida, quod frigidum eſt malum. A B C

Ad concoctionem alimentorum immunitam. *Cap. XXXIII.*

EST multis præſertim litterarum ſtudioſis infirmus ad cõcoquendum ſtomachus. quos, vt Celſus ait, indicat pallor „ macies, præcordiorũ dolor, nauſea, vomitus inuolũtarius, & „ in ieiunio capitis dolor. Pallor praui ſucci in corporis habitũ diffuſi indicium eſt: macies malę nutritionis præcordiorũ dolor, nauſea, vomitus, & capitis dolor materiæ in ventriculo vitioſæ, & alimentorum corruptelæ ſunt notæ. quæ quũ ex intemperie tum calida, tum frigida eſſe poſſit, hic de frigida agi „ docet curandi ratio, quam idem author affert. ait enim. Qui D

A ,, ita laborat legere clare debet, poſt lectionem ambulare, tũ
,, pila, vel armis, alioue quo genere, quo ſuperior pars moue-
,, tur, exercere. Non aquam, ſed vinum calidum bibere ieiu-
,, nus. Tum cibum bis aſſumere, ſic tamen vt facile cõcoquat.
,, Vti vino tenui & auſtero, & poſt cibum frigidis potionibus
potius. hæc fere ille. In quibus notatu dignum eſt, quod dat vi
num calidum bibendum ieiuno: quod bis vult cibum ſumere:
ac tertio quod cibum frigidis potionibus concludit. Prius id, ſi
vini ſit generoſioris & pauci, calfaciendo quidem ventriculũ,
B eum firmare poteſt ſi à frigiditate vt hic poſuimus ſit labor. at
cui dolor eſt capitis, ſuſpectum ieiuno eius vini vſum habeo.
ſiue ex crudiorum, ſiue ex acrium halituum euaporatione ſit
dolor. nam & aromatũ vſus ieiuno, vbi praui ſucci qualiſcũq;
ventriculo inſident, lædit caput. Cibi vero partitio probanda
eſt, quum imbecillus calor opprimatur multis alimẽtis ſemel
ingeſtis. quæ opportune diſpartita, & debito temporis inter-
uallo ſumpta poteſt ſuperare. Frigidarũ vero potionum poſt
cibum eadem eſt ratio, de qua ſupra. denſant enim os vẽtricu
C li, vt alimenta arctius amplectatur, quod ad cõcoctionem eſt
plurimi. Potionũ aũt noĩe nõ largũ potũ, ſed cõtinuatũ pauci
vel vini vel aquæ frigidæ hauſtum à cibo omni, intelligimus.

Ad tardam concoctione, cum ardore, & ſiti. Cap. XXXIV.

SVbdit idem author. At qui tarde concoquunt, & quorum
,, ideo præcordia inflantur, quiue propter ardorem aliquẽ
,, noctu ſitire conſueuerunt, antequã conquieſcant duos treſ-
D ,, ue cyathos per tenuem fiſtulam bibant. Quibus affectũ tar-
dæ concoctionis proponens adiungit illi tamẽ etiam ſympto-
mata alia, ardorem, & ſitim. Tardam concoctionem ſequitur
præcordiorum inflatio, & hęc frigiditatem: ardor vero, & ſitis
calorem: ab effuſa fortaſſe in ventriculum bile ex iecinore. His
con-

conſulit vt antequam ſe dent ſomno, duos treſue cyathos ſumant per tenuem fiſtulam. vini ne, an aquæ; frigidæ ne, an calidæ, diuinandum eſt. Aqua in tarda cōcoctione inutilis eſt eo tempore quo maximè alimentorum concoctio fieri ſolet. eius autem vigor præcipuè eſt in ſomno. & ardori tamē ac ſiti nō confert vinum, ſed aqua. Vinum igitur minimè vel aqueum, vel generoſius, aptum ad vtrunq; videtur, ſi ſit moderati frigoris, & tale per tenuem fiſtulam attractum, menſura vinum cyathorum (qui vncias quinq; nō explent) neq; ardorem, aut ſitim excitabit, neq; frigiditate coctionem retardabit. caleſcit enim in deſcenſu per calidas partes, vt in ventriculum nō recipiatur frigidū. & idē ſitim extinguit, ſenſim fauciū, gulæq; ac ventriculi ſuperficiē irrigās atq; imbuēs pluuiæ inſtar, quę tenuis & ſenſim delabens, terram altius quam imbres magni repente effuſi, madefacit. A B

Ad tardam concoctionem cum corruptela. *Cap. XXXV.*

ADdit idem author, Ad tardam concoctionem prodeſſe etiam clare legere, deinde ambulare, tum vel vngi, vel lauari aſſidue. Vinum frigidum bibere, & poſt cibum magnā potionem ſumere per ſiphonem. tū omnes potiones aqua includere. Quibus verbis quum agere eum de tarda alimentorū concoctione vt ſuperius apertum ſit, quia tamen præſidiorū quorum meminit pars ad calfaciendum, pars ad refrigerandū aptior eſt, tardæ concoctioni quæ à frigiditate eſt, cōiungere corruptelam à calore probabile eſt. ita vt ſit de inæquali intēperie calida & frigida ſermo. Et fortaſſe nihil erat, vt poſt ea quæ calfaciunt, repeteret debere vinū frigidum bibere; & poſt cibum magnam potionem ſumere per ſiphonem: dehinc omnes potiones aqua frigida includere, quæ & ſupra. Sed hæc vt à veteribus ſeorſum ſcripta vidit, ita ſeorſum tradidit. Summa C D

eſt

eſt frigidũ vinũ hic cõuenire ad corrigẽdã frigidã intẽperiẽ,quia
A vinũ; ad calidã,quia frigidũ. Sed an vult gelidũ? Nã tale exquirere id indicat, quod vult ſenſim per anguſtã fiſtulã bibi. ſi.n. moderati vellet frigoris,poteſt ea amplo ore confertim ſumi. citra refrigerij nimij ſuſpicionem,proponere ergo ſiphonem argumentũ eſt,quod gelidũ quærat. Verũ tardã cõcoctionẽ ex frigiditate,nunquã inſigne frigus corriget,ſed calor. hic autẽ ne calidum prorſus vinũ ſumatur,obſtat calida frigiditati coniuncta intẽperies. vtriq; cõſulendũ mediocri calore & frigore. A magna ergo
B potione q̃ proponit,ſi gelida eſſet,etiã ſi per anguſtã fiſtulam bibatur,non deeſt periculũ refrigerij nimij, quo frigida intẽperies extollatur. tutius ergo eſt potũ moderate frigidũ ſumi, vt vbi vẽtriculum attingit,tepidus ſit,naturali calori ſimilis. Quod poſtremo inculcat omnes potiones aqua frigida includi oportere, rationem habet antea allatam denſandi oris ventriculi poſt cibum, & potum omnem, vt arctius amplectatur quod ſumptum eſt.

Ad alimentorum in ventriculo acorem. Cap. XXXVI.

C

IDem quædã de eo cui cibus aceſcit,poſtremo ſcribit. quæ de diminuta alimentorũ concoctione eſſe apertum eſt. quæ frigiditatẽ ventriculi ſequitur,nõ tñ immoderatã. Cui igitur aceſcit cibus,illũ ait; ante eum bibere aquã tepidã debere, & vomere,recte quidem ne cibi acido humore infecti malum foueãt, & augeant. Sequitur, At is cui ex hoc frequens deiectio incidit, quoties aluus ei conſtiterit,frigida potione potiſſimum vtatur. quibus quid velit,obſcurum eſt. Et ſolet quidẽ quibus aceſcit cibus,aliquando lienteria ſuccedere, quæ alimentorũ eſt per aluũ
D deiectio præpropera. At quod huic vbi aluus cõſtiterit,cõſulit frigida.n. potio licet (vt diximus) vẽtriculi os firmet,adauget tamẽ frigiditatẽ,acoris,& nouæ dehinc vbi aluus conſtiterit, lienteriæ causã. Fortaſſe aliquid roboris ſumet ex frigido, & generoſo vino. Sed id etiam cum adeo imbecillo calore,qualis in ventricu-

lo eſſe ſolet, in quo aceſcunt cibi: paucum eſſe oportet. A

Ad ructum. Cap. XXXVII.

PErtinet ad hunc locum eiuſdem authoris ſententia, quã alibi „ de ſanorum victu ſcribit. Qui crudum ſine præcordiorũ do„ lore ructat, is ex interuallo frigidam aquam bibere, & ſe nihilominus continere debet. Qua tamen quid velit obſcurum. Ructus crudus intelligi poteſt tum de eo quo alimentorũ, qualia aſſumpta ſunt, odor & ſapor percipitur: tum de acido. vterq; aũt malã B concoctionem ſequitur. & vterq; nunc eſt cum dolore, nunc ſine eo. dolor autem maximè eſt diſtendente flatu: qui diminutæ cõcoctioni frequẽs eſt comes. An ergo vbicunq; ructus ſit altero horũ modorũ crudus, ſi modo ſit ſine dolore, frigidæ potus eſt vtilis? Profecto adiuuatur coctio, non frigore, niſi vbi præternaturalis ſit calor, quem id retũdit; ſed calore. Cum crudo autem ructu viget ſemper frigiditas. quæ non niſi calore corrigitur. An ergo per crudum ructum, non eum tantum intelligit, qui fit à frigore; ſed quicunq; naturali, vt ita dicam, diſſimilis eſt, qualis aliquãdo C poſt optimam etiam concoctionem ſatio homini accidit, omnis ſaporis & odoris expers. atq; ita eum quoq; intelligit, qui alieni ſit odoris, aut ſaporis, ſiue frigiditati, ſiue caliditati ſit cõiunctus. qualis nidoroſus eſt cuius remedium appoſitum eſt aquæ potus. At abſolutè de crudo agitur. neq; ſi crudo nidoroſo aqua conuenit, alteri tamen proprie crudo videtur conuenire. Adde quod qui vere crudi ſunt ructus, ſi modo perſeuerent, raro ſine aliquo ſunt dolore, ob flatus qui ſemper cruditatem ſequuntur. aquam autem hic dat frigidam in ructu qui ſine dolore eſt. de nidoroſo D igitur priuatim hoc loco agitur, crudo improprie; non de eo qui vere proprieq; eſt, crudus. In hoc enim ſi quid frigidum ad ventriculi os firmandum vtile eſt, id vinum potius eſt quam aqua ob lenitatem concoctioni aduerſam, Cæterũ quocunq; in ructu frigidus potus conueniat, aſſiduus eius vſus vtilis eſſe nõ poteſt: ſed

A ex interuallo, vt Celſus ſcribit. inquo tamen etiam (vt ait) eſt cõtinendum, Nempe, ſi ille nidoroſus ſit, ne in hoc quoq; aſſiduus frigidæ vſus cõuenit, quũ nidor ex bile ſit, bilioſis bilioſa ſit aqua. Sin propriè ſit crudus quamuis aliquando aſſumpta illa à cibis os ventriculi denſando conferre aliquid poſſit, minimè tamẽ tutus frequens eius eſt vſus. quod impreſſa multo potu in vẽtriculo frigiditate, cruditatis cauſa adaugetur. ita vt non temere continendum in hac eſſe ſcribat. Bibere autem per interualla, vt puto, eſt, aliquando vbi à cibis ordinario potu ſedata non eſt ſitis, exiguo
B vno aut altero frigidæ potionis hauſtu cibum, & potum omnem concludere.

In Singultu. Cap. XXVIII.

OB eximium ſenſum, quo ventriculus, & eius præcipuè os præditum eſt, fit non raro deprauatus ille motus, quẽ ſingultum vocant. In cuius quoq; curatione fuit frigidæ aquæ vſus aliquando vtilis. Quomodo id, aut quãdo, patebit magis, ſi prius qui affectus, & cuius partis ſit ſingultus, aperiatur. Et illud quidẽ
C primum omnibus conuenit, hunc motum eſſe veluti cõuulſoriũ partis in qua fit, ad moleſtum aliquid pellendum. At cuius partis ille ſit motus Ariſtoteli, & medicis cõtrouerſũ eſt, Ariſtotele 33. probl. ſect. probl. 17. thoracem, ideſt, pulmones, medicis vero vẽtriculum ſtatuentibus. Pro Ariſtotele eſt, quod inter cætera ſingultus remedia, non ſecus atq; tuſſis, quę à frigiditate, eſt ſpiritus retentio. quã fieri in thorace certum eſt. in eo ergo, & ſingultus cauſa, qua per retẽtionem ſpiritus ſublata, ſingultus ſoluitur. Sed & ſternutatio illum curat, in qua thoracem vehementi impetu
D moueri nihil dubium eſt. in eo igitur erat illius cauſa. Percipitur etiam ſingultu ſonitus ille, qui ſtertori non eſt diſſimilis, qualis fit ex thorace affecto. eſt ergo hic quoq; thoracis. Contra tamẽ medicis aſſentitur, tum ſenſus qui concuſſionem eam quam ſingultum vocamus, agnoſcit eſſe ventriculi oris: tum cauſarum obſeruatio, à quibus procreari hic ſolet. fit enim ſæpe ex repletione; &

aliquando ex acri re aliqua vorata, vt pipere ex aqua calida: tum ſolutio quæ frequenter fit vomitu, aut rei alicuius potu. Fallaces A
igitur ſunt rationes, quæ hoc thoracis malum eſſe contendunt. Si enim ſpiritus retentione is ſoluitur, hoc ideo fit, quia vt contineatur ſpiritus in thorace occludi os neceſſe eſt. quo ventriculi quoq; calor augetur, auctus vero flatum, au frigus diſſipat, à quo ſingultus. Sternutationis autem motu repentina vehemensq; fit diaphragmatis, & conſequenter ventriculi, qui illi proximè ſubeſt, deorſum compreſſio. vnde cauſam quæ irritando ſingultum B
faciebat, loco moueri accidit, atq; ita ſingultum ſolui. De ſtrepitu vero nullum latet, quacunq; in corporis parte per anguſtũ locum ſubito, & repentino impulſu flatum moueri accidat, nõ moueri ſine ſtrepitu aliquo. vt igitur ſtertor ille fit commoto flatu in thorace per aſperam arteriam, ita hic à ventriculo flatus per gulam. Non temere ergo ſingultum ventriculi eſſe motum ſtatuũt medici. & nunc quidem eius oris, nunc corporis reliqui, & nunc etiam gulæ ad pellendum aliquid, quod intra eius, non ſinum vt in vomitu, ſed membranas hæret moleſtum. hoc enim à vomitu C
differt. Eſt etiam hoc malum ventriculi nunc per eſſentiam, nũc per conſenſum. Quod autem per eſſentiam eſt, à cauſa eſt, nunc exteriori, vt à cibi potuſq; repletione, aut etiã acris rei ingeſtione quale piper eſt tenue, quod Galeno ſingultum faciebat. nunc interiori. ea vero vel cum pręſentia materię atq; adeo ex repletione; vel cum defectu, ideſt, ex intemperie tum frigida neruoſis partibus aduerſa, vt Galenus tertio de ſanitate tuenda cap. 2. vel ſicca ab euacuatione qualicunq; immoderata vt Hippocrates docet. ex repletione autem ex materia aliqua intra eius tunicas conten D
ta, nempe vel acri humore, maximè bilioſo, aut alterius etiam generis putri; vel flatulento ſpiritu, aut crudo, aut acri, aut venenata etiam qualitate infecto: nonnunquam etiam ex lumbrico. At qui per conſenſum eſt, cauſam habet iecoris, vel inteſtini ieiuni, vel vteri inflammationem. ab his enim partibus inflammatis, ſeu quia prauus aliquis humor vaporue ab ipſis in ventriculum effe-

ratur,

A ratur;ſeu quia ob viciniam comprimatur, aut ob connexionem deorſum trahatur ventriculus; fieri ſolet ſingultus. Quum tot igitur ſingultus ſint cauſæ, eſt quidẽ in eo frigidæ aquæ vſus aliquãdo opportunus, at non ſemper. Quare Ariſtophani ſingultiẽti nõ apte apud Platonem conſulit Eryximachus, vt contineat ſpiritũ, vel fauces multa aqua abluat, vel ſternutet. Si erat ei ſingultus à ciborum repletione, quam illi obijcit Ariſtodemus; in ea quidem adhuc recẽti neq; cohibere ſpiritum, neq; ſternutare, aut fauces
B frigida abluere, iuuare vllo modo poſſunt. ſola autẽ proderit euacuatio vel per vomitum, vel per ſeceſſum, quam frigidæ nõ ablutio, ſed copioſus potus facile promouebit. In repletione vero non ita recenti, crudi flatus frequenter ſingultum faciunt. in hoc ſpiritus retentio iuuabit. non iuuabit ſternutatio. oris vero ex frigida ablutio etiam damno erit, cõmunicata ventriculi ori per faucium tunicam frigiditate. Redeamus ad frigidam. Ea quidem ſi propoſitas ſingultis cauſas ſpectemus, tunc maximè videtur opportuna, quum à caliditate & ſiccitate atq; quum ab inflamma-
C tione eſt ſingultus. Trallianus tamen in eo quidem qui ab immodica ſiccitate eſt ob euacuationem aut febrem, qui etiã firmiter perſeuerat, & merito periculoſus eſt, refrigerantibus atq; humectantibus auxilijs præſertim temperata aqua crebertima vtendũ ait. Nouiſſe autem ſe quendam qui ob hanc intemperiem ſingultiret, frigida ſorbitione conſeruatum. At in inflammatione, quæ [illegible]u frigida ſunt, vitare oportere, tepida autem potius continue vtendum, paulatim eam ſorbendo, & extremas manus calidiſſima frequentius madefaciendo. In qua curatione dignũ eſt ſcitu,
D cur in priori det frigidam non affatim bibendam, quæ magis humectare videretur, ſed ſorbendam. in poſteriori vero det tepidã, non autem frigidam, quum tamen ſine inſigni calore non ſit inflammatio. Sed in priori quidem ſingultu, quum accidit, (accidit autem raro) fieri non poteſt quin innato humore abſumpto inſitus quoq; calor ſit imbecillimꝰ. caute igitur ne extinguatur, agẽdum. extingueret autẽ frigida, ſi multa & confertim ſumeretur.

Digitized by Google

In poſteriori vero alia eſt ratio. Etſi enim in exterioribus inflammationibus frigidæ affuſio, vt repellet, ita earum incrementum prohibet: in interioribus tamen non eſt par fructus. quod refrigerio indurantur, & curatu fiunt difficillimæ. hanc ob cauſam Galenus quoq; in aquæ frigidę potu cauet, ne intus aliqua ſit vel inflammatio, vel obſtructio. Hæc igitur ſi adſit, præſtat dare tepidam: quæ poterit & frigiditate ſibi inſita inflammationis feruorem temperare; & moderato tempore adſcititio illius coctionem, aut diſſipationem citra iniuriam promouere. A B

Ad ſtomachi reſolutionem: Cap. XXXIX.

AD ventriculi concoctionem pertinet, vt in eo debito tempore alimenta contineantur. Si non teneantur, ita vt aſſiduo vomitu ali corpus deſinat, & tabe conſumatur, ſtomachi reſolutionem vocat Celſus. Qui huic vitio præter remedia alia refrigerãtia extrinſeca, cibos quoq; præbet frigidos & difficiles cõcoctu ac corruptu, qualis bubula eſt; quam hi coquunt qui nihil aliud poſſunt concoquere, quia corrumpunt. potui autem dat vinum vel frigidum; vel bene calidum, meracum, auſterum, aut reſina conditum, aut quam aſperimum. Si perſtet malum, pleniorem vomitum aqua ciet. tum dato cibo duobus intra ſtomachũ digitis cucurbitulas admouet, ibi duabus tribuſue horis continendas. Quod ſi cum vomitu coniunctus ſit dolor, tum admouet ſtimacho lanam, vel ſpongiam & aceto, aut cataplaſma quod refrigeret. tum calfactione & frictione vehementi, ſed breui, ad brachia & crura reuellit. Quod ſi plus doloris ſit, tum quatuor infra præcordia digitis cucurbitula vtendum ait. protinuſq; dandum panem ex poſca frigida. Quem ſi non continet, dat lene aliquid ſtomacho gratum. quod item ſi non tenet, cum ſingulos dat vini cyathos ſingulis interpoſitis horis donec ſtomachus conſiſtat. Subdit valere ad hoc radiculę ſuccum, & punici itidem mali acidi ſimul ac dulcis ſuccum cum intybi ſucco & mentha pauca, C D

quàm optime commiſcendo tantundem frigidæ aquæ, quãtum
A in his omnibus eſt. hoc enim plus quam vinum comprimere ſto-
machum poſſe. hæc ex illo. In quibus id primũ quęſtione dignũ,
quod ciborũ vomitum frigidis abſolute curat, qui tamen ex aci-
dæ quoq; pituitæ copia eſſe poteſt. At agere de ijs dices, qui ali-
menta corrumpunt ob immoderatum ventriculi calorem: qui &
bubulam coquunt, & non alia. At quorſum potui vinum? atq; id
etiam non modo frigidum, ſed & bene calidum, & meracum?
Quid vero illud eſt, ſi perſtet malũ, cucurbitulas admouere duo-
B bus intra ſtomachum digitis? In vomitu vero ſimul cum dolore,
quod frigida abſolute admoueat, eandem habet dubitationem,
quam antea. quũ dolor non ſecus ex frigida cauſa excitetur quã
calida. Sed mox etiã ſi frigida iuuant, quorſum illos vini cyathos?
Quod poſtremum valere ait radiculę ſuccum, id nullum latet, ra
diculam vomitum ciere. At eius quærimus compreſſionem, neq;
ſi ad vomendum dat, admiſcenda ſunt reprimentia; in quo gene
re eſt punici ſuccus & mentha. Sed de huius quoq; ſucci cum fri-
gida commiſtione ad potum, licet tantum aquæ commiſcendũ
C dicat, quantum eſt reliquorum ſimul omnium, quia tamen illis
ſingulis nullus eſt præſcriptus modus, neq; etiam qui totius po-
tionis ſit modus, conſtat. Verum, agere quidem Celſum de cali-
diori ventriculi intemperie, certum eſt. à qua ſi corrumpãtur ali-
menta, vnde eorum fiat vomitus; omnino refrigerium debetur.
Sed præter hoc denſandum etiam ventriculi eſt os, vt contineat.
Ad continendum inepta aqua eſt, humiditate ſua leniens: conue
nit vinum. hoc vero licet poteſtate calidum, epotum tamen actu
frigidum, frigiditate denſat ventriculi os celerius quam aqua, dũ
D inſita illi caliditas aduentitium frigus in intimiores oris ventricu
li partes intrudit. At dat etiam bene calidum. Recte. non tepidũ;
quia tepor vomitum ciet excitato flatu multo quem non diſſol-
uit: ſed bene calidum, quod minus eſt flatuoſum. deligit etiã me-
racum & generoſum, vt minus aquæ lenitatis particeps: & præ-
terea aſperum ac reſina quoq; conditum, ad ventriculi os dẽſan-

frigida,quod nauſeabundũ & ventriculo aduerſum eſt: præ- A
tereaq; facultatis contrariæ vuæ acerbæ,cotoneorum, punici
mali,& menthæ ſucco,quibus,vis ineſt aſtringendi, non laxã
di,quæ oleo.tum quid frigidæ nomine intelligant,moderate-
ne frigidam,an gelidam,vt Celſus,qui,vbi exæſtuat ventricu-
lus,potui ait dandam gelidam,niſi quid obſtet. Profecto, cur
Oribaſius ad frigidam in ſiti dandam,febrem excipiat, dignũ
eſt animaduerſione.Fortaſſe obſtructiones veretur, quas frigi
da ex Galeno in de rat.vict.in acut.fouere poteſt, vel parere, B
præſertim cum aſtringentibus ſuccis, quos hi addũt, ſumpta.
Atq; hoc eſt quod Trallian.frigidã in hac ſiti intẽpeſtiue ſum
ptam ait valde nocere. quãquã præter obſtructiones cruditas
quoq; intempeſtiuum frigidæ vſum facit, vt Galenus ſtatuit,
eam non probans niſi cum concoctionis notis. Cur non hæc
igitur timet Archigenes? Aliud poſtulat febris, aliud ſympto-
ma.Inuertit curationem hoc acutiſſimum ſymptoma, cui niſi
cito occurretur,propere incurrit æger in exitium. huic igitur
conſulendum,febris curatione,non neglecta quidem,ſed dila C
ta. Oleum autẽ quod Archigenes proponit, vt ventriculo ad-
uerſum recte præterit Oribaſius.non temere tamẽ dat Archi-
genes,ſi adſit cum reliquis malis,eroſio. hanc enim hydrelæõ
facillime curat,lenita humoris acrimonia, ſimulque humore
acri per vomitum aut aluum detracto. An autem gelidam in
hoc affectu,an moderate frigidam velint, non facile eſt decer
nere. Videtur quidem æſtus gelidam quærere, quam Celſus
quoq, proponit:niſi quid obſtet. & eam hos velle niuis quoq;
vſus ſuadet. At ſæpe obſtant & naturalis temperies,&habitus D
corporis,& ætas,& conſuetudo, & præterea externa alia, de
quibus in ſuperioribus: hic vero priuatim etiã ventriculi di-
gnitas,&inſigne id cordis ſymptoma,defectus animi,quę mo
derate frigidam potius quam gelidam quærunt. ita quidẽ eo-
rum ſcriptorũ vterq, menthæ quoq, ramulos contritos cum

A aqua exhibet, hoc ipſo, caute in refrigerando ventriculi ore agendum eſſe admonens. Alioqui etiam frigidæ vocem abſolute poſitam, de temperate, non de extreme frigida, dici, omni caret dubitatione. Quando autem, aut quantum dandũ ſit frigidæ, colligere eſt ex Archigene, qui eam ſcribens eſſe ſuprabibendam, dat à cibo aliquo. Sed idem etiam menſuram præſcribit, dans cum ſuperioribus lactucæ albæ ſemen cum aquę frigidę cyathis quatuor. ſi enim cyathus, vt Paulus notat ſeſquiunciam, & ſcrupulos quatuor habet, cyathi quatuor
B continent vncias ſex cum dimidia, & ſcrupulos quatuor.

Ad Inappetentiam. Cap. XXXII.

ALiud eſt ventriculi ſymptoma non leue, Inappetentia. Quæ quum varias habeat cauſas; eius tamẽ quæ ex nuda intemperie eſt, frequentiſſima & continens in primis cauſa, vt ait Galenus, eſt caliditas. quæ ſolida corpora laxando exoluit, & ad attractionem imbecillia reddit; humida autem
C diffundit atq; amplius extendit. Hanc igitur qui corrigere velit, denſanda eſt ventriculi ſubſtantia. atq; hoc efficit frigus, quod morſum ſuctui ſimilem facit. Recte ergo Aetius lib. 9. c. 20. ad hoc vitium ſorbitiones dat aquæ frigidæ, modicæ, & dulcis. caute & modicam, & abſolutè frigidam ſorbendã præbens; non autem gelidam, multam, & affatim ingeſtam, quod licet hæc celerius calorem extingueret; non id tamen ſine cõcoctricis facultatis iniuria, nimium periclitantis in diuturno ſymptomate, quod ſine graui inſiti caloris ventriculi offenſa
D protrahi diutius nõ poteſt. Quare Paulus lib. 3. c. 37. quoq; in hoc affectu ſi ex calida ſit cauſa victum ex refrigerantibus cõſtituit, ex ijs maximè quæ parantur cum aceto. quare & panẽ dat ex poſca, & poſcam bibendam, & lac acidum, & Romanorum meliam, & intybum, & lactucam, & aliquando etiam

fri-

frigidam aquam.omnia tamen ait moderate ad præſentis intemperiei cõtrarietatem; quod immoderatus horum vſus nõ ſolum non prodeſt, ſed etiam incurabilem ſæpe reddidit affectum. Quod ſi affectus ex frigida ſit intemperie, quũ hic præſidia requirat calida, bibendum ait vinum vetus, & præter alia quæ proponit, aquam calidam commẽdat cum pipere. Quod præſidium quum merito piperis, quod ex Dioſcoride, & Plinio auiditatem parit, dignum ſit quod probetur; ob aquam tamen aliquid habet dubitationis, quod licet actu calida nõ ita refrigeret, facultate tamen, quæ illi connata eſt refrigerandi, ne piper quod ex ea ſumitur, ſuas vires valide exerceat, facit. Sed neq; etiam quomodo piper ſumendum ſit, conſtat: an in puluerem redactum, an craſſe contuſum, an integrum. Verũ, piper, ſi eius puluis ex aqua ſumatur, dum altius in oris ventriculi tunicas ſe infert, ſingultum facit Galeno authore. in integro abditæ vires iacent. cõfractum ergo, ſed craſſius, eſt ſumẽdum. commodius autem cũ liquore aliquo ſumitur, quã ſeorſum & aridum. & ad id aptior aqua eſt quam vinum, quod minus faucibus moleſtũ & minus acre eſt cum illa quã cũ vino. ſumitur autẽ cum ea etiam calida, quod frigidum eſt malum.

A B C

Ad concoctionem alimentorum immunitam. *Cap. XXXIII.*

EST multis præſertim litterarum ſtudioſis infirmus ad cõcoquendum ſtomachus. quos, vt Celſus ait, indicat pallor „ macies, præcordiorũ dolor, nauſea, vomitus inuolũtarius, & „ in ieiunio capitis dolor. Pallor praui ſucci in corporis habitũ diffuſi indicium eſt: macies malẹ nutritionis præcordiorũ dolor, nauſea, vomitus, & capitis dolor materiæ in ventriculo vitioſæ, & alimentorum corruptelæ ſunt notæ. quæ quũ ex intemperie tum calida, tum frigida eſſe poſſit, hic de frigida agi „ docet curandi ratio, quam idem author affert. ait enim. Qui D

„ ita

A ,, ita laborat legere clare debet, poſt lectionem ambulare, tũ
,, pila, vel armis, alióue quo genere, quo ſuperior pars moue-
,, tur, exercere. Non aquam, ſed vinum calidum bibere ieiu-
,, nus. Tum cibum bis aſſumere, ſic tamen vt facile cõcoquat.
,, Vti vino tenui & auſtero, & poſt cibum frigidis potionibus
potius. hæc fere ille. In quibus notatu dignum eſt, quod dat vi
num calidum bibendum ieiuno: quod bis vult cibum ſumere:
ac tertio quod cibum frigidis potionibus concludit. Prius id, ſi
vini ſit generoſioris & pauci, calfaciendo quidem ventriculũ,
B eum firmare poteſt ſi à frigiditate vt hic poſuimus ſit labor. at
cui dolor eſt capitis, ſuſpectum ieiuno eius vini vſum habeo.
ſiue ex crudiorum, ſiue ex acrium halituum euaporatione ſit
dolor. nam & aromatũ vſus ieiuno, vbi praui ſucci qualiſcũq;
ventriculo inſident, lædit caput. Cibi vero partitio probanda
eſt, quum imbecillus calor opprimatur multis alimẽtis ſemel
ingeſtis. quæ opportune diſpartita, & debito temporis inter-
uallo ſumpta poteſt ſuperare. Frigidarũ vero potionum poſt
cibum eadem eſt ratio, de qua ſupra. denſant enim os vẽtricu
C li, vt alimenta arctius amplectatur, quod ad cõcoctionem eſt
plurimi. Potionũ aũt noĩe nõ largũ potũ, ſed cõtinuatũ pauci
vel vini vel aquæ frigidæ hauſtum à cibo omni, intelligimus.

Ad tardam concoctione, cum ardore, & ſiti. Cap. XXXIV.

SVbdit idem author. At qui tarde concoquunt, & quorum
,, ideo præcordia inflantur, quiue propter ardorem aliquẽ
,, noctu ſitire conſueuerunt, antequã conquieſcant duos treſ-
D ,, ue cyathos per tenuem fiſtulam bibant. Quibus affectũ tar-
dæ concoctionis proponens adiungit illi tamẽ etiam ſympto-
mata alia, ardorem, & ſitim. Tardam concoctionem ſequitur
præcordiorum inflatio, & hęc frigiditatem: ardor vero, & ſitis
calorem: ab effuſa fortaſſe in ventriculum bile ex iecinore. His
con-

conſulit vt antequam ſe dent ſomno, duos treſue cyathos ſumant per tenuem fiſtulam. vini ne, an aquæ; frigidæ ne, an calidæ, diuinandum eſt. Aqua in tarda cōcoctione inutilis eſt eo tempore quo maximè alimentorum concoctio fieri ſolet. eius autem vigor præcipuè eſt in ſomno. & ardori tamē ac ſiti nō confert vinum, ſed aqua. Vinum igitur minimè vel aqueum, vel generoſius, aptum ad vtrunq; videtur, ſi ſit moderati frigoris, & tale per tenuem fiſtulam attractum, menſura vinum cyathorum (qui vncias quinq; nō explent) neq; ardorem, aut ſitim excitabit, neq; frigiditate coctionem retardabit. caleſcit enim in deſcenſu per calidas partes, vt in ventriculum nō recipiatur frigidū. & idē ſitim extinguit, ſenſim fauciū, gulæq; ac ventriculi ſuperficiē irrigās atq; imbuēs pluuiæ inſtar, quę tenuis & ſenſim delabens, terram altius quam imbres magni repente effuſi, madefacit. A B

Ad tardam concoctionem cum corruptela. Cap. XXXV.

ADdit idem author, Ad tardam concoctionem prodeſſe etiam clare legere, deinde ambulare, tum vel vngi, vel lauari aſſidue. Vinum frigidum bibere, & poſt cibum magnā potionem ſumere per ſiphonem. tū omnes potiones aqua includere. Quibus verbis quum agere eum de tarda alimentorū concoctione vt ſuperius apertum ſit, quia tamen præſidiorū quorum meminit pars ad calfaciendum, pars ad refrigerandū aptior eſt, tardæ concoctioni quæ à frigiditate eſt, cōiungere corruptelam à calore probabile eſt. ita vt ſit de inæquali intēperie calida & frigida ſermo. Et fortaſſe nihil erat, vt poſt ea quæ calfaciunt, repeteret debere vinū frigidum bibere; & poſt cibum magnam potionem ſumere per ſiphonem: dehinc omnes potiones aqua frigida includere, quæ & ſupra. Sed hæc vt à veteribus ſeorſum ſcripta vidit, ita ſeorſum tradidit. Summa C D

A eſt frigidũ vinũ hic cõuenire ad corrigẽdã frigidã intẽperiẽ,quia
vinũ;ad calidã,quia frigidũ.Sed an vult gelidũ?Nã tale exquire-
re id indicat,quod vult ſenſim per anguſtã fiſtulã bibi.ſi.n.mode
rati vellet frigoris,poteſt ea amplo ore confertim ſumi. citra re-
frigerij nimij ſuſpicionem.proponere ergo ſiphonem argumen-
tũ eſt,quod gelidũ quærat. Verũ tardã cõcoctionẽ ex frigidita-
te,nunquã inſigne frigus corriget,ſed calor.hic autẽ ne calidum
prorſus vinũ ſumatur,obſtat calida frigiditati coniuncta intẽpe-
ries. vtriq; cõſulendũ mediocri calore & frigore. A magna ergo
B potione q̃ proponit,ſi gelida eſſet,etiãſi per anguſtã fiſtulam bi-
batur,non deeſt periculũ refrigerij nimij, quo frigida intẽperies
extollatur.tutius ergo eſt potũ moderate frigidũ ſumi, vt vbi vẽ-
triculum attingit,tepidus ſit,naturali calori ſimilis. Quod poſtre
mo inculcat omnes potiones aqua frigida includi oportere, ratio
nem habet antea allatam denſandi oris ventriculi poſt cibum,
& potum omnem, vt arctius amplectatur quod ſumptum eſt.

Ad alimentorum in ventriculo acorem. *Cap. XXXVI.*

C

IDem quædã de eo cui cibus aceſcit,poſtremo ſcribit. quæ de
diminuta alimentorũ concoctione eſſe apertum eſt. quæ fri-
„ giditatẽ ventriculi ſequitur,nõ tñ immoderatã.Cui igitur ace-
„ ſcit cibus,illũ ait; ante eum bibere aquã tepidã debere, & vo-
mere,recte quidem ne cibi acido humore infecti malum foueãt,
„ & augeant.Sequitur,At is cui ex hoc frequens deiectio incidit,
„ quoties aluus ei conſtiterit,frigida potione potiſſimum vtatur.
quibus quid velit,obſcurum eſt. Et ſolet quidẽ quibus aceſcit ci-
D bus,aliquando lienteria ſuccedere, quæ alimentorũ eſt per aluũ
deiectio præpropera. At quod huic vbi aluus cõſtiterit,cõſulit fri
gida.n.potio licet(vt diximus) vẽtriculi os firmet,adauget tamẽ
frigiditatẽ,acoris,& nouæ dehinc vbi aluus conſtiterit, lienteriæ
cauſã. Fortaſſe aiiquid roboris ſumet ex frigido, & generoſo vi-
no. Sed id etiam cum adeo imbecillo calore,qualis in ventricu-

lo eſſe ſolet, in quo aceſcunt cibi: paucum eſſe oportet. A

Ad ructum. Cap. XXXVII.

PErtinet ad hunc locum eiuſdem authoris ſententia,quã alibi ,, de ſanorum victu ſcribit.Qui crudum ſine præcordiorũ do ,, lore ructat,is ex interuallo frigidam aquam bibere,& ſe nihilominus continere debet.Qua tamen quid velit obſcurum.Ructus crudus intelligi poteſt tum de eo quo alimentorũ, qualia aſſumpta ſunt,odor & ſapor percipitur:tum de acido. vterq; aũt malã concoctionem ſequitur.& vterq; nunc eſt cum dolore,nunc ſine eo.dolor autem maximè eſt diſtendente flatu:qui diminutæ cõcoctioni frequẽs eſt comes. An ergo vbicunq; ructus ſit altero horũ modorũ crudus,ſi modo ſit ſine dolore, frigidæ potus eſt vtilis?Profecto adiuuatur coctio,non frigore,niſi vbi præternaturalis ſit calor,quem id retũdit;ſed calore. Cum crudo autem ructu viget ſemper frigiditas.quæ non niſi calore corrigitur. An ergo per crudum ructum,non eum tantum intelligit, qui fit à frigore; ſed quicunq; naturali,vt ita dicam,diſſimilis eſt, qualis aliquãdo poſt optimam etiam concoctionem ſatio homini accidit, omnis ſaporis & odoris expers.atq; ita eum quoq; intelligit, qui alieni ſit odoris,aut ſaporis,ſiue frigiditati, ſiue caliditati ſit cõiunctus. qualis nidoroſus eſt cuius remedium appoſitum eſt aquæ potus. At abſolutè de crudo agitur.neq; ſi crudo nidoroſo aqua conuenit, alteri tamen proprie crudo videtur conuenire. Adde quod qui vere crudi ſunt ructus,ſi modo perſeuerent, raro ſine aliquo ſunt dolore,ob flatus qui ſemper cruditatem ſequuntur. aquam autem hic dat frigidam in ructu qui ſine dolore eſt. de nidoroſo igitur priuatim hoc loco agitur,crudo impropriè; non de eo qui vere proprieq; eſt,crudus.In hoc enim ſi quid frigidum ad ventriculi os firmandum vtile eſt,id vinum potius eſt quam aqua ob lenitatem concoctioni aduerſam, Cæterũ quocunq; in ructu frigidus potus conueniat,aſſiduus eius vſus vtilis eſſe nõ poteſt:ſed

A ex interuallo, vt Celſus ſcribit, inquo tamen etiam (vt ait) eſt cõtinendum, Nempe, ſi ille nidoroſus ſit, ne in hoc quoq; aſſiduus frigidæ vſus cõuenit, quũ nidor ex bile ſit, bilioſis bilioſa ſit aqua. Sin propriè ſit crudus quamuis aliquando aſſumpta illa à cibis os ventriculi denſando conferre aliquid poſſit, minimè tamẽ tutus frequens eius eſt vſus. quod impreſſa multo potu in vẽtriculo frigiditate, cruditatis cauſa adaugetur. ita vt non temere continendum in hac eſſe ſcribat. Bibere autem per interualla, vt puto, eſt, aliquando vbi à cibis ordinario potu ſedata non eſt ſitis, exiguo B vno aut altero frigidæ potionis hauſtu cibum, & potum omnem concludere.

In Singultu. Cap. XXXVIII.

OB eximium ſenſum, quo ventriculus, & eius præcipuè os præditum eſt, fit non raro deprauatus ille motus, quẽ ſingultum vocant. In cuius quoq; curatione fuit frigidæ aquæ vſus aliquando vtilis. Quomodo id, aut quãdo, patebit magis, ſi prius qui affectus, & cuius partis ſit ſingultus, aperiatur. Et illud quidẽ C primum omnibus conuenit, hunc motum eſſe veluti cõuulſoriũ partis in qua fit, ad moleſtum aliquid pellendum. At cuius partis ille ſit motus Ariſtoteli, & medicis cõtrouerſũ eſt, Ariſtotele 33. probl. ſect. probl. 17. thoracem, ideſt, pulmones, medicis vero vẽtriculum ſtatuentibus. Pro Ariſtotele eſt, quod inter cætera ſingultus remedia, non ſecus atq; tuſſis, quę à frigiditate, eſt ſpiritus retentio. quã fieri in thorace certum eſt. in eo ergo, & ſingultus cauſa, qua per retẽtionem ſpiritus ſublata, ſingultus ſoluitur. Sed & ſternutatio illum curat, in qua thoracem vehementi impetu D moueri nihil dubium eſt. in eo igitur erat illius cauſa. Percipitur etiam ſingultu ſonitus ille, qui ſtertori non eſt diſſimilis, qualis fit ex thorace affecto. eſt ergo hic quoq; thoracis. Contra tamẽ medicis aſſentitur, tum ſenſus qui concuſſionem eam quam ſingultum vocamus, agnoſcit eſſe ventriculi oris: tum cauſarum obſeruatio, à quibus procreari hic ſolet. fit enim ſæpe ex repletione, &

aliquando ex acri re aliqua vorata, vt pipere ex aqua calida: tum ſolutio quæ frequenter fit vomitu, aut rei alicuius potu. Fallaces igitur ſunt rationes, quæ hoc thoracis malum eſſe contendunt. Si enim ſpiritus retentione is ſoluitur, hoc ideo fit, quia vt contineatur ſpiritus in thorace occludi os neceſſe eſt. quo ventriculi quoq; calor augetur, auctus vero flatum, au frigus diſſipat, à quo ſingultus. Sternutationis autem motu repentina vehemensq; fit diaphragmatis, & conſequenter ventriculi, qui illi proximè ſubeſt, deorſum compreſſio. vnde cauſam quæ irritando ſingultum faciebat, loco moueri accidit, atq; ita ſingultum ſolui. De ſtrepitu vero nullum latet, quacunq; in corporis parte per anguſtũ locum ſubito, & repentino impulſu flatum moueri accidat, nõ moueri ſine ſtrepitu aliquo. vt igitur ſtertor ille fit commoto flatu in thorace per aſperam arteriam; ita hic à ventriculo flatus per gulam. Non temere ergo ſingultum ventriculi eſſe motum ſtatuũt medici. & nunc quidem eius oris, nunc corporis reliqui, & nunc etiam gulæ ad pellendum aliquid, quod intra eius, non ſinum vt in vomitu, ſed membranas hæret moleſtum. hoc enim à vomitu differt. Eſt etiam hoc malum ventriculi nunc per eſſentiam, nũc per conſenſum. Quod autem per eſſentiam eſt, à cauſa eſt, nunc exteriori, vt à cibi potuſq; repletione, aut etiã acris rei ingeſtione quale piper eſt tenue, quod Galeno ſingultum faciebat. nunc interiori. ea vero vel cum præſentia materiæ atq; adeo ex repletione; vel cum defectu, id eſt, ex intemperie tum frigida neruoſis partibus aduerſa, vt Galenus tertio de ſanitate tuenda cap. 2. vel ſicca ab euacuatione qualicunq; immoderata vt Hippocrates docet. ex repletione autem ex materia aliqua intra eius tunicas contenta, nempe vel acri humore, maximè bilioſo, aut alterius etiam generis putri; vel flatulento ſpiritu, aut crudo, aut acri, aut venenata etiam qualitate infecto: nonnunquam etiam ex lumbrico. At qui per conſenſum eſt, cauſam habet iecoris, vel inteſtini ieiuni, vel vteri inflammationem. ab his enim partibus inflammatis, ſeu quia prauus aliquis humor vaporue ab ipſis in ventriculum effe-

ratur.

A tatur;ſeu quia ob viciniam comprimatur, aut ob connexionem deorſum trahatur ventriculus; fieri ſolet ſingultus. Quum tot igitur ſingultus ſint cauſæ, eſt quidē in eo frigidæ aquæ vſus aliquādo opportunus, at non ſemper. Quare Ariſtophani ſingultiēti nō apte apud Platonem conſulit Eryximachus, vt contineat ſpiritū, vel fauces multa aqua abluat, vel ſternutet. Si erat ei ſingultus à ciborum repletione, quam illi obijcit Ariſtodemus; in ea quidem adhuc recēti neq; cohibere ſpiritum, neq; ſternutare, aut fauces frigida abluere, iuuare vllo modo poſſunt. ſola autē proderit
B euacuatio vel per vomitum, vel per ſeceſſum, quam frigidæ nō ablutio, ſed copioſus potus facile promouebit. In repletione vero non ita recenti, crudi flatus frequenter ſingultum faciunt. in hoc ſpiritus retentio iuuabit. non iuuabit ſternutatio. oris vero ex frigida ablutio etiam damno erit, cōmunicata ventriculi ori per faucium tunicam frigiditate. Redeamus ad frigidam. Ea quidem ſi propoſitas ſingultis cauſas ſpectemus, tunc maximè videtur opportuna, quum à caliditate & ſiccitate atq; quum ab inflamma-
C tione eſt ſingultus. Trallianus tamen in eo quidem qui ab immodica ſiccitate eſt ob euacuationem aut febrem, qui etiā firmiter perſeuerat, & merito periculoſus eſt, refrigerantibus atq; humectantibus auxilijs præſertim temperata aqua crebettima vtendū ait. Nouiſſe autem ſe quendam qui ob hanc intemperiem ſingultiret, frigida ſorbitione conſeruatum. At in inflammatione, quæ [illegible]u frigida ſunt, vitare oportere, tepida autem potius continue vtendum, paulatim eam ſorbendo, & extremas manus calidiſſima frequentius madefaciendo. In qua curatione dignū eſt ſcitu,
D cur in priori det frigidam non affatim bibendam, quæ magis humectare videretur, ſed ſorbendam. in poſteriori vero det tepidā, non autem frigidam, quum tamen ſine inſigni calore non ſit inflammatio. Sed in priori quidem ſingultu, quum accidit, (accidit autem raro) fieri non poteſt quin innato humore abſumpto inſitus quoq; calor ſit imbecillimꝰ. caute igitur ne extinguatur, agēdum. extingueret autē frigida, ſi multa & confertim ſumeretur.

In poſteriori vero alia eſt ratio. Etſi enim in exterioribus inflammationibus frigidæ affuſio, vt repellet, ita earum incrementum prohibet: in interioribus tamen non eſt par fructus. quod refrigerio indurantur, & curatu fiunt difficillimæ. hanc ob cauſam Galenus quoq; in aquæ frigidę potu cauet, ne intus aliqua ſit vel inflammatio, vel obſtructio. Hæc igitur ſi adſit, præſtat dare tepidam: quæ poterit & frigiditate ſibi inſita inflammationis feruorem temperare; & moderato tempore adſcititio illius coctionem, aut diſſipationem citra iniuriam promouere. A B

Ad ſtomachi reſolutionem. Cap. XXXIX.

AD ventriculi concoctionem pertinet, vt in eo debito tempore alimenta contineantur. Si non teneantur, ita vt aſſiduo vomitu ali corpus deſinat, & tabe conſumatur, ſtomachi reſolutionem vocat Celſus. Qui huic vitio præter remedia alia refrigerātia extrinſeca, cibos quoq; præbet frigidos & difficiles cōcoctu ac corruptu, qualis bubula eſt; quam hi coquunt qui nihil aliud poſſunt concoquere, quia corrumpunt. potui autem dat vinum vel frigidum; vel bene calidum, meracum, auſterum, aut reſina conditum, aut quam aſperimum. Si perſtet malum, pleniorem vomitum aqua ciet. tum dato cibo duobus intra ſtomachū digitis cucurbitulas admouet, ibi duabus tribuſue horis continendas. Quod ſi cum vomitu coniunctus ſit dolor, tum admouet ſtomacho lanam, vel ſpongiam & aceto, aut cataplaſma quod refrigeret. tum calfactione & friction vehementi, ſed breui, ad brachia & crura reuellit. Quod ſi plus doloris ſit, tum quatuor infra præcordia digitis cucurbitula vtendum ait. protinuſq; dandum panem ex poſca frigida. Quem ſi non continet, dat lene aliquid ſtomacho gratum. quod item ſi non tenet, cum ſingulos dat vini cyathos ſingulis interpoſitis horis donec ſtomachus conſiſtat. Subdit valere ad hoc radiculę ſuccum, & punici itidem mali acidi ſimul ac dulcis ſuccum cum intybi ſucco & mentha pauca, C D

quam

quàm optime commiſcendo tantundem frigidæ aquæ, quãtum
A in his omnibus eſt. hoc enim plus quam vinum comprimere ſto-
machum poſſe. hæc ex illo. In quibus id primũ quęſtione dignũ,
quod ciborũ vomitum frigidis abſolute curat, qui tamen ex aci-
dæ quoq; pituitæ copia eſſe poteſt. At agere de ijs dices, qui ali-
menta corrumpunt ob immoderatum ventriculi calorem: qui &
bubulam coquunt, & non alia. At quorſum potui vinum? atq; id
etiam non modo frigidum, ſed & bene calidum, & meracum?
Quid vero illud eſt, ſi perſtet malũ, cucurbitulas admouere duo-
bus intra ſtomachum digitis? In vomitu vero ſimul cum dolore,
B quod frigida abſolute admoueat, eandem habet dubitationem,
quam antea. quũ dolor non ſecus ex frigida cauſa excitetur quã
calida. Sed mox etiã ſi frigida iuuant, quorſum illos vini cyathes?
Quod poſtremum valere ait radiculę ſuccum, id nullum latet, ra
diculam vomitum ciere. At eius quærimus compreſſionem, neq;
ſi ad vomendum dat, admiſcenda ſunt reprimentia; in quo gene
re eſt punici ſuccus & mentha. Sed de huius quoq; ſucci cum fri-
gida commiſtione ad potum, licet tantum aquæ commiſcendũ
C dicat, quantum eſt reliquorum ſimul omnium, quia tamen illis
ſingulis nullus eſt præſcriptus modus, neq; etiam qui totius po-
tionis ſit modus, conſtat. Verum, agere quidem Celſum de cali-
diori ventriculi intemperie, certum eſt. à quã ſi corrumpãtur ali-
menta, vnde eorum fiat vomitus; omnino refrigerium debetur.
[illegible] præter hoc denſandum etiam ventriculi eſt os, vt contineat.
Ad continendum inepta aqua eſt, humiditate ſua leniens: conue
nit vinum. hoc vero licet poteſtate calidum, epotum tamen actu
frigidum, frigiditate denſat ventriculi os celerius quam aqua, dũ
D inſita illi caliditas aduentitium frigus in intimiores oris ventricu
li partes intrudit. At dat etiam bene calidum. Recte. non tepidũ;
quia tepor vomitum ciet excitato flatu multo quem non diſſol-
uit: ſed bene calidum, quod minus eſt flatuoſum. deligit etiã me-
racum & generoſum, vt minus aquæ lenitatis particeps: & præ-
terea aſperum ac reſina quoq; conditum, ad ventriculi os dẽſan-

dum magis. At cõtra quod huiuſmodi eſt vinum, caliditatis multæ particeps eſt. calore autem hic non eſt opus. Imo præcipua hoc loco habenda eſt ratio, vt ne connatus ventriculi calor ex frigidis tum admotis, tum aſſumptis in affectu iam diuturno nimis refrigeretur. foris igitur admoueri frigida, intus calida, quę vtraque denſandi vim habeant, conferre poteſt ventriculi reſolutioni citra connati caloris iniuriam, non poteſt, ſi ſemper intus foriſque frigida admoueantur. Quod dehinc ſcribitur, ſi perſtet malum, dato cibo cucurbitulas duobus intra ſtomachum digitis admouendas, legendum puto infra ſtomachum. cibum enim cucurbita illic appoſita, ventriculi ore quaſi ad ſe pertracto, & aſtricto ſolet continere, Quod autem, ſi dolor ſimul vrgeat cum vomitu, in frigidis perſtet, eandem habet rationem. perſtat enim in calidiori intemperie. alioqui ſi à frigida cauſa eſſet dolor, cauendum eſſet à frigidis. & hic tamen etiamnum non temere vini cyathos illos exhibet, vt quibus denſari ventriculi os poteſt, ſimulq; eius connatus calor confirmari. Radiculæ autem ſuccum, non puto ſimul cum punici ſpico commiſcendum, quo inutilia, ſi quæ inſident ventriculo excrementa, tandem educantur. quare diſtinguenda eſt ſententia, interpoſito inter radiculæ ſuccum, & punici ſuccum puncto. Peracto vomitu punici vtriuſq; dulcis & acidi ſuccus, cum mentha (intelligo eius ſuccum) ex frigida aqua appoſite datur. neq, temere mentha, licet calidiuſcula, additur; quod non imbecilla aſtringendi & ventriculi calorem confouendi in ea vis viget. Non præſcribit menſuram huius potionis, vt quam cuique medico præſcribere facile eſt. Qui ſucci punici vtriuſq; ſeſquiunciam, & menthæ ſucci (quem minimum eſſe vult) dimidiam vnciam ſumet, addita frigida ad omnium pondus, vnciarum ſeptem menſuram dabit moderatam.

Finis libri tertij, & vltimi,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google